

L. ANNÆI SENECAE
AD LVCILIVM
EPISTVLARVM MORALIVM

LIBRI XIV-XX

AD CODICEM PRÆCIPVE QVIRINIANVM

RECENSVIT

ACHILLES BELTRAMI



BONONIÆ
IN ÆDIBUS NICOLAI ZANICHELLI
MCMXXVII

et invidere gignuntur. Invidere gignuntur. quicquid in illorum artibus superuacua
 .umere. et invidere gignuntur. Sic esse tunc ut diligamus loqui se in quibus
 .re. Ad hoc quod invidere gignuntur. et invidere gignuntur. et invidere gignuntur.
 ut debemus mutari; partem disputari posse. ex equa de hac ipsa in omni
 res etiam in partem disputari posse. et invidere gignuntur. et invidere gignuntur.
 esse nihil magis esse quam non esse. per invidere gignuntur. et invidere gignuntur.
 amare. et non eligere omnia negotia de negotio dicitur. et invidere gignuntur. et invidere gignuntur.
 eadem esse. per invidere gignuntur. et invidere gignuntur. et invidere gignuntur.
 nouum videtur. scientiam nihil esse. h. e. omnia in illis superuacua studiorum liberalium
 genit. et illi. nihil inopertuit. scientiam tradunt. his per omnia scientiae eripunt
 facit esse. superuacua esse qui nihil in opertuit. lumen quod aeternum dicitur aduersum
 in oculos nihil effodunt. si protulerit credo nihil in opertuit. et invidere gignuntur.
 in uisiphani hoc in uincertum est nihil. et esse si parum dicitur. nihil esse preter
 unum. si non. ne unum quidem. quid ergo summus quid itaque nos certum
 font. aut in uincertum. ut in uincertum natura umbra est. ut in uincertum. ut in uincertum
 facile dicitur ut in uincertum. ut in uincertum. ut in uincertum. ut in uincertum.
 hoc quidem nobis relinquet nihil scire. utile.

Handwritten note: Continua subal. etc.

Handwritten note: Turba philofofca

Handwritten note: meli' e' sup' uacua
 scire q' nob.

† ANNAE SENECAE EPISTULARUM MORALIUM LIBER TERTIUS
 DECIMUS. EXPLICIT. † ANNAE SENECAE EPISTULARUM MORALIUM
 LIBER XIII. INCIPIT SENECA ELUCILLO SUO SALUTEM.

Ron ut plene desideras et cupis ut prosperant in te curandum uidet philosophi ut in gnis
 corpus eius omne brachia spum. et aliu in omni parte in cogitatione. ut in uincertum.
 ut in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.
 et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.
 et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.
 et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.
 et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.
 et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.
 et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.
 et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.
 et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum. et in uincertum.

L. ANNÆI SENECAE
AD LVCILIVM
EPISTVLARVM MORALIVM

LIBRI XIV-XX

AD CODICEM PRÆCIPVE QVIRINIANVM

RECENSVIT

ACHILLES BELTRAMI



BONONIÆ
IN ÆDIBUS NICOLAI ZANICHELLI
MCMXXVII

HVGONI DA COMO
SENATORI
EXQVISITISSIMA HVMANITATE ORNATO
DE LITTERARVM MONVMENTIS RARIORIBVS AC PRÆCLARIS
SAGACITER CONQVIRENDIS DIGNE ADSERVANDIS
OPTIME MERITO
RESQVE PATRIAS MAGNA CVM LAVDE ILLVSTRANTI
QVOD MEA IN SENECAM STVDIA
BRIXIANO CVI PRÆEST SVFFRAGANTE ATHENÆO
AMICE ET CONSTANTER FOVIT
GRATO ANIMO
D.

PRAEFATIO.

Annaeanarum epistularum, quae quidem exstant, volumen posterius septem extremos libros complectens moralisque philosophiae quodammodo commentarios continuos in Lucilii usum compositos exhibens (1) tenuiore quam prius librorum ante saeculum decimum quartum exaratorum thesauro adservatum est. Nimirum epistulae 89-124, quamquam sincerum animi impetum et ipsae prae se ferunt et minutis sententiis ac vibrantibus modo granditer effervescunt modo subtiliter ingenioseque vellicant, frequenter tamen in longas disputationes implexo dialecticarum argumentationum in-textu fatigantes vel serio vel per iocum provehuntur ideoque media, quae dicitur, aetate rarius et exscriptae et in excerptis usurpatae videntur. Earum igitur supellex critica vetustiorum exemplarium auctoritate exigue commendata, antequam Quirinianum codicem in lucem non indignam proferre mihi contingeret, duobus primariis fontibus, Bambergensi V 14 (B) et Argentoratensi C VI 5 (A), potissimum nitebatur (2). Quorum librorum prior saeculo nono conscriptus et Francisci Bue-

(1) Cf. HENR. HILGENFELD, *L. Annaei Senecae Epistulae morales quo ordine et quo tempore sint scriptae collectae editae*. Lipsiae 1890, ex « Jahrb. für class. Philol. Suppl. XVII, pp. 673-6 ».

(2) De utroque codice cf. potissimum Fr. Buecheleri prooemium ad Senecae epistulas aliquot ex Bambergensi et Argentoratensi codicibus ab ipso editas (Bonnae, X Kal. Oct. a. MDCCCLXXVIII) et Ottonis Hense editionem alteram, praef. pp. XXI-XXIV.

cheleri praesertim conlacione in doctorum notitiam usumque perlatus epistularum libros a XIV^o ad XX^{um} continet pulcherrima scriptura et in orthographicis admodum emendata a pluribus manibus exaratos: posterior vero saeculo nono aut certe decimo non inferior cum in bibliotheca Universitatis Argentoratensis custodiretur, Germanorum exercitu urbem obsidente et bibliotheca flammis correpta, cum reliquis huius libris mss. igne absumptus periit, sed paulo ante Franciscus ille Buecheler codicis scripturas variantes diligentissime excerpserat et editionis Fickertianae exemplari adscripserat, quod ab Hensio post Buecheleri obitum Argentoratensibus dono datum et ipsum, adversantibus fati, deperditum videtur. Ille quidem liber, cum primus membranarum quaternio pridem revulsus deesset aliusque in locum eius successisset Senecae et Pauli, quae feruntur, epistulas et prioris epistularum ad Lucilium voluminis particulam continens, incipiebat verbis (ep. 90., 18 extr.) *nos magnis multisque conqui]renda artibus fecimus*, et cum B arta necessitudine coniunctus ex hoc apparebat, quod et singuli quaterniones in easdem atque B semper litteras desinebant et folia ac paginae plerumque ita concordabant ut singulis fere litteris sibi responderent. Itaque ex ipso B exscriptum esse, cum iam ab alia manu hic codex correcturam multam accepisset, opinatur Aemilius Hermes (1), quem secuti sunt G. Windhaus et F. Gloeckner: ambos potius libros ex eodem archetypo deductos esse probabilius putant Buecheler, Rossbach et cum aliqua dubitatione Hense. Quamvis autem perspicua cognatione codex alter cum altero cohaereat, utriusque tamen scripturis ad Quirilianum comparatis adducor ut B archetypi imaginem praestantiorum quam A exprimere Buechelero (2) assentiar.

At uideamus quid rationis inter codices B A, unde praecipua et fidissima fundamenta Buecheler et Hense, alter in aliquot epistulis, alter in omnibus, quae supersunt, voluminis

(1) Cf. AEM. HERMES, *Quaestiones criticae in L. Annaei Senecae epistolarum moralium parti. II.* Meursae, 1874, p. 6.

(2) Cf. editionis supra laudatae prooemium, p. V s.

posterioris edendis repetierunt, et Quirinianum eorum aequallem interisit. Hic quidem, ut in prioris voluminis praefatione animadverti (1), cum vicesimi quaternionis folio primo careat et postremo quaternione mutilus sit, lacuna laborat inter ep. 109, 17 inde a v. *nondum exerceri uacat* et ep. 110, 11 usque ad v. *nec enim nouis malis* et desinit verbis *meum est: sed (esse Q) asperum est* (ep. 120, 12). Quae iactura etsi valde dolenda est, haud magnam tamen partem prae toto epistularum corpore nobis invidet nec obstat quominus statuere conemur, quem locum Quiriniano inter vetustiores alterius voluminis codices adiudicari oporteat.

*
* *

Itaque, ut ab indiciis in scripturae lineamentis librariique opera notabilibus incipiamus, multa plane occurrunt cum iis conferenda, quae Buecheler de B et A luculenter enarrat (2): scriptura scilicet nitida sed a carolina forma rotundiore magisque dilatata ad insularem contractiorem erectioremque vergens, verba modo conserta et nexa modo separata et distincta, syllabarum compendia pauca nec ulla non vulgaria, maiores litterae aliquando in mediis sententiis positae, plures scribae in exarando libro subsequentes, menda interdum mira et quasdam operis partes crebrius deformantia, paucae et eae verecundae ac plerumque rectae emendationes ab eadem, quae scripsit, manu aut eiusdem fere aetatis profectae, perpetua prope textus depravatio recentiorum manuum arbitrio patrata.

Cui exteriori similitudini num et quatenus lectionum

(1) L. Annaei Senecae ad Lucilium Epistularum moralium libros I-XIII ad codicem praecipue Quirinianum recensuit ACHILLES BELTRAMI. Brixiae, a. MCMXVI; praef. p. X.

(2) Cf. Fr. Buechelerum, op. c., prooem. et prioris voluminis editionem meam, praef. pp. X-XVI, necnon *Un nuovo codice delle Epistole morali di Seneca* (Torino, 1914), ubi in unum contraxi quae de Quiriniano codice disserueram in *Riv. di Fil. e di Istr. cl.* a. XLI (1913) pp. 549-78 et a. XLII (1914) pp. 1-32 et 455 s.

summa in Quiriniano obversantium respondeat et quid inde ad huius libri fidem et auctoritatem confirmandam redundet, ad rem vel magis attinebit. Quodsi consideramus scripturas, quibus B et A conspirant, eminet statim Quiriniani cum his in bonis malisque concordia, si non mirabilis atque adeo unica, ut Buecheler in B et A animadvertit, attamen et notatu admodum digna et per totum volumen perseverans. Cuius congruentiae ut omnia exempla proferre longum est, ita vide (I) ep. 90, 19 *corpori*, 20 *pariunt*, 25 *prodidisse* (*prodidisse* Q), 26 *dedecoros*, 27 *vitae quoque ornantia*, 37 *ne sperare quidem*, 38 *ex immense* (*ex in mense* B A, *ex inm-* punct. m. rec. Q) *ex immenso*, 39 *nunc concurrere parare*, *ib. pelleris*, 45 *lapides* om. ; — ep. 91, 3 *inclinandum*, 6 *tanta reperirent*, 8 *tormenta morbi*, 11 *uastavit*, 14 *in hac* (*ac* Q) *frequentia loci*, 16 *seremiles* (*sere miles* A) *esto*, 18 *dare*, 21 *uos*, *ib. accusat*; — ep. 92, 2 *seruitus*, 5 *zenon*, 8 *ineneruem*, 9 *generosissimum*, 17 *ipsam asole* (*ipsamasole* B A) *integra* (*integra* B A) *est*, 29 *agitavit*, *ib. illa agitarens* (*ns exp. Q, aitarens* B A) *malitia et ea agitata*, 31 *ad hoc aestimat splendorem*, *ib. auertero caelo*, 34 *excludat*, 35 *secundis cinxisset* (*cincx-* Q); — ep. 93, 4 *pendeat*, 5 *perit*; — ep. 94, 5 *doces illo*, 8 *uoluntatem*, *ib. desideravit*, 11 *perhibi*, 12 *scit* (om. *quid*), 17 *sibilis* (*Si. bilis* Q), 26 *sit tibi*, 38 *cum prolegomene* (*prolegomene* corr. B, *comprolegomene* A), 40 *extr. iacente*, 47 *extr. ablegant*, 56 *in. nulla*, *ib. nocturni*, *ib. columnasque*, 59 *admoneri et*, 61 *hostium et graues*, 62 *famis* (corr. in *fames* m. rec. Q), 69 *coitu*; — ep. 95, 2 *simultis* (*mutatum in si a m. m. rec. Q, si multis* A), 5 *animo tehonesta* (*animoteonesta* B A) *conari me* (*conarime*) B, 18 *tollere uersantia*, 35 *in. si uolumus*, 41 *dociens* (*docens* B A), 42 *ueniri* (*sic* Q et *pr. B A*), 58 *dignitatis*, 60 *tam hercules* (*-lus* A), 66 *eam demum*, 67 *eo operam*, 73 *et in milliens* (*inm-* Q A, *in millies* corr. B); — ep. 96, 4 *illum*, 5 *putica*; — ep. 97, 2 *a clodius*, *ib. stilari*,

(1) In exemplis percensendis ex Hensii editione altera, ubi-cumque vir doctus in adnotatione critica codicum B et A aut alterius scripturas omittit, has concinere cum iis quas in textum recepit, utique puto.

5 *me extabit* (*meextrabit*, r punct. Q), 8 *facta ista* (om. *sunt*), 9 *apud eum*, 13 *secura esse non possunt* om., 15 *posse* (mutatum in *posset* m. rec. Q); — ep. 98, 2 *intuetur*, ib. *aut* (om. *qui*), 3 *extra minas positum*, 6 *amisse* (—sse B A) *rei et timor*, 10 *perdere pereundum* (*per eundum* A), 16 in. *his cruciatus* (*crut-* A) *finis est*; — ep. 99,4 *doloris se* (*dolor isse* B A), 11 *quantum tenent aut*; — ep. 100,1 *nunc quod*, 12 *siue uocarent* (*siueuoc-* A); — ep. 101, 4 *pone in ordine* (*inord-* Q), 8 *in aliquid ex illa* (*exilla* Q), ib. *explicabili*, 13 *quod autem*, 14 *acceptoris*; — ep. 102,2 *transituum*, 4 *non tantum* (om. *hoc*), 7 *unde*, ib. *probatur*, 8 *exspectantes* (*exp-* A), 9 *laus oratio uox est*, 11 *nos bonus bonos*, 12 *inficiscitur* (*cis exp. m. rec. Q*), 14 *reddi iam*, 16 *innocentiam*, ib. *alitteris*, 18 *laus a bono* (*abono* Q), ib. *benefecisse*, ib. *iste*, 22 *ante mei*, 23 *inuicem mensibus*, 28 *huic nunc quoque*; — ep. 103,2 *est ex homine pernicies est et*, ib. *pernitiosius* (*pernic-* A), ib. *inicit*. *Hae aut*, 4 *consequeris*, ib. *recede*; — ep. 104,2 *scias*, 4 *custodire* om., ib. *aliquid*, 6 *obruent*, 9 *quanto tibi*, ib. *uideberis quotiens*, 10 in. *cum illa*, 12 *fiet*, ib. *oppones*, ib. *satis*, ib. *misces*, 20 *intra salutem modum*, 23 in. *magnanimes*, ib. *passus*, 24 *dominus* om., ib. *in re*, 25 *hos loqui*, 27 *exercitus* (om. *est*), ib. *si uere*, 28 XXX *tyrannis*, ib. *seruauit* om. *post extremum*, 30 *totis*, 32 *quid* (*qui id* B A) *sibi*, 34 *restituendae*. ib. *sperandae*; — ep. 106,4 in. *bonum prodest*. *Facile enim*, 5 *si dubitas an*, ib. *corporis*, 7 *bonae* (*bone* Q), 9 *extr. adducit*, 10 *corpus sit quod*, ib. *corpus*. *Bonum*, ib. *corporalis*, ib. *corporalis est*; — ep. 107,1 *iam*, ib. *tamgit* (om. *te res*), 7 *et ut bono*, 10 *desimus*, ib. *tabernaculo*, ib. *quem cleantes*, 11 *duc o parens*, 12 *se eo tradidit*; — ep. 108,8 *anima bona*, ib. *excitatur*, 10 *excussare torquetur*, 12 *adfectum uideri surge* (*uideris urge* B A), 18 *adducat*, 19 *hostis paretur* (*hostispar-* B A), 23 *si quisque*, 24 *ad quamque rem*, ib. *claritate*, 33 *ait*. *Operaenim* (*ait operaenim* B A) *ineius*, 37 *tenendum*, ib. *mi potest*, 38 *agmen non tot*; — ep. 109,4 *iram metus*, 8 *uti* (*ut* A *sed post ut rasa videtur i*), 9 in. *in summa motus est calore adiecto*, 10 *partes sui*, 11 *periti*, 12 *necesse enim*, 14 *gubernatori* — *ordinatori*, 15 *actu et suo*, ib. *quaerit*, 16 *dulcissimum est honestissimum*, 18 *posces*; — ep. 110,11 *toto* (om. *et*),

13 *nitor*, 14 *fulseram*, 15 in. *aliud inritare*, — ep. III,3 *quod in arduo*; — ep. II2,4 *nunc illis*; — ep. II3,1 *iacta*, ib. *efficimus*, 10 in. *inquit*, ib. *quod autem impetum habet et suum autem non habet* om. (praeterea Q om. *quod autem agit et prodest ante impetum habet*, et *habet post si suum impetum*), 11 *equus canis semel exarata*, 14 *imbuit* (*inb-* B A), 16 *et quod*, 17 *aut irrationalia, ut ferae, ut pecora* om., 20 *uirtus autem bonum non est*, ib. *cenare bene bonum est* om., 23 *primum* (om. *me*), 25 *sermo animal est* om., 26 *caelianum*, 27 *causas*, 30 *pro milite*, ib. *p queris* (*parqueris* B, *parque ris* A), 31 *persuadet*; — ep. II4,5 *cinno*, 12 *inmissa*, 17 extr. *dedere*, 19 *aequi bonique famas*, 22 *proditā*, 24 extr. *contractat* (*contracta* pr. A), 25 *conspectum eorum*, 26 in. *furor est*; — ep. II5,2 *fracti*, 17 *suspiciunt*, ib. *damnauerint*; — ep. II6,3 *suo* (om. *si*); — ep. II7,5 *bona est*, 13 *illum dicas*, 14 *quidem* (om. *sit*), ib. *quae habetur* om. post *ipsa*, 16 extr. *bonum est* (om. *non*), 19 *speciososque*, 23 *et elementa*, 26 *senses*, 33 *didicero sapientiam* (*sapienciā* A); — ep. II8, 1 *anticessum*, 8 *adlicer* (*adicer* A) *facit*, 12 *quod bonum est secundum naturam*, ib. *adgnoskitur*, 13 *ipsam scilicet magnitudinem*, 15 *lagonam*, ib. *ex magno*, ib. *aequalitas*; — ep. II9,3 *utrum hoc*, 4 *commendauit*, 7 *et ipsa uti dicam*, 9 *croeso licinioque*, 10 in. *ad quod*, 14 *sit in*; — ep. 120,3 *nihil nobis* (om. *bonum*), ib. *diuitis*, 5 *facta*, 10 *deesse et* (1).

(1) Cf. etiam ep. 90,20 *uero* (*a uero* corr. m. rec. Q), ib. *ex his*, ib. *utrumque*, ib. *iuncta*, ib. *addere*, ib. *in quibus*, 21 *inter aratrum*, 26 *bella*, 28 *qui inferi*, ib. *nominum*, ib. *perpetitae*, 31 *sapientem*, 33 *hoc utiles*, ib. *uidimus*, 35 *sed illa*, ib. *delevi*, 36 *sicut aut* (sic aut Q), 38 *in tutela* (*intut-* Q), ib. *redacti*, 39 *per suam longam peregr.* (corr. *sua* A), 42 *dicens*, 45 *multis*, ib. *ut* om., 46 *aut nesciat*; — ep. 91,4 *permittendus*, 5 *pthisis*, 8 *meditari*, ib. *abicere*, 10 *altissimo*, 12 in. *casura extant* (*exst-* B A), ib. *in qua*, 14 *quod tamen*, 15 *sciant*, 16 *nontalibus*, 18 *possunt*, ib. *ipsi*; — ep. 92,1 extr. *quae ex illa*, 2 *constare fortuna*, 4 *sine quibus non est*, 7 *caloribus* (corr. *caloris* deterius m. rec. Q) *sonis*, ib. *adgregaretur*, 10 extr. *ingesta*, 11 *uagatio*, 16 in. *inuicta*, 20 *medio*, ib. *transiendi*, 23 *qui illa coepit*, 28 *uina*, 30 extr. *non aliena uita*, 31 *imperiitor*, 32 *fiat*, ib. *possideant*, 33 *uel oneris*, 34 extr. *qui nullus*, 35 *prospicit*; — ep. 93,7 *quamdiu ero*, 9 *principalis*; — ep. 94,2 extr. *praecipit*, 3 *dirigenda*, 5 *perdidit*, 13 *quod non*, ib. *uagantem*, 18 *remouit*, 23 *considet*, 34 in. *praeter ipsum*, 43 *negauit*, 46

Itaque ad vetustiorum codicum conspirantes scripturas confirmandas haud parum adiumenti affert Quirinianus et iis potissimum locis constituendis prodest ubi illae ad sententiam et grammaticae rationem aptius respondentes quam quae in iunioribus libris scribarum deformationem

utraque, 51 *praeposita*, ib. *cyrographum*, 54 *dein*, 56 *patescentes*, 64 *ad colligendos*, 70 *protectus*, 74 *metus*; — ep. 95,6 *atque illud*, 8 *tractat*, 9 *pleraque*, ib. *liberatissimae* (-me Q), 12 *omne*, 16 *labentium*, 19 *extr. nullo*, 20 *uicta*, 27 *in. saporis*, 31 *putet*, 35 *ceterae*, 37 *ut illos*, ib. *scilicet*, ib. *impingit*, ib. *bonus casus*, 40 *facias*(*ex faciat ut videtur B*), 41 *singule datur* (*singula ed- pr. A, singulaed- B*), 42 *ille qui*, 45 *perferat*, 46 *rependunt* (*repp- B A*), ib. *et praeconarique*, 47 *prohibebamus*, ib. *ferri*, 48 *extr. beneficium*, 50 *curiosi*, 53 *in. illi*, ib. *obstaret*, 58 *sensum*, 61 *multa*, 64 *habeat*, 66 *iconismo* (*hic- Q*), 69 *admotus*, 70 *uiros*, 72 *amisit*, 73 *supplectile* (*supell- B A*); — 96,3 *in. uero erunt*; — ep. 97,2 *aperto*, ib. *atque*, 9 *hisdem*, 10 *non preunius*; — ep. 98,2 *si quis*, 11 *usus*; — ep. 99,3 *ad mehercules*, 5 *non om. ante fuisse* (*superscr. m. rec. in Q A*), 26 *duritia*; — ep. 100,2 *esset* (*t punct. Q*) *tractatam* (*ct ex corr. in Q*), 10 *adduxit*; — ep. 101,2 *plurimum amorem*, 7 *terminus*, 8 *quali*, ib. *collecta*, 10 *lucili mi*, 11 *ac* (*hac B A*) *mih*, 12 *deserto*, ib. *destrictum*, 13 *cui putes*, 15 *esse bene*; — ep. 102,2 *credebam*, 3 *in. negat*, 10 *si laudantis*, 17 *claritas potest enim*, 21 *oculis laetius uectis*, ib. *iam*, ib. *in quod*, ib. *numina*, 22 *tempus hic*, ib. *diei*, 25 *detraherentur*, 27 *saepe*, 28 *in. quantum potes subuoluptariquae*, ib. *necessariisque*, ib. *iam*, 30 *recusat*; — ep. 103,1 *incidentium dico ruinam. Aliqua nobis*, 4 *te nisu suo*, ib. *quia autem ipsam*; — ep. 104,3 *perseuerabat*, ib. *suis* (*om. se*), 8 *primum se ipsos*, 15 *extr. facient*, 16 *honestum*, 19 *sapientia res*, ib. *quod se*, 20 *et emenda*, 22 *adpartum*, 23 *extr. credit*, 28 *hominibus*, ib. *mouerint. Illam*, 29 *inseruisse dixisse*; — ep. 105,4 *odium autem*; — ep. 106,1 *destrictus*, 5 *illud*, ib. *corporis*, 6 *et auar.*, 7 *ueritas*, 9 *iubeat*; — ep. 107,2 *intermittentur*, 5 *diriguntur*; — ep. 108,6 *diuersorium*, 19 *nec — quidem*, 20 *describi*, 21 *crudelitatis*, 26 *in aliis*, 27 *ingeniis est et exercendis*, 32 *ab se*, 33 *deinde inanes*, ib. *qui uult*, ib. *operae*, ib. *scipionem*, 34 *Ennius hoc*, ib. *se subripuisse*; — ep. 109,4 *in. facit quoque*, 6 *hortatur*, 7 *in. uno*, ib. *ille talis*, 8 *perducti calorem*, ib. *perductum*, 9 *suum teneat*, 12 *incolomitatem*; — ep. 110,13 *ad mehercules et sic* § 15; — ep. 113,4 *esse nos*, 14 *quis plus*, 16 *nullius magnitudo*, 18 *coepit*, 23 *quod est*, ib. *quod mundus*, 26 *extr. uias*, 27 *causas*; — ep. 114,2 *sic disciplina*, 6 *tribunali* (*om. in.*), 8 *mih*, 9 *luxus primum*, 10 *exsolita* (*exol- B A*), 15 *quod genera* (*item* § 26 *quod locis — quod millia*), 21 *auertunt*; — ep. 115,6 *obstigilant*, ib. *obscure*, 15 *spectarent*; — ep. 116,2 *datus*, 5 *respicit*, 6 *recedamus*; — ep. 117,14 *dicebas*, 20 *subito*, 21 *ipse mecum*, 32 *et hoc tempore*; — ep. 118,3 *expectant*; — ep. 119,3 *crustalinum*, 7 *in. ad parum et sic* § 10 *ad hic*; — ep. 120,3 *in. ista* (*om. nos*), 5 *colligimus*, 8 *nituit*, 10 *obnoxium*.

aut doctorum virorum coniecturas plus minusve redolent, a recentioribus editoribus, praesertim a Buechelero et Hensio, receptae sunt. Quae quam multae quantique momenti sint ad pristinam ac sinceram Annaeani operis imaginem exprimendam, videbit quicumque et exempla modo allata et textum criticumque commentarium percucurrerit. Item Quirinianus fidem auget nonnullis scripturis communibus cum B A, quas in proecdosi abiectas restituit Hense in editione altera, ut ep 94,68 *inducenda*, om. *est*; 95,37 *pugnandum esse, dissuadebit timor* (om. *sed inter esse et diss.*); 98,14 *defecimus*; 114,11 in. *et hoc gratiam sperent*, alibi.

Praeterea in Quiriniano, ut in B A, simplicem *i* pro duplici exhibent uerborum perfecta quaedam, ut ep. 91, 2 extr. *perit* (item ep. 93, 4; 99, 2; ib. 29 bis; 104, 32); 120, 7 *redit*; ib. 12 *subit*, ubi formas contractas clausulae ratione commendari perspicuum est easdemque in aliis Senecae scriptis ad philosophiam pertinentibus obversari et in ipsius tragoedii metro quoque confirmari monet O. Rossbach (1). Quamquam autem in Quiriniano formae non contractae *dii* et *dii's* etiam crebrius quam in A apparent sicut in commentario critico uideas, easque omnes retinere quam temere in *di*, *dis* mutare satius duco ut idem Rossbach de Ambrosiano dialogorum codice opinatur, tamen simplicis *i* pro *ii* scribendae consuetudinem effecisse patet ut in codicibus *his* inueniamus ubi vix pronomini *hic* locus sit sed *is* quadret. Haec quidem pronomina qua inter se differrent, Senecam bene cognitum habuisse cum et per se non sit dubitandum et ex iis formis, quibus *h* addere non tam proclive erat, colligi possit, mendum ita ortum esse videtur Rossbachio ut librarii formis *i* et *is*, quae in archetypis litteris quidem maiusculis exaratis *i* longam, in scriptura vero minuscula consuetam *i* litteram ostendebant, aspirationem, ut saepius alibi fit in verbis a vocali incipientibus, praeponerent illasque in usitatiores *hi* et *his* mutarent. Itaque nullam codicum in his formis auctori-

(1) OTTO ROSSBACH, *De Senecae philosophi librorum retentione et emendatione*. Breslau, 1888, p. 130 ss.

tatem esse, sed ubi illi *hi* vel *his* habeant, pronominis autem *is* formae ex Senecae usu diligenter observato necessariae sint, non *ii* vel *iis* scribendum sed *i* et *is* restituendum esse idem vir doctus putat, accentu circumflexo litterae *i* imposito, qui iam in codice Nazariano librorum de beneficiis et de clementia saeculo octavo exarato conspicitur (1) et etiam in Quiriniano super vocales longas hic illic occurrit. Ut quidem *is* saepius pro *his* substituendum putet, adducitur etiam Hense et nonnullis scripturis ad prius epistularum volumen pertinentibus et Ambrosiano illo dialogorum codice (2). Mihi vero ipsi, qui in prioris voluminis editione formas *hi* et *his* Quiriniano suppeditatas mutare dubitaverim, cum praesertim hae cum vulgata lectione prope ubique congruerent et aliorum argenteae posteriorisque latinitatis auctorum consuetudine, praecipue ante *qui* (3), commendarentur, nunc ut Rossbachii argumentationibus, quod ad *his* attinet, obsequar, suadent nonnullae scripturae quas Quirinianus in epistulis 99-120 profert: *hisdem* pro *isdem* (abl. plur.) in ep. 95, 52 (*isdem* B A), 97, 9 (*hisdem* etiam B A), 99, 15 *his dem* Q *isdem* B A; *his* (dat. plur.) Q *is* corr. in *iis* B in ep. 90,3 (*is* Hense²); *his* pro *is* (nomin. sing.) in epp. 94, 19 et 95, 12; *deistam* pro *de his tam* pr. Q cum A (addidit *h* supra *is* m. rec. in Q) in ep. 117, 19; *diuitis* pro *diuitiis* B A et pr. Q in ep. 120, 3 et alia huiusmodi exempla. Scribendum vero esse etiam *i* pro *hi* non evincunt scripturae *supplici* (bis in ep. 101, 12), *serui* (ep. 108, 30), *uergili* (ep. 115, 4) aliaeque similes, quae formam genitivi singularis thematum *-io* proprie contingunt; et exempla a Rossbachio ex dialogis allata (I 2, 3; 3, 10; II 4, 2; 13, 4; 14, 3; III 14, 2; IV 3, 1; 6, 2; 29, 2 in.; V 12, 4; 22, 5; 28, 3; 34, 2; VI 20,1; 22, 3; IX 10, 5; X 7, 5 et 6; 10, 2; XII 5, 6) ad formam *his* aut *is* spectant. Asse-

(1) Cf. O. ROSSBACH, op. et l. c.

(2) Cf. O. HENSE, *Eine Senecahandschrift der Quiriniana in Brascia*. II. in «Berl. philol. Wochenschr.», 34 Jahrg., 20 (1914) col. 637 s. »

(3) Cf. J. H. SCHMALZ⁴, *Lat. Synt. u. Stilistik*, in «Mueller's Handb. der class. Altertumswiss.», II. B. 2. Abt. 1910» p. 621 s.

veranter denique A. Bourgery animadvertit apud Senecam demonstrativa pronomina, quorum discrimen philosophus nos- ter non ignoraret sed neglegeret, permixta occurrere ideoque saepe dubitari posse, utrum *hi* an *ii*, *his* an *iis* (vel *is*) scri- bendum sit ubi codicum lectio fluctuat (1).

Sed ut ad Quiriniani convenientiam cum B A revertar, haud pauci sunt loci ubi pristinus consensus manuum emen- dantium atque audacter interpolantium opera sensim gli- scente abrumperetur. Nam modo prima scriptura in Q tantum aut etiam in B vel rarius in A ita est commutata ut Q a B A aut Q B ab A aut Q A a B deflectant (2), modo A saepius- que B ita emendati sunt ut Q aut cum A et pr. B (3) aut cum B et pr. A (4) conspiret, modo in B et A mutationes

(1) Cf. A. BOURGERY, *Sénèque prosateur*. Paris, 1922, p. 380.

(2) Cf. ep. 90,25 *simul ae* (corr. s. et Q, s. ac B), ib. 38 *ex immense ex inmenso* (*ex immense* exp. Q), ep. 95,41 *ganeoses* (corr. *ganeones* Q), ib. 68 *breues* (corr. *breuis* Q); 97,15 *posse* (corr. *posset* Q); 99,18 *acerui* (corr. *acerbi* Q A); 101,1 *aequitem* (*equ-* B A) *R. splendidum* (suppl. *Romanum* m. rec. in Q); 102,8 *Dictis* (*t* exp. Q), ib. 23 *maturae simus* (*matures-* B A: corr. *maturae scimus* Q); 104,28 *ciuitates* (corr. *ciuitas* Q B); 114,4 *magni uiri ingenii* (corr. *magni uir ingenii* Q A); 118,8 *inuitata* (extr. a erasa in Q, punct. in B), al.

(3) Cf. ep. 90,41 *in nostram*, ib. 44 *effectus*; 92,11 *nam uestem* (om. *cum*), ib. 16 *ut quem*; 94,51 *factum*, ib. 74 *hostium* (*ost-* A et pr. B); 95,20 *ad haec*, ib. 25 *falsa*, ib. 35 *mandanturque*, ib. 48 *quemadmodum*, ib. *molestiis*, ib. 66 *imitatur*, ib. 70 *tibi fountibus*, ib. 72 *proderint*; 97,14 *primo*; 98,2 *aut*, om. *qui*; 99,3 *mereres*; 102,4 *non tantum*, om. *hoc*; 108,35 *delabar*, ib. 39 *audiendum*; 109,6 *uiam*, ib. 10 *amandamque*, ib. 12 *stultius*, ib. *sua ut eius*, ib. 17 *faciam*; 113,30 *quibus dominandi*; 114,23 *eum uero*; 119,11 *familia*, ib. 14 *sedata*, ib. *aquae*, al.

(4) Cf. ep. 95,35 *auulnere*, ib. *singulorum*, ib. 36 *et illis aut*; 97,9 *credas non*; 98,4 *nihil te*; 99,3 *ingemescunt*; 102,3 *conabaris* (*conabari* B et pr. A) *quod*, ib. 18 *plurimum*, 20 *aperte*; 103,2 *extr. licet*; 104,8 *putas*, ib. 9 *qui aliqui situs habet*, ib. 10 *extr. latemus*; 106,1 *rescriberem ei de quo*, ib. *contectum*; 107,10 *patiamur*; 108,7 *fugientes*, ib. 23 *impenderet* (*inp-* B et pr. A), ib. 25 *rapit*, ib. 32 *nec minus sese*; 109,13 *excedenda*; 110,12 *sine recto apparatu*, ib. *agis*; 113,16 *filiorum*; 114,2 *dicendi*, ib. 26 *in illo*; 115,2 *complu- tos*, ib. 17 *peiores*; 118,16 *fornacem*; 119,10 *circadicimus*; 120,7 *legitque*, al.

occurrunt quibus uterque liber a Q recedit (1), multo rarius denique eadem scripturae tam in Q quam in B A corrigendi conatibus obnoxiae fuerunt (2). Prae omnibus his locis primitus in Q et B A congruentibus prope neglegendi ii videntur, rari quidem et leves, ubi consensus non a pristina Quiriniani scriptura sed a posterioribus ipsius emendationibus proficiscitur, ut ep. 102, 20 *respondebimus* sed *b* ex correctione alius incertae litterae in Q; 109, 16 *dispectū* pr. Q, mutavit in *desp-* m. rec. (*despectum* B A); 119, 15 *diliciis* pr. Q, mutavit in *del-* m. rec. (*delicis* B A), alibi. Quod autem in universum ad mutationes attinet quas vel ex ingenio vel aliis codicibus adhibitis librarii doctique lectores attulerunt, Quirinianus testatur earum paucas quidem et eas plerumque felices ad manum ipsam primam aut huius fere aequalem, quae in commentario critico significatur Q¹ vel *manus antiqua*, esse referendas, multo autem crebriores easque raro textum probabiliter emendantes, saepissime vel pristinam corruptelam in peius deflectentes vel recta inverecunde depravantes a recentioribus manibus invectas esse, inter quas quaedam saeculo decimo quinto non superior interpolandi libidine eminent. Quae iuniores manus cum vix internosci possint et ad codicis nostri momentum in Annaeani operis recensione statuendum parvi referat singularum illarum aetatem subtiliter persequi, eas communi appellatione *m. rec.* « scil. manus recentior vel recentissima » comprehendere animum induxi (3).

* * *

Illud nunc statuere nitamur, utri primariorum codicum Quirinianus artius adhaereat, quos non alterum ex altero

(1) Cf. ep. 92,11 *elegi* (corr. *eligi* B A); 95,42 *ueniri* (corr. *uenire* B A); 102, 22 in. *actam* (corr. *arctam* B, *artam* A), ib. 30 *multumque*; 104,9 *iudicatus* (corr. *iudicas* B A); 105,4 *hoc uitabis* (corr. *sic uit.* B A); 108,32 in. *grammaticis* (corr. *grammaticus* B A); 115,14 *uenerit* (corr. *Veneris* B A); 117,8 *formosum* (corr. *formosum* B A); 119,6 *diuitis contigit* (corr. *diuiti cont.* B A), al.

(2) Cf. ep. 107,7 *templata* (extr. a exp. Q B A); 114,9 *incepti* (corr. *incepti* Q, *incipit* B A), al.

(3) Cf. etiam quae hac de re praefatus sum vol. I, pp. XVII - XIX.

descriptos sed gemellos esse alterum altero sinceriolem praestantiolemque viri docti recentiores consentire videntur. Qua in re ab iis vestigiis ex B A excerptis incipiamus, quae ad archetypi, unde uterque liber fluxerit, imaginem accuratius delineandam nonnihil luminis conferentia laudat Hense (1), et consideremus quatenus Q consentiat cum earum lectionum exemplis, quae rectiores vel paulo rectiores in A quam in B exstant aut quarum varietatem ab emendationibus iam in vetustiore libro suppetentibus vel ab eius scriptura scholiisve marginalibus et interlinearibus vel duplici lectione profectam suspicari licet: ep. 92, 24 *dolorem* A *dolorum* B Q; 93, 11 *nonderosi* sed *p* supra *n* priorem A quam emendationem ultra scribae facultatem excurrere putant Buecheler et Hense, *non derosi* B *nondedero si* Q; 100, 3 *primo aspectu* B Q, *primo a conspectu* A; 103, 5 *sine invidia* A Q, *sive inu.* B (hanc variantem scripturam omittit in comment. cr. Hense²); 113, 17 *ut dii* B Q, *ait dii* A; 114, 14 *ne alas quidem* A, *nec alas q.* B Q; 117, 16 *perfecte* A, *perfecta* B (sic scribit in praef. p. XXIII Hense qui in comment. cr. adnotat «*perfecta* B A e supra a litteram add. m. recens in B»), *perfecta* Q sed corr. in *perfectae* m. rec.

Hinc quidem patet Quiriniani in bonis malisque congruentia maior cum B quam cum A; haec autem concordia cum B vel magis enitet in ep. 117, 7 ubi Bambergensis liber post verba *nihil enim accidere sine tactu potest: quod tangit, corpus est*, quae etiam in A leguntur et ab editoribus vulgo receptae sunt nihil aliud supplendum esse suspicantibus, supeditat *Nihil accidere sine tactu (t* priore transfossa) *potest. quod agit corpus est* (2), quod additamentum aliqua ex parte corruptum et mutilum non ex librarii cuiusdam ingenio sed ex ipsius philosophi stilo manare plane videtur. Scriptura

(1) L. Annaei Senecae ad Lucilium Epistularum moralium quae supersunt iterum edidit OTTO HENSE. Lipsiae, 1914, praef. p. XXIII s.

(2) Bambergensis codicis scripturam adhibeo qualem adnotat Hense², qui in prioris editionis apparatu critico posteriolem tantum illius partem sic protulerat *Nihil accidere sine tactu* (sed *t* priore transfossa) *potest. quod agit corpus est*.

vero prope eadem quae in B obversatur in Q: *nihilenī accidere sine tactu / potest quod tangit corpus nihil accidere sine tactu potest quod agit corpus / corpus est*. Nec minus insignis consensus deprehenditur in ep. 110, 18 ubi tam Q quam B inter *Ioui ipsi et controversiam verba quam pauper eras tu* (sic Q: *tu eras* B) *seneca qui ista dixisti* inculcant, quod emblemata vulgatam de Seneca criminationem ironice significans ex archetypi margine in textum a librario inepte invecum deest in A. Item in ep. 99, 8 Q et B exhibent *futurum? aut* (sic Q B: *al minus recte* A) *si mortem in homine (hominē Q) non cogitavit*, quae verba in contextu omissa manus recens in margine supplevit in A. Ex argumenti autem indiculis quos in A servatos et ex archetypi margine item repetendos affert Hense, alter ad ep. 94, 56 in Q deest, alter in margine ad ep. 90, 31 occurrit hac forma *quis inuenit rotam figuli (r̄)nuenit rotam [fig]uli* in marg. A). In epistula vero 94, 56 penitus dissentiunt scholia margini adscripta: habet enim *Non nascuntur nobiscum vitia* Q, *De rebus quas natura ordinavit ad utilitatem nram* (vel *ualicato nram*) A. Differunt et scriptura et glossa inter versus in ep. 90, 22 ubi Q habet *aequaliculi* (sed *e* prope erasa) et supra *culi* scr. *i. stomaci* m. rec., *aequali eius* et *culi* supra *eius* scr. B: *equaliculi* (*q* ex *o* facta) A nulla glossa superposita.

Quod si quid discriminis obvium fit in reliquis exemplis ab Hensio ibidem propositis (ep. 90, 31 extr. *desuimus* Q A, ex *desimus* B; ib. 34 *direxit* Q A, ex *derexit* B; 91, 19 *refert* legitur tam in Q A quam in B sed hic primo omiserat), in universum tamen Quiriniani indolem cum B comparanti arta eminent inter utrumque codicem cognatio cum in exigua epistularum parte quam in A desiderari supra diximus (1), tum

(1) Cf. ep. 89, 1 *ad sapientem*, ib. *in cogitationem*, ib. *et sic*, ib. *abscondenda*, 2 *frustra*, 3 *describitur*, 4 *haec ostendit*, 7 COPIAN et similiter graeca cetera, 10 *adicerent*, ib. *non illa (illa non illa Q)*, 12 extr. *moralis*, 13 *formalem*, 14 *secunda de actionibus. tertia de impetu*, ib. *quantum*, 15 *inter*, ib. *sua*, ib. *acrior*, 16 *de om. ante elementis*, 17 *discisa* (corr. *discissa* m. rec. Q), 20 *a rationib;* (*arat-Q*) *uestris*, 21 *facietis* (sed *f* corr. ut videtur ex *i* Q), ib. *arme*, 22

in reliqui operis locis illis ubi inter B et A discrepantia est conspicua (1), cui interdum Argentoratensis libri corrector medetur (2). Nec minus notatu dignum illud est quod per saepe Brixianus codex cum prima Bambergensis scriptura modo recta modo prava concinit, quam deinde hunc librum emendantium manus Argentoratensi similem reddiderunt. Huius quidem cum pr. B congruentiae testimonium potissimum praebet ep. 95 ubi illa passim cernitur (3), quamquam et

quantulum est; — ep. 90,1 ulli, 2 fecisset, ib. non esset, 3 inueniri, 4 proximo est, ib. toto, ib. putat esse, 5 agebat, ib. abiret (hab- Q), 6 octavi zalluci, ib. chorondaeque, 7 adsentio partes, 8 quicquid (quidq- B), 9 uicit, 10 sed securi, 11 iusto, 12 liquefacta, ib. ipsa, 13 esset, ib. antimo (t punct Q, ex anumo fort. B), 14 seram, 15 seruorum, 18 facile, ib. misera.

(1) Cf. ep. 90,20 pudori est; — 91,1 iniecta, 11 ad humilem; — 92,2 aut quis, 6 magno uitam, 12 uestis, 20 sed in electione; — 93,5 extr. transiuit; — 94,2 anilla, 5 praecipit, 9 et si (esse suprascr. B), 15 indotam (indotatam B), 38 proficiuntur (ur exp. in Q), 57 in. itura, ib. quidem; — 95,9 in. soloecismo ex -issimo Q ex -issimo B, 40 quoniam per compendium; — 97,13 esse possunt; — 99,2 in. concedit, 20 temperamento; — 100,1 te cupidissime, 2 diuortam, 6 rectaest, ib. ad spectatum; — 101,3 quam (additum est post in marg. B) omnibus; — 102,12 dicio (con suprascr. B), ib. iudicium sed iu suprascr., 22 grauiter regnoq; Q grauiter regno sed g erasa B, 26 exteris Q exieris sed prior i ex corr. B; — 103,1 illa uide uita (uideuita B) illa quae (illaquae Q); — 104,3 extr. commendat, 29 inuita fortuna inuita uiuere (alterum inuita post fort. exp. B), 31 uulgum, ib. priamumque ex primumque; — 108,19 cum possint in, 31 extr. et aliqui qui putant (punct. et et qui in B); — 110,12 si tibi, 18 habeamus — habeamus; — 113,8 sic ceterae, 15 uideor, 20 animal est (punct. est in B), 26 aliquid; — 114,21 adradunt; — 115,8 mobilia; — 117, 6 extr. et sapientiam et bonum sapere; — 118,17 extr. magnitudo sua; — 119,11 in. Adexcecant (Ad excaecant B), alibi.

(2) Cf. ep. 107, 3 ponat (ex ponan A); 108,16 quoniam quidem (ex quaedam A); 109,6 adiuuant (ex adiuuat A); 113,24 singulae (ex singulas A); 117,8 lucere (ex lucerem A), alibi.

(3) Cf. ep. 95,9 ad (item § 43; ep. 117,3 in.). 10 continuo, 14 operiosiora, 17 crebri, ib. horrere, ib. uiuentium, 18 ferramenta (-tu pr. B), 27 fit quod, ib. debet sat, 28 ex isti, ib. echinis pondus (echini spondus pr. B) li, 29 peccantis, ib. uindicatur, 30 monstrosa, 32 aduersus quam, ib. accesserit, ib. obiurgaret, ib. indulgentis, ib. potentis (petentis pr. B), ib. pauilum, 35 maleferi, 36 subtile, ib. audire, 42 agebant, ib. non illi, 44 cogitabantur, 45 atq; pro ad quem, 46 actu. Modo (actumodo pr. B), 51 pareamus sanguine, ib. et pro ei, ib. et naufrago, ib. fortunam pro formulam.

alibi exempla haud pauca occurrunt (1). Interdum autem in pristinam utriusque codicis scripturam eadem mutatio inuenta est aut Q emendatus a B ad Argentoratensis aliusve cuiusdam libri vestigia discessit (2).

Quae cum ita sint, multo insigniorem esse Quiriniano cum B quam cum A similitudinem concedamus oportet. Sed ne cognationem inter Q et B festinantius diiudicemus, cavere nos iubent eae Quiriniani scripturae quae potius ad A

57 *uoluptas*, 60 *superuacuum*, ib. *quo dicunt*, 63 *iustum est honestum*, ib. *decretorum* Q *decretorum* sed ante u una litt. rasa in B, 65 *ethiologiam* (*ethiologian* pr. B), 70 *cesare aneas* corr. in *cesari aneas* m. rec. in Q *caesareaneas* pr. B, 72 *laeti*.

(1) Cf. ep. 89,9 *deducerent*, 10 *bis*; — 90,26 *per turbam*, 46 *edicto*; — 91,1 *efficit*, 2 *publicae*, 4 *quanti atq*; Q *quantiat* quo pr. B, 7 in. *privatum*, 8 *conditio*, 13 *aleuat*, 16 *stimulis*; — 92,1 *principaleest* (*principalest* pr. B); — 93,9 *fruiti*; — 94,24 extr. *uideo pro ideo*, 47 *discat*, 61 *attollent*, 65 *facta*, 67 extr. *felicitate*, 68 *indocenda*, 73 *habentis*, ib. *examinantur*; — 97,13 *explicare*; — 98,4 *caris*, 18 in. *aliquid*; — 99,1 *magno*, 3 *inique*, 23 *tristitia*; — 101,8 *excedens*, 12 *supplici*; — 102,15 *sententiis*, 29 *illi nos*; — 104,1 in *ope*, 8 *ille mores*, 9 *possit*. *Eas* Q *possiteas* pr. B, 21 *aelio*, 24 *uisus*, ib. *possis*, ib. *uergilius*, 29 *mortem*, 30 *eundem ne pro e*. se; — 105,7 *poenas quisq*; — 106,4 extr. *animis*; — 107,1 *epriori*, 2 *relinquis*, 3 *cura* (sic pr. Q B); — 108,4 *studentis*, ib. *conuersantis*, 8 *inritatur*, ib. *solita*, 26 *turpidumque*, 31 extr. *fenestellam*, 37 *nauseabundus*; — 109,1 *prodesse aliqui possit*, 5 *confirmauit*, ib. *possit*; — 110,12 *milliarios*, 13 *occupauit*; — 111,2 *ille* (om. *qui*); — 113,5 *par est* (sic pr. Q B), 26 *aptas*; — 114,21 *adradunt*; — 115,4 *uergili*; — 117,9 *nisi bonum*, ib. *nisi bonum habet*, 17 in. *interroga te* (-gate Q), 19 *desiderium*, ib. *moueantur* (om. *corpora*), 21 *libantem*, 31 *distructus*, 33 in. *adsuescis*; — 118,3 *alios nummos*, 7 *decepit*; — 120,12 *casum*, alibi.

(2) Cf. ep. 89,20 *latifundiis ex -fundis*; — 90,7 *pelago seuiente* ex *pelago seueniente* Q, *pelagosae ueniente* pr. B; — 91,9 *quot ex quod* ante *oppida* et ante in *Macedonia*, 21 *habent ex habet*; — 94,7 *dolere ex dolore*; — 95,22 in. *antiqui ex antiquis*, ib. *cadentes ex cadentis*, 42 *quem ex quae*, 45 *dat ex dati*, 72 *lectos ex lectus*; — 97,1 *uacauit* sed posteriore a aliquo modo correcta; — 99,2 *incertae ex incerta*; 101,2 *hic etiam ex hae* (vel *hac* B) *etiam*; — 102,12 *iudicium* sed *iu* superscr., 29 *ad timorem ex at t*; — 103,2 *eo ex ei*; — 104,3 *putat ex puiet*, 26 extr. *audeamus* Q *audemus* B ex *audeant*; — 108,13 *miseritus ex mes-*, 14 *cum coeperato* sed o fin. exp., 17 *iniecerit ex iniecerit ad Q ex inieceriat* B, 23 *optimas* sed s fin. punct., alibi.

quam ad B inclinant (1) aut a pristina Bambergensis libri lectione discrepant (2), huic postea aliqua ex parte adsimulatae Bavaricum librum saepius (3), multo rarius Brixianum (4) aut utrumque (5) emendantium opera. Neque hoc praetermittendum videtur quod Q a quibusdam quidem codicum B et A in scribendo mendis immunis est, alia vero mire errata praebet librarii inscitiam manifeste prodentia, quae alioquin recte traditis fidem auget: offendimus enim praenominum litteras initiales secundum significationem ipsius librarii

(1) Cf. ep. 92,29 *utro pro uiro*, 33 *sollitudo (solit- pr. A)*, 34 *nequis*; — 93,2 *sibonum (si punct. Q)*; — 94,72 *suscipiat* (item 115,11 *suscipiunt*: contra ib. 17 *suspiciunt* Q B A pro *suscipiunt*); — 99,23 *paruuli*; — 100,12 *exercenti* (corr. *ex recenti* m. rec. in Q); — 101,5 *preminus*, 13 *silicet*; — 104,29 *nouissime*; — 107,7 *alico*; — 111, 3 *manifestum sit*; — 112,4 *uitam suam*; — 113,2 *et cum*; — 114,19 *misit*; — 117,8 extr. *atque* (item in § 9 ubi *adque* pr. B), 19 *deistam* (corr. *dehistam* m. rec. in Q), alibi.

(2) Cf. ep. 89,13 *superuacuas*, 15 *destituit*, 22 *libatis*; — 90,26 *cantus*, alibi.

(3) Cf. ep. 89,5 *mentis*, 7 *dossenni monumento*, 8 loco, ib. *extra ipsam sunt ad uirtutem uenitur*, 10 extr. *repperietur*, 12 *expetendis*, ib. *parte*, 13 *quisquam*, 15 in. *defuerit*, ib. *ruere*, 20 *coepit*, ib. *statione*, ib. *magni* (primo omiserat B), ib. *uilissima rerum*, ib. *aliquando*, 22 *hamis*, ib. *nausians*; — 90,2 *quisque debet*, 3 *desiderant*, 4 *precedit*, 5 *infirmiores*, ib. *prouidebat*, 6 *Ligurgum*, 7 *clausa*, 9 *primi*, 10 *iudicat*, 13 *forcipes*, 14 *sapiens*, ib. *complicuit*, 15 *in inmensam altitudinem*, ib. *tolies-quoties* (sic pr. Q et corr. B: item ep. 91,9 *quoties*), ib. *fercula* (item ep. 95,18 extr.), 17 *oblituerunt* (*oblimerunt* pr. Q), 19 *sat est*, 22 *aequaliculi*, 27 *illi*, 29 *quot*, 31 *omnes*, ib. *uitriarium*, ib. *desiuimus*, 34 *direxit*, 41 *purpura* (sic pr. Q et corr. B); — 91,5 *maiore* Q A *maiores* ex *maioribus* B, 6 *sufficere*, 11 *ignis*, 12 *preclusa*, 14 *centesimus*; — 92,9 *animalis*, 19 *planiora*, 29 *de bono*, 34 *capillos detonsa*, 35 *est timet ullas*; — 93,5 *uixit*; — 94,12 *faciendum scit*, 15 *omnes* (item § 16), 18 extr. *nos docet*, 22 *auldecibos*, 36 *reddita* (*redita* B) *est*, 38 *qui pro eo quod*, 41 *phaedron* (*fedron* Q), 44 *aeque*, 48 *sufficiant*; — 95,2 *obnixe*, ib. *recitare recita*, 11 *aucitet* (*aucit et* Q), 23 *rethorum*, 27 *graue est* (item § 33 *turpe est*; ep. 101,11 *bene est*; 118,11 *tale est*), 37 *usque sudorem*; — 97,5 *formosa*; — 102,30 *quantum*; — 108,33 *pro factis*; — 109,17 *temperatiorem*; — 111,1 *temptauerunt*; — 112,3 *emarcuit*; — 113,7 *quodammodo*; — 114,3 *Non uides*, 9 *ruris*; — 115,18 *sua*; 116,5 *amaturus*, alibi.

(4) Cf. ep. 89,18 *elegeris*; — 95,7 *praecipit*, 18 *deliciis*, 42 *sestertius*, alibi.

(5) Cf. ep. 89,13 *aliud*; — 90,8 *clauem*, alibi.

aetate vulgatam ridicule suppletas (1), litteras et compendia inepte interpretata aut vocabula ex iis absurde conflata (2), verba prave distracta consertave et temere interpolata ex continua scriptura (3), litteras denique *a* et *u*, *e* et *i*, *b* et *u*, *t* et *s*, *i* et *l* aliasque identidem permutatas. Huc accedit quod in re orthographica *Q* saepius cum *A* quam cum *B* consonat (4), haud raro ab utroque differt (5). Cum autem in

(1) Cf. ep. 94,46 *Magister Agrippa* (item ep. 95,45 in. *Magister Brutus*, 104,29 *magister* corr. *magistrū Catonem*), 64 *grammaticus neo* (corr. *gneo*) pro *Gnaeo* (cf. ib. 66 *grammaticus Marium*); — 95,42 *poeta Octavius*.

(2) Cf. ep. 90,6 *regnaest uersasunt* pro *regna cūversa sunt* (item ep. 92,6 *auocataest temptatione* pro *auocat a cōtemptatione*); — 95,15 *Necem* pro *Nec est* (plane scriptum erat *Necē*: cf. ib. 51 *hominem* pro *homini est*: ex contrario ep. 94,30 *ingeniosior est* pro *ingeniosiore*, 95,29 *eursioneeest* pro *eursionem*, ib. 32 *furor est* pro *furorem*, ib. *delator est* pro *delicatiores*), 42 *ingente inconsecutus* pro *ingentem cons.*, 53 *Os humanum* pro *Homo sum, humani* (plane *os* est conflatum ex compendiis vocum *homo sum* et *humanum* interpolatum ex *humani*).

(3) Cf. ep. 90,46 *erunt innotescetes* pro *rerum innocentes*; — 92, 4 *possisunt* pro *possunt*, 7 *necesse* pro *bene esse*, 11 *iniqua quaere* pro *in quaque re*, 33 *armatos* pro *amator*, 35 *sepe uitia* pro *sacuita*; — 94,32 *probanata* pro *probanda*, 57 *propter* (ter compend.) *stagnū quā* pro *propter ista numquam*, 65 *uno monte* pro *unum ante*, 70 *apparuit municiorum* pro *apparatum uiciorum*; — 95,8 *Speuite* pro *sponte*, 14 *tantū lete* pro *tam late*, 16 *uertendūmale* pro *uenter dum male*, 37 *felicem* pro *faelicem*, 39 *uel eas uel* pro *uel casu uel*; — 98,2 *illas equoq;* pro *illa se quoque*; — 102,22 *inuenire inquā* pro *inueni relinquam*; — 108,1 *flagraret cui/deo* pro *flagrare te uideo*; — 113,22 *a malitia* pro *animalia*, 26 *dissiliori sucum* pro *dissilio risu cum*; — 117,4 *audiente quam* pro *audi antequam*, 32 *aliquo exilio* pro *aliquid ex illo*; — 119,5 *quae.e.oracerrimus* pro *quaesitor acerrimus*, ib. *quidam studiam ego* (vide comment. cr.).

(4) Cf. ep. 91,3 *affectum*; — 94,5 *obcecat*, ib. *obfusum*; — 97,5 *precio*, 6 *inquid*; — 98,10 *solatum* (item 99,1 *solatio* et sic passim), 11 *auxilii*; — 99,21 *scena*, 23 *paruuli*, 27 *conspicimus*; — 100,7 *apud Pollionem* (item 118,4 *apud te* et sic passim); — 102,16 *antiquus*; — 104,1 *improuidi*; — 111,5 extr. *contempserat*; — 113,3 *milia* (item 114,26), 27 *inbecillitatis*; — 114,10 *increbuit*; — 115,5 *thesauros*; — 118,16 *conditionem*; — 119,7 *Iupiter*; — 120,1 in. *Epistola*, alibi.

(5) Cf. ep. 89,21 *paruula*; — 90, 13 *subtilis* et sic passim, 15 *fercula*, 23 *tunc* (item ib. 29; ep. 95,31; ib. 68 alibi); — 91,10 *ciuitatum*, 19 *sursum - deorsum* (et sic alibi: cf. ep. 119,11 extr.

hoc quoque volumine notabilis formarum et adsimilationum dissimulationumque varietas obversetur, iisdem argumentationibus, de quibus in priore volumine praefatus sum (1), adducor ut media quadam ratione utar, qua, Quiriniani scriptura plerumque servata, ei tamen me prorsus non addicens aliquid etiam ex vetustioribus aliis codicibus recipiam.

Quamvis igitur Q et B artiore vinculo coniuncti appareant, alterum tamen alterius apographon esse suspicari non licet, nec minus perspicua indicia suadent ut ne ex eodem quidem exemplari, unde B et A, transcriptum Q putemus. Licet enim haud multum ponderis habere videatur inscriptionis omissio in epistulis 106, 107, 108, 109 (epistulae 110 initium desideratur in Q), 111, 112, 113, 114, 115, 117, 119, 120, illud tamen maius est quod non modo liber XVIII titulo caret ut in B A (*LIB. XVIII* addit m. recentissima in A) sed etiam lib. XX idque eo notabilius est quod ep. 118, unde hic liber incipit, etiam in Q salutationis formulam exhibet quae in praecedentibus sequentibusque deest (2). Quod autem ad librum XIX attinet, nihil de Q conicere licet, ubi propter avulsum folium lacunamque ab ep. 109, 17 ad ep. 110, 11 patentem mutilus ille principio est. Utcumque de hoc libro in Q fuerit, discrimen illud inter Q et B A librarii negligentiae vix tribui posse videtur: quod si locos eosque multos consideramus, ubi Brixianus codex rectam scripturam suppeditat quae in B et A aut in altero utro horum librorum plus minusve deformata occurrit (3), vel clarius nobis obversabitur quod ille cum B et A comparatus sibi proprium vindicat.

introrsum); — 92,26 *apud* ter; — 94,34 *secuntur* (item 114,22 extr., alibi); — 101,6 *manupretia*; — 102,9 *sternutamentum*; — 114,5 *lintribus*, 23 *uacillavit*, alibi.

(1) Cf. prioris voluminis praef. p. XIX s.

(2) Cf. *ibid.*, p. XXXV s. Notatu digna sunt quae et ex aliis indiciis et praesertim ex librorum inscriptionibus in Q et reliquis potioribus codicibus ad lacunas in epistularum corpore, quod quidem exstat, accuratius statuendas argumentatur EUG. ALBERTINI, *La composition dans les ouvrages philosophiques de Sénèque*: Paris, 1923, pp. 162-168.

(3) Cf. ep. 90,17 *fastigium*, 24 *atque* (item 99,20; 109,16;

At Quiriniani momentum in Annaeanis epistulis recensendis ex hoc potissimum eminet quod etiam in hac operis parte complures scripturas plane veras sed noviciis tantum libris adhuc traditas auctoritate sua ita confirmat ut non solum iis quae vulgo acceptae sunt, sed etiam nonnullis, quas Buecheler et Hense in dubium prudenter vocaverunt aut omnino reiecerunt, augeatur fides novaque lux affulgeat: cf. ep. 89, 17 *ditidamus*; — ep. 90, 9 *ante APXITEKTOC* (latine scriptum in ζ) *fuit ante tectores. Ista*, 16 *si sequere naturam*, 34 *mixtas paenitentiae uoluptates*; — ep. 91, 1 *deficit*, 17 *non quae percipere posset*; — ep. 92, 15 *a beato*, 24 *nec (ne rectius B A et nonnulli ζ) beatius quidem*, 25 *metimur*, 26 *reperiantur*;

110,13 et 14), 25 *nostra*, ib. *suscipimus*, 26 in. *manus*, 31 *effingerentur*, 32 *alligaretur*, 34 *felicitate*, 37 *subigebant*, 38 *genere*, ib. *natura*, 44 *ingemia*; — 91,3 *adgrauant*, 5 *nostras*, 9 *inciderit*, 16 *impares*, 19 *redditos*(corr. *ex redditos*) *crepitus*; — 92,8 *reliquerunt*, 9 *ignobile*, ib. *dolphinum*, 15 in. *incredibilius*, 19 *honestate*, 21 *beato*, 26 *degeneres*, 29 *autem* (totis litteris) *deest*, 34 *non magis*; — 93,11 *annales tanusii*; — 94,28 *natura*, 33 *officia*, 36 *sustuleris*, ib. *admonitio*, 41 *minuta*, 42 *tecum*, 74 *laudant*; — 95,11 *creet*, 37 *ad alia pigros*, 41 *dociens* (propius a *deciens* quam *docens* quod habent B A), 47 *delectantur*, ib. *strigiles*, 68 *ingreditur*, ib. *ignoto sese*, 71 *libet*, 72 *Catonibus*; — 97,6 *hi* (item 99,2; ib. 26; 104,22 bis), ib. *eleganter*, 10 *ad deteriora*, 15 *est epicure*; — 98,4 *liberius*, ib. *casum*, 5 *et tamquam*, 11 *peringratus*, 13 *sextius*, 18 *extr. doloris*; — 99,1 *marullo*, 5 *successerit*, 6 *dolere*, 8 *aiebat*, 12 *aleam*, 15 *contrahi*, 19 *tristitiae* (item § 28), 21 *aliquid* (item 113,16; 117,25), 23 *conuersatur*, 27 *utrum*, 29 *salutaria*, ib. *te pudet*; — 100,2 *tamen ueniens*, 3 *uacasset*, 4 *tutiozem*, 5 *honestos*, 8 *sententiarum* (item 113,6 *sententiae*), 10 *libidinem traduci*, ib. *pusillae*; — 101,7 *quod omni*, 15 *discendumque*; — 102,3 *dimisero*, 7 in. *uelim*, 13 *constantia*, 17 *iudiciis*, 21 *disposita*, 28 *admiraris*, 29 *subsidiere sinit*; — 104,10 *argolicas*, 12 *omnis hora*, ib. *cogitabis*, 13 *indomitos*, 15 *anfractibus*, 22 *turbide*, 26 *nolunt*; — 105,1 *tutior*, ib. *perniciem* (item 107,7 *perniciosior*), ib. *metum*, 2 in. *istis adeo*, 4 *illud* (cf. 113,3 et 118,6 *istud*), ib. *timearis*, 6 *quae inrepsit et eblanditur*; — 107,10 in. *quare*; — 108,4 *redibit*, ib. *unguentaria*, 6 in. *theatrum*, ib. *ad delectandas*, 7 in. *transeunt*, 19 in. *At ante Pythagoras*, ib. *uices et*, 24 *ad rem pertinet*, 28 *grammatici*, 36 *didicerunt*; — 109,8 *ab alio*; — 110,12 *etiam sordidum*; — 113,9 *habentis capita*, 26 *mehercules*, 29 *irae tristitiaequae*; — 114,8 *caput*, 9 *includere*, 15 *disturbant*, 24 *commissi*; — 115,4 *numinis*, 8 *insanimus*; — 116,5 *humanitate*, 8 *uires*; — 117,10 *inquit*; — 118,12 *contemnenda* — *contemnendum*; — 119,3 *calix an manus*, 14 *ad te*; — 120,1 *apud alios*, 11 *concordia*.

— ep. 94, 37 *adice quod*, 39 *dissuasionesque et adhortationes, obiurgationes et laudationes*; — ep. 95, 46 *nisi eximuntur*, 58 *causa iis quae (usq; Q) tactationis est*, ib. *sagacitas*, 59 *nescies*, 65 *nos dicere non*, 70 extr. *omnia ante experiatur*, 71 *gladiatorumque* pr. Q quod propius ad veram scripturam *gladiatorumque* accedit quam *gladiatorumque* traditum in B A; — ep. 96, 3 in. *uesicae te (uesicaetē Q)*, ib. *propius*, 5 *castrorum*; — ep. 97, 4 *o di boni*, 7 in. *illis*, 8 *spectasse*; — ep. 98, 2 *mali* quod etiam Hense sane concinnius putat quam *malum* ab ipso receptum ex B A, 3 *idem et secunda*, 10 *cui ante dominus inscriberis*, 11 *usum fructumque*, 13 in. *ista quae ut*; — ep. 99, 1 *amisisset*, 2 *Tam molliter*, 8 *quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur*, 9 *mobilius*, 21 extr. *inprudens*, 23 *sine acerbitate (aceru- Q)*, ib. *uoluptate*, 24 *meminisse*, ib. *sed cum*, 25 *quod ait*, ib. *quid sis*, 26 *utrum tandem*, 31 *quis dixerit*, ib. *nihil est*, 32 *expectaturus esses remedium a me tam serum*; — ep. 100, 1 extr. *ingens*, 5 *sumantur e medio*, ib. *quid non huius*, 7 in. *seruat pedem curuat lenta* (cf. p. LIV), 8 *Non enim illa humilia sed placida et ad animi tenorem* (cf. p. LIV s.), 11 *ac punget*, ib. *placeret tibi*; — ep. 101, 10 *in spem*, 15 *cupido*; — ep. 102, 2 *experrectus*, 4 *eodem pertinentia*, ib. *moralibus*, ib. *percipi aut*, 5 in. *ad mores spectant*, 6 *praedicere*, 8 *plurium* (infra autem, § 18, etiam Q ut B et pr. A *plurimum* pro *plurium* quod recte exhibent ζ), 18 *naturamea amantem* Q quod propius ad veram lectionem recentiorum *natura me amantem* quam B A accedit, ib. *ut aliorum*, 23 *non sibi sed*, 28 *imaginare*; — ep. 103, 2 in. *nullum blandius. Tempestas minatur*; — ep. 104, 12 extr. *nec speraueris sine desperatione nec desperaueris sine spe*, 17 *Nullam tibi opem*, ib. *incommodis urunt*, 24 extr. *non esse*; — ep. 105, 2 *calcat*, 7 *nec ullo*; — ep. 106, 12 in. *immo simplicior. Paucis est*; — ep. 108, 7 *iubentur*, 12 *onera (honera Q)*, ib. *docilibus*, 17 *pudebit*, 27 *omissis (ommissis Q)*, 28 in. *grammatici*, 31 *etiam a regibus*, 32 *expressa*, 39 *in alteram*; — 109, 2 *sapientia agitatione (agitationē Q)*, 6 *partes suas. Utetur propria uelocitate, sed nihilominus adiuuat*, 17 *Persolui quod*; — ep. 110, 18 *felicitate*, 20 *ita est*, ib. *Attalus dixit, natura omnibus dixit*; —

ep. 112, 1 *fractus*; — ep. 113, 7 *iustitia minime*, ib. *aliud est*, 8 *ut rursus incipiant* (*incipiunt Q*), 15 *alteri par*, 19 *post non habet* addit *quod adsensionem non habet*, 20 *ergo et patrem*, 30 *si multas*, 32 *esse iustus*; — ep. 114, 11 *illos detineant*, 12 *a corona*, ib. *uenia*, ib. *uirum*, 19 *dum inter arma civilia*; — ep. 115, 6 *sic nos aciem* (*sic pr. Q*), 8 *harenis siue*, 17 *noua*; — ep. 116, 2 *est uerecundum et* (*uer. est et s*), 3 *gratiora*, 5 *siue enim nos respicit*; — ep. 117, 8 *post si ualetudo indifferens est* addit *bene ualere indifferens est*, 10 *inter patitur?* et *utroque* addit *siue facit illud siue patitur*, 14 *qui habet*, in *alia quod habetur*: *illa terra est*, 16 *quid est usus*, 19 *an corporibus*; — ep. 118, 7 *minora*, 9 *adpetitionem*, 10 *utique bonum est*. *Quid ergo inter duo interest?* *honestum* addit *inter et honestum* et *est perfectum*, 16 *cunearuit*; — ep. 119, 2 *deerit*, 5 *Inani me*, 11 *cultu*, ib. *subduximus*, 14 *farciat*; — ep. 120, 2 *et diuitiis*, ib. *sententiam*, 3 *quod honestum est*, *utique bonum est*, 7 *dummodo* (*dum superscr.*), 9 *inter fecerat et adnotare* addit *Coepimus*.

His quidem lectionibus, quarum nonnullas in proeodsin non acceptas Hense maiore fiducia in editione altera persecutus est, accedunt aliae nec sane multae quas a vero manifeste aberrantes in commentario critico cernas, aliae denique quae utrum sequendae an repudiandae sint, scrupulus manet (1).

In hac autem Quiriniani cum noviciis libris comparatione aliquid congruentiae patet cum duodecimi saeculi codice Harleiano 2659 (cf. in exemplis supra laudatis ep. 99, 8; 100, 7 in.; 118, 10 et 16), quem a Rossbachio e tenebris in lucem vocatum et cum altero epistularum volumine conlatum in-

(1) Cf. ep. 90,33 *aut peritius aut exercitatus*, 43 *flatus*; — 92,4 *contingant*, 10 *instruitur*; — 94,59 *e tanto fremitu*; — 95,52 *extr. iuuantis*, 59 *maxima*; — 98,8 *figit sibi crescere debere*, 9 *extr. contigit*; — 99,19 *cadent*, 22 *producit*; — 108, 18 in. *hominibus satis alimentorum*; — 109,7 *qui esse debet*; — 111,4 *a fastigio* (om. suo) *deducit*; — 112,4 *feramus sententiam*; — 113,1 *verba uel quae sint quae antiqui mouerint* om., 17 in. *nullum non animal per se aliquid agit* (*agitur Q*); — 114,5 *extr. mater et uxor*; — 117,9 *contingere — potest*, 13 *alii edictum*, alibi.

ter meliores recentiorum vel optimos habendum esse concedit Hense et parcellissime advocat. Nullus contra consensus deprehenditur inter Q et Velzensem codicem saeculi decimi quinti ineuntis ab Hensio interdum memoratum, quem Rudolphus quidem Muecke diligenti studio in scholae Ilfeldensis programmata (1) et in altera commentatione excussit, perexigua vero fide dignandum putant Rossbach et Hense, quippe qui doctorum virorum coniecturis perraro bonis eisque ad laureatum poetam Benedictum de Pilleo, ut videtur, referendis, saepissime temerariis et infelicibus scateat.

Quam cautionem nos quoque adhibentes in iis non comorabimur quae in Q similia recentioribus libris effectit correctorum sollertia, cum praesertim etiam non inepte novata quo fundamento nitantur, nos fugiat (2). At multo maiorem stipem in bonis consonam cum noviciis libris pristinae Quiriniani scripturae, quas supra protulimus, suppeditant, unde patet quantum subsidii Brixianus liber afferat ad magis magisque minuendum earum lectionum numerum quae parum fido iuniorum librorum testimonio nitebatur, et Ottonis Rossbach (3) opinio vel probabilior existit, qui in libris illis bonas ac sinceræ notae scripturas haud raro nactus et ex antiquo fonte fluxisse atque ab eo, quod Seneca scripserit, propius quam B A abesse suspicatus alteram aut plures recensiones iuxta B A fuisse existimavit, quarum scripturae aliquot praestantiores vel ad lacunas supplendas aptae in recentioribus superessent. In quam sententiam aliquatenus concedens etiam Hense hos codices non ad unum omnes ex paucis illis antiquioribus, qui tunc noti essent, originem duxisse eosque dignos esse fatetur qui, licet prudentissime, utrique

(1) RUDOLF MUECKE, *Eine unbeachtet gebliebene Handschrift zu Senekas Briefen*. Progr. sch. Ilfeld. Nordhausen, 1895.

(2) Cf. ep. 90,17 *deinde de stipula* (sic etiam cod. Harleianus 2659), ib. 20 *abducatur a uero*; — 92,12 *mundum*; — 94,23 in *sana*, 32 *ad inueniendam*, 60 *quam te quem*; — 104,5 *tam carum esse ut propter*, 31 *omnem - uulgum*; — 108,34 *in his ipsis de re publica libris hoc epigramma*; — 109,16 in *uitio*; — 114,5 *uado*; — 120,3 *diuitiis*, alibi.

(3) Cf. O. ROSSBACH, op. c. p. 84.

epistularum parti recensendae advocentur (1). Quod autem idem vir doctus monet, si cui unum alterumve exemplar vetustiorum antea neglectum vel parum cognitum adsciscere contigerit, eum insperati auxilii nonnihil inventurum quo ad recentiorem stipem minus confugiendum sit, id locupletum nunc testimonio confirmatur.

* * *

Quod si ad peculiare Quiriniani scripturas transimus, quae veriore, nisi fallimur, aut ab eo quod Senecam scripsisse putandum est, quadamtenus propiore lectionem exhibent quam quae vulgo tradita acceptaque est, tenuiorem illarum copiam quam in priore volumine invenimus: cf. ep. 89, 19 *tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato dolorem tractatus (tactus rell. mss. et edd.) expressit*; — ep. 90, 14 *exceptum (exemptum rell. mss. et edd.) e perula calicem*; — ep. 91, 8 *si nolumus opprimi nec illis inuisitatis (inuisitatis rell.) uelut nouis obstupescere*; — ep. 95, 21 *quia (quia rell.) feminam exuerant, 29 aduersus hos (quos rell.), 60 secreta (decreta rell.) sapientiae, 61 si probationes (necessariae), necessaria sunt et decreta (necessariae rell.), 64 extr. praecepta et alia huiusmodi (eiusmodi rell.)*; — ep. 97, 3 extr. *Vale om. recte*; — ep. 99, 20 *ire autem possunt placide atque compositae (placidis atque compositis rell.)*; — ep. 100, 6 *conci-sura aquarum a cuniculis (acuinculis Q: om. in rell.) cubicula (cubiculis Q) interfluentium*; — ep. 102, 30 *solutum statim spargit, id agit ut (cf. p. LVII s.)*; — ep. 105, 3 *etiamsi parum nota sunt (cf. p. LXI s.), 6 extr. si quod modo (Buecheleri emendationem confirmat)*; — ep. 110, 14 *caelata (caelatas rell.)*; — ep. 114, 15 *si quid placidius affluxit (effluxit rell.), 22 orationis (Buecheleri emendationem confirmat)*; — ep. 117, 5 *inseri cur (inseritur Q, inseri rell.) non sinit, 12 extr. ita eorum (iterum Q, ita rell.) alterum est, 26 sit fotesapientia (propius a vera scriptura sit futura sapientia quam sit puta sap.*

(1) Cf. HENSE², praef. pp. XXV-XXVII.

B A). Praeterea verborum ordinem non raro in Q deprehendimus aut ipsius proprium aut a B A ad iuniores libros vetustioresque edd. deflectentem et interdum ex sententiae efficacitate aut orationis concinnitate, numero, ornatu praepoptandum, ut ep. 102, 6 *quaedam continua esse corpora*; — 114, 14 *alter se plus iusto colit, alter iusto plus neglegit*; — ep. 117, 15 *iure possidetur ager, sapientia natura, 24 deos vitam roga et salutem*; — ep. 118, 5 in. *hanc integram semper egerere (gerere Q) materiam*; — ep. 119, 7 *in oceanum classes mittit novas* (1). Nonnihil contra dubii quaedam ex Quiriniani lectionibus aliunde non traditis relinquunt, quae tamen consideratione non indignae videntur (2): non desunt denique loci ubi doctorum virorum coniecturis et emendationibus Brixianus liber aut repugnat aut plus minusve fidei addit (3).

Itaque ex his omnibus, quae ad Quiriniani lectionem aestimandam aliquid luminis conferunt, apparet vetustus ille codex in epistularum ad Lucilium posteriore parte iisdem

(1) Cf. etiam ep. 89,13 extr. *quam generis humani paedagogus*; — 90,5 *fortitudo arcebat (acerbat Q) pericula*; — 92,6 *quam Graeci ἀοχλησίαν vocant*; — 94,10 *utrum manifesta deinde an dubia, 18 fateor huic non opus esse praepceptis, 61 extr. tunc cum agere uisi sunt alios, 73 quae aliis videntur excelsa, alibi.*

(2) Cf. ep. 90,2 extr. *Quid haberes quod in philosophia suspiceret, si ibi beneficiari res esset?*; — 92,25 in. *nec dies (om. suos) computare, 28 bonam altitudinem*; — 94,24 *licet totas in hoc vires suas inuocet, 45 in duas partes diuiditur, contemplationem (om. in) ueri et actionem, 65 extr. cum res p. (p. om. Q) supra se tres (sed res Q) ferret*; — 95,10 *suadere uobis aut dissuadere contenta, 14 in. ut dicis, 50 in. uel (ut videtur) primus*; — 98,12 *singulas res (corr. ex singulare) uicere iam multi*; — 102,18 *laus a bono bonis (a add. ante bonis posterius) reddita, 26 sed tunc debebat ignosci, cum rudis (crudis pr. Q) ueneras*; — 108,19 in. *omnibus inter omnia cognationem esse*; — 109,4 *ergo ex contrario et (est Q) bonus, 7 ut ille prodesse possit, 16 incipiet sapere et securior (exsec. pr. Q) et extra metum positus*; — 115,16 *quam misera desiderat is (desideratis pr. Q), quam miser e (misere Q) partis est*; — 117,22 *quam optari mortem.* De his scripturis vide comment. cr.

(3) Cf. ep. 89,8 *extra ipsam sunt* (cf. comment. cr.) — 90,20 *abducat uero* (Q modo exhibet particulam a cum 5 ut ep. 92,15 a beato, 108,31 *etiam a regibus* al., modo omittit contra B A ut ep. 90,29 *deinde corporibus, 92,30 in hoc natura, 94,58 et faece sua separantur, 113,31 priuatis commodis — auersa sit* al.); — 91,17

prope notis insignitus quas in priore animadvertimus (1). Licet enim exiliora sint singularium scripturarum adiumenta unde novus nitor Annaeanis epistulis recensendis acquiratur, tamen quantum ad genuinam ipsarum lectionem firmiter constituendam valeat, satis perspicuum videtur, cum non modo supellex critica a primariis fontibus ducta, qui adhuc noti erant, gravi testimonio augeatur sed etiam haud paucas noviorum librorum scripturas aptam et saepe necessariam stipem conferentes ab interpolationis suspitione vetustioris exemplaris auctoritas vindicet. Permanet igitur in hoc volumine eadem inter Quirinianum et optimos libros ratio, quam ex prioris conlatione collegimus: nam medium quendam locum inter B et A ita obtinet ut saepius cum B quam cum A congruat, et interdum ab utroque discrepans ac sinceriores plenioremque Annaeani operis imaginem exprimens exemplar praebet vetustissimum alterius familiae archetypum, unde B et A fluxerunt, probabili propinquitate contingentis sed prae illis propria haud pauca, saepius emendatiora lacunasve suppletia, interdum vitiosa, prodentis, quorum vestigia aliquatenus in iunioribus tantum libris usque ad hanc aetatem exstabant.

*
*
*

Aliquid iam in priore volumine recensendo ex altero Quiriniano codice A IV. 4 attigi epistulas 66 – 124 praeter sep-

eadem sunt, aequae difficultas; — 92,1 extr. *et haec autem*, 12 in. *Etiam nunc adiciam*, 25 *inquit et ultimum* (cf. p. XLV), 30 *uellet. Et si*; — 94,2 *contrario*, 7 *nec dolere quemquam* (cf. p. XLV s.), 31 *infecti*, 63 *coicit*, 64 *colligendos*; — 95,1 *quod impetrare (imperare Q) nolueris*, 16 extr. *palpitatio corporum*, 29 *cura remediabiles*, 37 in. *ut illos*, ib. *ad extremum usque sudorem*, 41 *deciens (dociens Q)*, 62 *certa rerum (certarum Q) persuasio*; — 99,3 *nedum ad istas umbras*, 26 *infamant... duritia*; — 100,2 *tamen ueniens*, 8 extr. *sed debet dignitatem*; — 101,1 in. *quam nihil sumus ostendit*, 7 *quam prope uersetur terminus*, 10 *aptauit*; — 102,17 extr. *iudiciis* (cf. 119,15 *deliciis ex dil-*); — 104,12 *miscet*, 26 *At* (ex *Ad Q*) *quanto*; — 109,12 *prodesse sapientii. Prodesse autem est* (sic distinguit pr. Q.), ib. *uirtute sua ut eius*; — 113,27 *praedomuit (pred- Q)*; — 114,22 *orationis*, alibi.

(1) Cf. prioris voluminis praef. p. XLI sq. et passim.

tuagesiman quintam complectente, quem *q* littera signavi et saeculo XIV non recentiore declarat scriptura prorsus similis Chatelainii tabulae CIV, ubi Ambrosiani codicis B. 26 sup. Tibulli carmina continentis specimen obversatur (1). Hic quidem novicius liber, omni cautione adhibita, mihi subsidio fuit praecipue in postrema epistularum parte, quae propter ultimum quaternionem avulsum inde ab ep. 120,12 *meum est: sed (esse Q) asperum est* in Q desideratur. Nimirum ex eo nihil arripere religioni habui quod praestantioris certiorisque lectionis auctoritati repugnaret; at hoc notatu dignum est, quod quamvis audacibus et creberrimis interpolationibus sit inquinatus, manifestam tamen convenientiam aut cum uno Q aut cum Q et B A ostendit multis in locis ubi ab his libris recentiores vel omnes vel plurimi discrepant. Quae indoles insignis apparet ex commentario critico quem et epistulis etiam in Q exstantibus (2) et ei parti qua propter deperdita folia Q caret subieci. (3). Interdum autem, licet perraro, hanc coniunctionem

(1) Cf. ib. p. XLIV.

(2) Cf. ep. 89,12 *diuiduntur*, 17 *deinde* om. post *ingens*; — 90,3 *desiderant*, 4 extr. *putat esse*, 6 *inter septem eui*, 8 in. *quicquid aliud*, 17 *transire*, 20 *in quibus uestis*, 45 *lapides* om. post *perlucidos*; — 92,2 *servitus (se uirtus q¹)*, 10 *instruitur*, 20 *transiendi*; — 94,8 *secundum uoluntatem*, 49 - 50 *verba ex his est* — *deinde istud* om., 51 *et ad praescriptum*, 58 *oblimentur* (sic), 64 *haec maria*, 67 extr. *felicitate*; — 95,25 *falsa* pro *salsa*, 46 *et incerto actu modo*, 63 *iustumque decretorum* pro *iustum autem honestumque decretorum*; — 98,2 *bonorum aut malorum*, 3 *extra minas positum*, 8 *fingit sibi crescere debere*; — 99,4 *ex his quos* (item § 5 *his quae et saepe alibi hic* pro *is*), 15 *hisdem oculis*; — 100,9 *dabo dialogum* pro *d. locum*; — 101,1 *quam nihil sumus ostendit*, 13 *quod autem uiuere*; — 102,13 *difficiles adfectus*, 21 *frequentius oculis* pro *fr. accolis*, 25 in. *petus* pro *plus*; — 104,4 *custodire* om., 13 *ignorantem pro ignota mirantem*, 24 *uidetur*; — 106,2 *dicere* pro *dicerem*, 5 extr. *corporis*; — 108,8 *illa anima bona*, 12 *honera* pro *onera*, 17 *quantum maiori impetu*; — 110,14 *fulseram* (*fulx- q*); — 111,3 *manifestum sibi*; — 113,1 *efficimus*, ib. *terrere* pro *terere*, 20 *et prudentiam dicere* pro *et prudenter sententiam d.*, ib. *cenare bene* om. ante *bonum est*, 25 post *omne animal est* desideratur *apodosis*, ib. *prudens uersus — omne animal est* om.; — 114,2 *sic disciplina*, 8 extr. *interdum* semel scriptum; — 117,6 extr. *et sapientiam et bonum sapere*, ib. 10 *sive facit illud sive patitur* inter *patitur?* et *utroque*; — 119,4 *commendauit*, alibi.

(3) Cf. ep. 109,18 *posces*, ib. *hanc mihi*; — 110,8 *de honestis*

cum vetustioribus libris *q* ibi etiam ostendit ubi *Q* ad iuniores inclinatur, ut ep. 105, 7 *nec illo tempore*, 117, 8 *bene ualere indifferens est* om. B A add. in marg. *q*. Notabilis denique ac prope assidua est codicis *q* congruentia cum Harlei. 2659 in iis quae hinc Hense² in adnotatione critica memorat; neque neglegendae videntur nonnullae scripturae quas *q* aut unus aut cum paucis noviciis libris exhibet, etiam si dubitandum valde sit an pleraeque ex iis virorum doctorum potius coniecturas quam sinceram Senecae manum expriment (1).

Quibus indiciis cum distincta appareat alterius codicis Quiriniani aetate minoris natura, operae pretium visum est eius lectionem iuxta *Q* prope continenter adnotare, non ut inde ad aliqua praeferenda aut novanda fiduciam sumerem, sed ut noviciorum librorum exemplar paene ignotum e tenebris erueretur, in quo, quamvis interpolationis audentia ac temeritate antiquae vocis imago saepius obscurata sit, vetustiorum tamen testimoniorum vestigia haud raro elucet et aliquid interdum ab eorum deformationibus integrum exstare videtur. Quominus autem Quiriniani maioris epigrammum eum esse suspicemur, nimia obstat in multis locis dissensio, quae et ex iis quae diximus et ex commentario critico eminet.

et turpibus; — 121,5 *facile*, 12 *constitutionem*, om. suam p q, ib. *noscimus pro nos scimus* B q, 19 extr. *possent*, 21 *naturales ad utilia impetus* om. p q; — 122,9 *nunc gestemur* p q, ib. *propius pro proprium*, 11 in. *poete amicitia q poetaeamicitia* p pro *poeta et a.*, 15 *audio inquit circum audio inquit circa horam*, 18 *distingunt*; — 124,21 *quo moratur*, alibi.

(1) Cf. ep. 89,21 *marina*; — 90,4 *eandem habebant*, 17 in. *opus est etiam tamen* (tamen vulg., etiam malit Buecheler); — 95,32 *paulum* (*paullum* Haase), 51 in. *quomodo hominibus quidem sit utendum*; — 99,4 *dolor in se*; — 102,9 *uox autem, licet bonorum uirorum sit, non est bonum*, 17 in. *fama uocem utique desiderat, non claritas. potest enim*; — 109,9 in. *qui in summo est calore, ei non opus est calore adiecto*; — 110,13 *nidor*; — 113,25 in. *sublata est quaestio, conuenit nobis*; — 116,8 in. *nos non posse credimus*; — 118,15 *et magnum*; — 120,10 *non deesse ei* (ut coniecit Schweighaeuser); — 121,3 *quid faciendum* (*fat- q*) *sit tibi, quid uitandum; 6 hesit. At* (confirmat *haesitat* a Madvigio coniectum), 8 *supinata testudo*; — 122,6 *qui ieiuni*, 8 *domorum*, 14 *excidat fama*; — 123,8 *horum omnium*; — 124,4 *debeat et uita* (propius a vera scriptura

Quod ad ceteros recentiores libros attinet, ubi alia certioraque testimonia deerant necesse fuit, sicut in priore volumine, Fickerti praecipue apparatu critico niti, quem quamvis farraginis non recte aestimatae curaque carentis crimine viri docti premant, tamen Rossbachius ipse denuo quaestionem de epistularum recensione egregie instituens prima fundamenta iecisse fatetur, quibus quicumque post eum in Seneca recensendo et emendendo elaborarunt sua superstruerent (1). Ex re autem putavi huic suppellectili aliquas addere scripturas ex iis quas Carolus Landi, qua solet diligentia iudiciiue subtilitate, ex duobus codicibus bibliothecae Universitatis Patavinae, n. 852 et 913, altero (π) saeculi, ut uidetur, decimi quarti, altero decimi quinti, ab ipso primum conlatis in medium protulit et notatu dignas apte iudicavit (2).

* * *

At ne Quiriniani quidem maioris (Q) beneficio, qui iuxta vetustiores libros antea cognitos spectabilem sibi locum vindicat, complures eluuntur sordes quas in Annaeanarum epistularum textu iam saeculo nono insedissee patet. Ut enim ingeniosissimi illius philosophi et praestans hic fructus et cetera scripta non minus legentium copia quam gratia atque in animos vi usque floruerunt, ita parum epistulis favit libroriorum opera multa quidem, compluribus autem mendis laborans, quae, ut Horatii verbis utar, « aut incuria fudit aut humana parum cavit natura ». Constat sane, quantum studii et sollertiae ad haec vitia tollenda viri docti contulerint ab Erasmo ad Pincianum, a Mureto et Grutero et Lipsio ad Gronovium, a Ruhkopffio et Schweighaeusero ad Fickertum et Haasium, a Madvigio et Aemilio Hermes ad Gertzium et Buechelerum,

de beata vita quam rell. libri), 8 in. sexus quoque incerti, 24 quate perfectum esse iam sentias.

(1) Cf. O. ROSSBACH, op. c. p. 32 adn. 4.

(2) C. LANDI, *Due codici Padovani delle Epistole morali di Seneca*. Padova, 1922: estr. da « Atti e Memorie della R.^a Accademia di Scienze, Lettere ed Arti in Padova, a. 1922, vol. XXXVIII. »

a Rossbachio denique ad Ottonem Hense aliosque multos, quorum symbolas criticas diligenter considerare et aequae aestimare summae curae fuit. Illis vero, quos iam Hense ad suam probatissimam ac perutilem editionem adhibuit, novissime accesserunt cum alii tum Otto Rossbach in iudicio et censura de Hensii editione altera (1), Einar Løefstedt in commentatione clausularum numero potissimum freta (2), Aloisius Castiglioni in coniecturali opera laudabiliter versatus (3), in ampliore denique tractatione de Annaeana lingua et scribendi arte aliisque quaestionibus eodem pertinentibus A. Bourgery (4) et Eug. Albertini (5).

Cum autem in tralaticia scriptura multa permaneant, in quibus acquiescere non liceat, non modo operae pretium sed necessitas videtur eos locos denuo coniectura temptare, qui aut in medio relictis sunt aut probabiliorem lectionem desiderant. Quod aggrediens, sicut in priore volumine, novo Quiriniani subsidio praecipue nisus sum, non ita tamen ut ab eo recedere dubitaverim ubi aliquid melius aliunde succurreret. Aliorum autem coniecturis recognoscendis ac perpendendis omni diligentia adhibita, non raro medelam et ipse afferre studui optimorum librorum scripturae quam maxime inhaerens et palaeographicam rationem Annaeanique sermonis indolem ac consuetudinem ubique respiciens. Qua in re quamvis nihil novare ausus sim quod non plane sensu cassum aut oratione vitiosum appareret, tam magna tamen exstitit locorum copia critico iudicio iuvandorum ut aliquot longiores de illis disceptationes hic proferre expediat, ne graviore sarcina adnotatio prematur:

(1) Cf. O. ROSSBACH in *Berl. phil. Wochenschr.* 34 Jahrg. n. 16 (18 April 1914) col. 490 - 98.

(2) Cf. EINAR LØEFSTEDT, *Zu Senecas Briefen* (ex *Erani* vol. XIV, pp. 142 - 64): Upsaliae, 1915.

(3) Cf. L. CASTIGLIONI, *Studi Anneani III. Osservazioni critiche alle « Epistole Morali »* (in « Studi ital. di fil. class. : nuova serie, vol. II, fasc. III, 1922, pp. 209 - 62») et alibi.

(4) Cf. A. BOURGERY, *Sénèque prosateur*: Paris, 1922.

(5) Cf. EUG. ALBERTINI, *La composition dans les ouvrages philosophiques de Sénèque*: Paris, 1923. De Senecae sermone ad moralem adhortationem dicendi lumina referente cf. FR. HUSNER, *Leib und Seele in der Sprache Senecas*: Leipzig, 1924 (« Philologus » Supplementbd. XVII 3).

Ep. 89, 7: hoc tmema *Sapientia est* — Dossenni lege traiciendum esse in tmema quartum post v. *quo illa peruenit* opinatus est Guil. Schulz; dissentit Eug. Albertini (*La composition dans les ouvrages philosophiques de Sénèque*, a. 1923, p. 191) qui aut traiectione opus non esse aut ipsum hoc tmema potius post v. *fatetur quid amet* eiusdem illius tmematis transponendum existimat. Ac sane quae et hic et alibi a severa argumentandi ratione sententiarumque compositione abhorrere videntur, ad scribendi genus quod apud argenteae, quae dicitur, aetatis scriptores plus minusve invaluit et in Senecae scriptis, praesertim in epistulis liberiore ac faciliore stilo exaratis, eminent, referenda esse constat. — § 12 extr.: *Causae rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex morali* Q B: c. r. ex n. p. sunt, arg. ex rationali et continuo actiones ex morali q cum nonnullis ç et compluribus edd., quod additamentum in vetustissimis editionibus non comparens veteris cuiusdam docti coniecturam redolet ex § 14 *quam* (scil. *moralem philosophiae partem*) *in tria rursus diuidi placuit, ut... de actionibus tertia* (scil. *esset inspectio*). Itaque his verbis omissis restituit Hense *argumenta ex rationali* Buechelerum secutus qui adn. « potest plus aliquid fuisse velut *neutrum ex morali* ». Sed optimorum codicum scriptura adducor ut coniciam *argumenta* <ex rationali>, *ex morali* <alia> scil. cetera quae inter moralia Cyrenaici referunt. Vox « alii » pro « ceteri » haud raro a nostro usurpatur: cf. ep. 90,27 *Alias quidem artes sub dominio habet* (scil. *sapientia*); dial. III 1, 7 *alii affectus apparent, hic eminent*; ib. VI 2, 5 *carmina... aliosque studiorum honores* al. Facile autem a *rationali* ad *morali* librarii oculum aberrasse et *alia* inter *morali* et *Ariston* intercidisse suspicari licet.

Ep. 90, 5 extr.: *habiret* Q *abiret* B q. Haec scriptura, quam editores a Mureto usque ad Schweighaeuserum in textum receperunt, potior videtur quam *abiret* ut legitur in plurimis libb. et antiquissimis ac recentioribus editionibus, non solum quod, ut animadyertit Guil Gemoll (*Adnotationes cr. in L. A. Senecae epistulas mor.*, 1886, p. 17) « apud veteres Romanos gravissimum supplicii genus erat in exsilium expelli, et hoc loco aperte de poena levioe agitur », sed quia

totius sententiae summa in rege sapienti versatur, qui maxima felicitas erat civium sponte et bene oboedientium ideoque nullum maius incommodum male parentibus imminere poterat quam si ipse regno se abiturum minatus esset. Quod autem Gronovius proposuit *quam abire se regno (quam iam abire se r. praeoptavit Guil. Gemoll)*, non necessarium apparet, cum v. *minari* hic idem valeat atque *minans optare*, ut recte explicavit Ioa. Ioehring. Huc adde quod animadvertit A. Bourgery (*Sénèque prosateur*, 1922, p. 340) *abiret* concinniore efficere clausulam quam *abirent* et structuram particulae *ut* cum subiunctivo coniunctae ubi infinitivum potius exspectes, insolentiorum quidem esse, praelatam vero a nostro perspicuitatis atque efficacitatis causa et huiusmodi exemplis haud raris ad alia verba vel locutiones pertinentibus commendari. — § 7: *sparsosecaui/casis lectos* Q, *sparsose caucasis lectos* B, varie ζ. Locum plane corruptum multis emendationibus temptarunt viri docti: *sparsos et casulis tectos* Erasmus, *sp. et aut cauis tectos* Lipsius idque receperunt cum complures edd. vetustiores tum Buecheler et Hense: *sp. et e Caucasiis lectos* Ruhkopf, *sp. et causiis tectos* Schweighaeuser Fickert; *sp. et aut ramis tectos* nuper prop. Castiglioni. Optimorum codicum scripturae quam maxime inhaerens conicio *sparsos et cauis casis tectos*, ita ut *cava casa* (= grotta naturale) et *rupes suffossa* (= grotta artificiale) inter se opponantur et idoneus chiasmus inter v. *cauis casis* et seqq. *aliqua rupe suffossa* existat. — § 13: *antimo* sed *t* punct. Q, *antimo* sed ut *ti* obscurius scriptum sit primoque videatur fuisse *anumo* B, *animo* q alii ζ et vulgo edd., omittunt quidam codd. Pinciani et nonnulli vetustiores edd. ut Muretus: *tantum* corr. Buecheler idque recepit Hense¹: an *antimo* ad confusionem praep. *ad* cum seq. vocabulo *humum* perperam iterato referendum sit, dubitat Castiglioni. Equidem *antimo* vel *anumo* corruptum puto in scriptura continua ex *intimo*, cuius init. *ti* tamquam *a* legerit librarius neglecto compendii signo (*intimo* iam ed. Ven. a. 1490 fol. XL^r). Quam Senecae in deliciis fuerit adiectivus neuter cum praepositione coniunctus constat: cf. A. Bourgery, op. c. p. 372 ss.

— § 17: verba *Quid ergo? non quilibet — transiere securi?* ex iusta sede huc delata et ad calcem prioris tme-
 matis ante *Opus est tamen* reponenda putat Guil. Gemoll
 (op. c. p. 17 sq.) cui assentitur Eug. Albertini (op. c. p. 192),
 ut sententiis in meliorem ordinem redactis, eis quae de
 calore solis aestivi arcendo sunt, non inserantur quae de fri-
 gore repellendo noster dicere pergit, ac simul concinnior
 fiat tota oratio et in utraque huius parte bina enuntiata in-
 cipient a verbis *Quid ergo?* Sententiam hiare Buecheler quoque
 cum persuasum haberet, lacunam inter *fastigium* et *et pluviis*
 suspicatus est et verbis *ut et aestatem possent* (*transire* deinde
 idem vir doctus scribit) aut *hoc modo et calorem aestivum* aut
 sim. supplere conatus est. Sed aliter considerandus totus hic
 locus videtur, qui in duas dividitur partes, de corporis tegi-
 mentis priorem, posteriorem de receptaculis a natura homini
 oblatis nulla aut minima huius arte: cf. paulo ante (§ 15) *an*
eum, qui..... monstrat..... posse nos habitare sine marmorario
ac fabro, posse nos vestitos esse sine commercio sericorum cet.
 Ad utramque partem aditum faciunt ficta obloquentis cuius-
 dam verba, ad priorem *Frigus intolerabile est corpori nudo*,
 ad posteriorem *Opus est tamen calorem — propellere*. Postquam
 Seneca priorem sermocinationis partem absolvit, ad alteram
 pergens primum generatim respondet memorans et latibula
 et rudia tecta quae ab aestu et a frigore satis defenderent,
 deinde singillatim Syrticarum gentium in defossam terram
 refugia a solis ardoribus. Singulae autem responsionis partes
 initium ducunt ab interrogatione *Quid ergo?* Etsi igitur sen-
 tentiarum ordo et hic et saepe alias aliquid liberi et inexpec-
 tati praebet, tamen nec illarum transpositione nec amplioribus
 supplementis opus esse videtur: sensus autem quo apertior
 fiat, conicio *aestus* (est') post *et* excidisse (*aestus* plur. meto-
 nymice et poetice pro «*aestatem*») et *pluviis* pro *pluviisq;*
 ante *per d.* traditum esse: *operuere fastigium et <aestus> plu-*
uiis<que> per deuexa labentibus hiemem transiere securi?
 Hibernorum denique imbrium mentio, quae abs re videtur,
 facilem explicationem habebit, si comparentur quae supra
 (§ 10) ait noster: *spissatis ramalibus ac fronde congesta et in*

proclive disposita decursus imbribus quamvis magnis erat. Sub his tectis habitauere, sed securi. — § 18: *Tecta tegimenta-que... et cibi et quae nunc ingens negotium facta sunt, obuia erant* cet. Particulam *et* ante *quae* exhibent Q rell. praeter Velz., tollendam putavit Madvig (Adv. cr. II p. 495), addubitavit Hense contra Baehrensium qui (*Beitr. zur lat. Syntax: Philol. Suppl. XII 1912, p. 403*) interpretatur *et* = und zwar; *et quaecumque nunc* coniecit Windhaus. Probabilius videtur per particulam *et* notionibus singularibus (*tecta - tegimenta - fomenta corporum - cibi*) generalem notionem (*quae nunc ingens negotium facta sunt*) subiunctam esse, ita ut *et quae* valeat *et cetera*, *et in universum quae*, qua significatione haud raro *et* usurpatum esse etiam a Cicerone constat: cf. Draeger², *Histor. Syntax der lat. Sprache II 1881, pag. 10 sg.* — Ibid.: *miser* Q B plerique libb., *mira* « ex vetere lectione » Pincianus (qui se corrigere ait praecedentem scripturam *Nos ista perniciose, nos misera*) pauci ζ idque recipio cum Buechelero, Hensio aliisque edd. et rec. et vett. ab Erasmo² ad Fickertum. Scripturam *miser* an et ipse cum Haasio et Hauckio restituerem, aliquamdiu dubitavi activam vim adiectivo tribuens: *miser* = *miseros nos efficientia, miseris curis cruciantia*. Sed paulo infra (§ 19 extr.) legimus *iam rusticitatis et miseriae est velle, quantum sat est*, ubi vox *miseria* proprio et usitato sensu usurpatur. Non bene autem interpretatus esse videtur P. Hauck (*Seneca: ausgewählte Briefe. Kommentar, 1910, p. 18*): « dadurch, dass wir den Dingen Wert verleihen, machen wir andere wertlos, und *miser* hat hier wie öfter (praeda misera, divitiae m.) die Bedeutung von *vilis*. » — § 20: *Quid, si contigisset illi adire has nostri temporis telas* cet. Exhibent *addere* Q B A q et hanc quidem scripturam libris mss. communem esse adfirmat Fickert, *adire* vero in quibusdam codd. legi adnotant Buecheler et Hense, quorum posterior in suam alteram editionem id apte recepit. Corr. *videre* Erasmus¹ quem nonnulli et vett. et rec. edd. secuti sunt: *adspicere* mavult Castiglioni (*Studi Anneani III: in « St. it. di fil. cl. nuova serie, vol. II fasc. III 1922, p. 238 »*). Profecto etiam *addere* defendi posse videtur, scil. « quid, si

Posidonio contigisset nostro tempore vivere et textilibus quae profert, aliisque subtilioribus quae oblitus est, telas pudori repugnantes addere potuisset, quae a sapientis artificio mirum quantum abhorrent? » At confusio in antiquioribus codd. consimilis etiam alibi occurrit: cf. § 25 ubi *prodidise*, Q, *prodidisse* B A, *prodisse* q ζ exhibent. — § 22 extr.: *cum peruenit in uentrem, aqualiculi* (vel *aequali eius*) *feruore concoquitur, tunc demum* cet. Sic edd.: *aequaliculi* pr. Q ut videtur sed *e* prope erasa et *i. stomaci* supra *culi* scr. m. rec., *aequali eius* B sed *culi* supra *eius* scriptum est, *equaliculi* A ubi *q* ex *o* facta, *aqualeni* q sed supra scriptum est *aqualicula i. uentris, aqualiculi* nonnulli ζ et vulgo edd. usque ad Haasium., *a quo leni* vel *aquae leni* vel *aliquali* vel *aqualiquali* vel *aequali culinae* alii ζ. Ex B *aequali eius* recepit Hense cum Buechelero qui *culi* glossam fort. ortam ex *coli* i. intestini, alvi putat: *aquatico eius* corr. Hauck: *aqualiculi* tuetur A. Bourgery (op. c. p. 287). Codicum Q pr. et A et ex corr. B scriptura *aequaliculi* vel *equal-* corrupta ex facili duarum vocum *aequali ubi* commixtione videtur, quibus restitutis et sententia plane perspicua (*aequali* = constanti, eiusdem tenoris) et periodi structura expeditior fit (*cum peruenit in uentrem, aequali ubi feruore concoquitur* protasis: *tunc demum corpori accedit* apodosis). — § 36 in.: *sicut aut* Q, *sicutaut* B A, *sic autem* q *sicut autem* alii ζ. Scripturam plane corruptam varie emendare conati sunt viri docti: *sicut vatum fortunato tempore* vel *sicut ante fortunato tempore* coni. Lipsius, *sint licet fortunata tempora* scr. Haase, *si erant autem f. t.* Rossbach, *secutast f. t.* Buecheler quem sequitur Hense. Malo suspicari scriptum fuisse *secutā autem* (*em* per flexum supra *aut*) et leniter interpungendum post *credo*, quod verbum quam facile subaudiri possit in infinitivo enuntiato *secutam autem fortunata tempora*, verborum detractioes in Senecae scriptis usitatae et saepe multo liberiores ostendunt (cf. A. Bourgery, op. c. p. 410 sqq.). — § 36 m.: *discurrere* Q cum vett. libb., *discussere* aut *discurrere coeperit* (vel *coepit*) ζ. Non defuere emendandi conamina: *discreverere* Guil. Gemoll, *discurrere coegerunt* P. Thomas, *discurrere docuere* Buecheler,

ut ad r. ex c. discurrerent prop. Hense idque syntaxin rectionem et clausulam aptiorem efficiens cum Hauckio reciperem, nisi cum Senecae audacioris sermone consentire videretur etiam vetustiorum codd. scriptura *discurrere*, sive ex subiectis *avaritia atque luxuria* sabauditur *avari atque luxuriosi* ut saepe et alibi apud nostrum, sive *mortales* subiecti loco accipitur ita ut in enuntiati parte posteriore eadem vox, quae in priore obiecti munere fungitur, subaudienda sit tamquam subiectum, ut opinari videtur Castiglioni, qui clausulae concinnioris causa *discucurrere* mavult. Post *utenda* autem maiore interpunctione distinguendum esse et leniter post *discurrere* putant Waldaestel et Bourgery. — § 39 in.: *nunc concurrere parare* Q cum B A, *nunc velit concurrere reparare* q, *nunc velit conquirere et reparare* cod. bibl. Univers. Patav. 913 teste Car. Landi (*Due codici Padovani delle Epistole morali di Seneca*: estr. da «Atti e Memorie» della R.^a Accad. di Scienze, Lett. ed Arti in Padova XXXVIII, 1922, p. 25), *velit nunc concurrere et reparare* vulg. Proposuit *nunc curet reparare* Madvig, scr. *nunc conetur reparare* Hense et Hauck ex Buecheleri et F. Gloeckneri emendatione. Optimorum librorum scriptura paululum immutata, scribendum videtur *concurset reparare*: cf. ep. 17, 9 *occupationes divitum concursationesque ad divitias euntium securus laetusque videbit* cet. (scil. sapiens); de ben. VII 14, 5 *te cum uiderit concursantem et sollicitum atque anxium* cet. Quod autem attinet ad infinitivum pro enuntiato finali a Seneca poetice usurpatum praesertim cum verbis motum vel conatum significantibus cf. A. Bourgery, op. c. pp. 353-56.

Ep. 91, 9 extr.: verba *Consurgamus* — *iactetur* infra transponi iubet post *rumoribus sparsus* (§ 20 extr.) O. Ribbeck, eadem in fine totius epistulae collocanda aut potius omnino excludenda putat Hilgenfeld; sed illa et apte continuari praecedenti enuntiato *quota pars omnium sumus*, ut monet etiam Eug. Albertini (op. c. p. 192), et cum totius loci sententiis bene cohaerere videntur in ordinem sic dispositis, primum nihil ex humanis rebus non esse fragile et ad omnia, quae accidere possint, praeparandum esse animum; deinde

non esse tam magnum quicquid acciderit quam rumore iactetur; tum omnia esse casura, quomodocumque id fiat, fortunae vi ideoque omnia aequo animo esse ferenda, quorum nihil timeretur nisi fama iussisset. — § 12: *praeclusa* (*prae* per compendium) Q cum A, *perclusa* pr. B. Totus hic locus varie traditus atque editus est: *sive interna vis flatusque praeclusa via tenti pondus* prop. Madvig, quam coniecturam accepit H. Mueck *violenti* pro *tenti* scribens. Sed servari posse videtur optimorum librorum scriptura: *sive interna vis (interra plane pro interna Q) flatusque per clusa uiolenti* (= et quidem « e precisamente » venti flantes per clusa violenter) *pondus, sub quo tenentur, excusserint* cet. De particula *-que* ad explicandum adhibita in transitionibus a generali ad particulare cf. Draeger² II p. 45. — Ibid.: *sive torrentium inabdito vastior* Q cum plerisque aliis libris. Scr. *sive t. in abdito vis* Muretus et inde complures edd., *sive t. in a. vis vastior* Ruhkopf ex suis mss.; *inpetus* post *torrentium* addidit Buecheler, *turbo* post *vastior* supplendum potius putavit C. Brakman conl. ep. 79, 1 idque ad verum fortasse propius accedere videtur Hensio. Susplicari malo inter *vastior* et *obstantia* intercidisse vocem *ira* et Senecae occurrisse Ovidianum illud (Ovid. Met. 10, 551) *impetus est fulvis et vasta leonibus ira*. — § 13: *surgerent. et inmalas imagines; Felicitati* Q, *surgerent et imagines. felicitati* B in quo *inmalus* (sic teste Aemilio Hermes) supra *imagines* positum, *surgerent et imagines inmalis. felicitati* A, *surgerent et in maius. Timagenes felicitati* coniecit Nic. Faber ut legitur in codice Ottobon. — Rom. 1579 teste Fickerto (*et in maius* etiam alii c) idque receperunt edd. a Mureto ad Schweighaeuserum. Jani suasu recentiores edd. inde a Fickerto secl. *et in maius*, quam adverbialem locutionem quamvis inde a Sallustio et Livio in deliciis fuisse constet et alibi apud nostrum inveniamus (cf. ep. 89, 3 *quicquid in maius crevit* al.), et ipse tamquam glossema eicerem, nisi ad loci corruptelam explicandam necessaria appareret et concinnitate commendaretur cum eis quae mox secuntur (§ 14) *certaturos omnes, ut maiora celsioraque quam amisere restituant*. — § 14: *in hac (inac pr. Q)*

frequentia Q cum B A, et sic Buecheler Hense, *in hanc frequentiam* q ç vulg. idque verius apparet (flexus supra a cum in *hac* tum in *frequentia* facile evanescere in vett. libb. potuit), ita ut sententia haec existat « colonia a Planco deducta propter loci opportunitatem ita convaluit ut hodiernam habitatorum frequentiam assequeretur »: cf. ep. 14, 11 *numquam in tantum conualescet nequitia*; nat. qu. II 26, 5 *saxum illud in magnitudinem insulae crevit* al. et A. Bourgery, op. c. p. 389. Desiderat *in hac provinciae frequentia* Buecheler, *in hac frequentis loci opportunitate* prop. Castiglioni sed non video quid sibi velit pronomen *hac* ad *opportunitate* relatum.

Ep. 92, 2: *servitus servat* Q B A q (*servit* pr. q), *se uirtus* s. q¹ alii ç Lipsius Ruhkopf Fickert Haase, *securos* s. unus ç Schweighaeuser Buecheler Hense. Coniecit *servata* s. Erasmus, *se rectam* s. Gronovius, *se interritam* s. Koch, *suum ius* s. vel *se sui iuris* s. Aem. Thomas. Scriptura *securos*, quam codex Palatinus quartus Gruteri (saec. XVI?) exhibet, ad coniecturam plane referenda est, quae cum sententia apte convenit sed a vetustiorum librorum lectione longius recedit. Ad Kochii potius emendationem prope accedens opinor *servitus* perperam traditum esse pro *interritos* et corruptelam pristini vocabuli *iterrit'* ex eo ortam quod syllaba *it* absorpta sit praecedente *u* et *ter* tamquam *ser* exscriptum. Adiectivus *interritus* saepe obversatur apud nostrum: cf. epp. 41, 4; 59, 9; 74, 30; dial. V 2, 6; VII 4, 3. Verba autem *in quodam rerum habitu interritos servat* apte urgent et concludunt ea quae de ratione perfecta praedicantur *haec enim sola non submittit animum et stat contra fortunam*. — § 4: *non est* Q B A (*nonest* Q, *ñest* A) ç (*cum quibus non est* q alii ç Ruhkopf) vulg.: *honestas* corr. Hense acute quidem sed etiam librorum scripturae *sine quibus non est* probabilis sententia subesse videtur, dummodo particulae *si* vim concessivam tribuamus: « Quid potest desiderare is, cui omnia honesta contingunt? nam si (= etsi) etiam non honesta ad optimum statum aliquid conferre possunt (*si* cum indicativo est structurae meram et simplicem coniecturam significantis proprium), tamen beata vita posita esse non desinet in iis sine quibus

esse non potest, scil. in rebus honestis». Quapropter, servata scriptura *non est*, maioris perspicuitatis causa inter protasin et apodosin addo particulam *tamen* cuius compendium post *statum* facile excidere potuit. — § 6 extr. : *Magno vitam* Q cum B et aliquot ζ , *magnevitam* A. Hanc scripturam in dubium iure vocaverunt viri docti: *magno pussillum*. *Vitam* coni. Erasmus dubitans an et librorum lectio ferri posset, si *magnus* acciperetur pro sapiente et interrogationis notula post *corporis* poneretur; *magnam vitam* scr. Muretus quem secuti sunt complures edd., *magno vile*. *Voluptatem* prop. Schweighaeuser, *magno vitam* defendit Fickert monens *magno facere* non esse, ut soleat, *magno* seu *magni habere* sed *facere ut aliquid sit magni*; scr. *magno pusillum*, *si ad beatam vitam* Haase, *ad hanc vitam* Buecheler quem Hense secutus est: *beatamne vitam facit t. corporis?* tamquam verba cuiusdam contra dicentis prop. Rossbach. Probabilior vero sensus et Senecae consuetudini propior suppetet, si, librorum scriptura leviter immutata, locus sic emendetur. Seneca Epicureos tangit qui non sola honestate contenti ad beatam vitam etiam voluptatem, bonum pecoris, conferre aiebant: ita adici rationali inrationale, honesto inhonestum exprobrat et pergit interrogans: \langle *Hu* \rangle *manae ui* \langle *tae* \rangle *tam facit* (scil. prod-est, convenit, iucunda est) *titillatio corporis?* *Quid ergo dubitatis* cet. Nemo non videt quam facile in scriptura continua fieri potuerit ut syllaba initialis *hu* vocis *humanae* post *inhonestum* et media *te* in *uitetam* exciderent: *magnus* pro *manus* tradunt A et pr. B in ep. 90, 26 in. Verbum autem *facere* eadem, qua hic, significatione tam cum *ad* et accusativum quam cum dativo coniunctum esse constat: prior structura etiam in ep. 68, 13 et dial. IX 6, 2 occurrit, posterior saepe apud poetas et etiam apud Plinium maiorem aliosque argenteae latinitatis scriptores. — § 17: *ipsam asole intregra est* Q, *ipsamasole integra est* B A, *solis vis et lux integra est* (om. *solis—at*) q cod. Harlei. 2659. Scr. *obstant* (sic etiam duo ζ). *At solis vis et lux integra est* Erasmus² et sic vulgo edd.: *opstant*». *at sol* (vel *sol ipse*) *integer est* Buecheler quem sequor cum Hensio, ita tamen ut vetustiorum librorum scrip-

turae *integra* artius adhaerens *in integro* pro *integer* scribam: cf. dial. VIII 3, 4 *ille cui omnia adhuc in integro sunt*; ep. 108, 21 *omnia tibi in integro serva* al. — § 25: *inquit et ultimum* Q, *i. hunc et ultimum* q rell. ζ et vulg.: cf. Cic. de fin. II 30, 96 *Cum ageremus, inquit, vitae beatum et eundem supremum diem* cet. et Diog. Laert. X 11, 22. Scr. *i. hunc et summum* Buecheler, *i. hunc et hunc* Hense ex B A Vahlenium secutus. Malo scribere: « *Beatissimum hunc* » inquit « *et ultimum* (hunc fort. in archetypo scriptum *unc* facile excidere potuit in Q post *beatissimum*). — § 29: *illa agitans* (ns lineola subter signatum) *malitia et ea agitata* Q cum B A sed *aitans* in B A, *illam agit arens malitia et ea cogitata* q alii ζ, *illum agit arens malitia* cod. quidam Siculus Mureti. Hunc locum plane corruptum varie temptarunt atque ediderunt viri docti: *ad prava illum agit haerens malitia, et ea agitatio abest a bono* Gronovius, *ad pr. illum agit haerens malitia et ea agitata* * [abest de bono] Haase, *ad prava; illa altera ardens malitia et exagitata abest* [de bono] Madvig, *ad prava, illa apparens malitia et exagitata abest* [de bono] Buecheler et Hense. Mihi quidem videtur, secluso *de bono*, scriptura *aitans* conflata et corrupta esse ex *alte haerens et ea agitata* nullam desiderare emendationem, ita ut sententia haec existat: *at imperfecto viro huic malitiae vis quaedam inest, quia — ad prava, illa alte haerens* (scil. penitus in animo) *malitia et ea* (= e per di più, e inoltre) *agitata abest*.

Ep. 94, 2 in.: *anilla* Q B, *anillā* mutatum in *atillā* A, *ad illam* q complures ζ. Scr. *ad illam habentem praecepta plurimum* cet. ed. Mentelini Schweighaeuser Fickert Haase alii, *at illam non* (vel *nulla*) *habentem praecepta pl.* ac deinde *ipsaque* pro *ipsa* et *constitutionem* esse pro *constitutionemque* Muretus et rell. ante Schweighaeuserum: *in pectus usque. plurimum* resectis *ad illam habentem praecepta* prop. Aem. Hermes. Felicius correxit *anilla* in *anilia* Buecheler cui assentior, mutato tamen et *quae* in *ut quae*, ita ut enuntiatum *ut quae non descendat in pectus usque* explicet *leuem* et verba *anilia habentem praecepta* amplioris explanationis causa appositively *ad hanc partem* referantur. — § 7: *dolere ex dolore* Q B, *do-*

lore A, et continuo *quēquā* Q cum B A et plerisque aliis libb.; nec dolorem quoque nec mortem. Sepe q, nec dolere quoque nec mori. Saepe vulg. Verba *nec dolere quemquam nec mori* secl. Haase: *nec dolere quemquam semper nec mori saepe* coniecit Madvig idque recepit Hense¹ cum Buechelero qui in adn. crit. prop. *dolere quemquam vacare numquam*: secl. *quemquam* ab Arnim quem sequitur Hense³ scribens *nec dolere [quemquam] nec mori: saepe in morte* cet. Sed adverbium *saepe* ad *mori* relatum, ut voluit Madvig, puerile quiddam redolere videtur, coniunctum cum *in morte*, ut in vulg., supervacuum et fere ineptum apparet: plane duo commata sequentis periodi incipiunt alterum a v. *in morte*, alterum a v. *in dolore*. Illud igitur ex corruptela ortum puto et Senecam prius generatim dixisse *quicquid publice expavimus, sciat non esse tam timendum quam fama circumfert*, deinde addidisse particulatim *nec dolorem quemquam* (flexus supra extr. *e* in *dolore* facile neglegi potuit) *nec mori saevum* (scil. atrox, horrificum). Quae levis traditae scripturae immutatio si non inepta videtur, sententia probabilis plane efficitur, cum *nec dolorem q. nec mori saevum* idem valeat atque *nec dolere nec mori saevum cuiquam esse*. — § 38 in.: *quipro eo quod* Q cum B A sed *qui pro quod* pr. B; *pro quod* pr. q, deinde *pro eo quod*, om. *qui*, et sic complures ζ et vett. edd. usque ad Gothofredum. *Non probo quod*, om. *qui* scr. Muretus idque receperunt etiam seqq. edd. usque ad Ruhkopfium: at recte cum vidisset Schweighaeuser Posidonii non Senecae sententiam hoc loco significari, correxit: *qui, pro eo quod — sunt: « Legem enim [ait] brevem esse oportet* cet. eumque secuti sunt posteriores edd. variatis emendandi conatibus: *qui pro eo quod — sunt: « Legem, inquit, cet. Fickert; qui pro eo, quod — sunt: « Legem [enim, inquit] cet. Haase; qui « non » inquit « probo quod — sunt. legem enim cet. Buecheler Hense¹ Hauck Mureti coniectura recepta ex parte; qui « improbo » inquit « quod — sunt. legem enim cet. Rossbach Hense²; vituperio quod conii. Usener. Codicis B scripturam pristinam *qui pro quod* leviter immutans scribo: *qui « pro quo »* (scil. in cuius hominis utilitatem: ef. ep. 121, 17 *dolorem refugio, pro quo? pro me*) quae post verba intercidero*

iquit vel *iquid* facile potuit, et interrogative distinguo post *sunt*, ita ut verborum ambitus hic efficiatur: *qui* «*pro quo*» *inquit* «*Platonis legibus adiecta principia sunt? Legem enim breuem esse oportet* cet.

Ep. 95, 26 extr.: *echini totā districtiq;* Q, *echiinitotam destructique* sed *ini* exp. et *nis* superscr. B in quo *am* transfodit et *torti* scr. m. rec., *echinis totam destructique* A ubi supra *totam* scr. *torti* m. rec., *echini torti distinctique* q, *echinis* aut *echini* et *totam* aut *torti* et *distinctique* aut *districtique* aut *destructique* aut *distractique* rell. ζ. Non minus varie hic locus editus est: *Echinis totā distractique* ed. Ven. a. 1490 f. XLVI^r; *echinis, torti, distracti* Muretus; *echinis; torti distractique* Lipsius; *echinis: torti destricique* Ruhkopf; *echinis; totam destrictri* Schweighaeuser; *echinis. torti destructique* Fickert; *echinis. totam torti destructique* Haase et P. Thomas; *echinis. totam † destructique* Hense re in medio relicta. Temptavit *interuenientibus turdis* (cf. Plin. n. h. XXXII 151) *distinguebantur. echini totam* (scil. patinam) *distructique* Aem. Hermes; *echinis. totam dissecti structique* sim. Buecheler, *totam <toſti> destrictrique* Rossbach. Equidem recepto *echinis* ex A et post hanc vocem distinguens suspicor scripturam optimorum codicum *totam destructique* (*districtiq;* Q) corruptam esse ex *totam turdi* (*turdis* post *interuenientibus* suppleverat Hermes) *structique*, ita ut sententia huiusmodi existat: «*totum nobilis patinae fundum operiebant turdi et nulli exossati et apta strue dispositi*». Nec quidquam difficultatis habet in Senecae sermone collocatio participii *structi* quod etiam ad vocem *turdi* referendum videtur. — § 46 extr: *ε̄p̄conarique* Q, et *preconarique* B A, et *preconari* (om. *que*) q ubi est superscr. *i. añ moueri*. Voluit et *perconari* Erasmus², et *conari* vel *perconarique* vulgo edd. inde a Mureto, et *periclitari conarique* coni. Hense, et *ire conarique* Buecheler, et *pergere conarique* A. I. Kronenberg. Librorum scriptura adducor ut suspicer fuisse et *pere* (scil. parere) *conarique toſos*, unde sententia perspicua fit: *nisi eximuntur, quae reprendunt animos et detinent et parere conarique toſos* (scil. praesto esse toſos conatibus ad summum bonum consequendum) *uetant*. — § 53: *Habeamus in*

commune, quod nati sumus q alii ζ vulg.; quod omittunt cum vett. libb. Schweighaeuser et Fickert et distinguunt inter *Habeamus* et *in c. n. sumus* ut iam suaserat Lipsius, omittit etiam Hense distinguens post *in commune* cum Buechelero. Coni. *coeamus: in c. n. s.* Pincianus, *cohaereamus: in c. n. s.* Bartsch, *hac eamus. in c. n. s.* Gertz dubitanter. Equidem suspicor post *puto* excidisse *ita* et sententiam sic esse restituendam: *<Ita> habeamus* (cf. *sic habeto* et sim.): *in commune nati sumus.* — § 56: *iste sesciunt Q, iste artes se sciūt q et vulg., ista certa* (a superscr. in B) *esse sciunt B A* et sic vetustissimi edd. ubi *certa ista e. sc.* Prop. *istae artes si se sciunt* Haupt, *istae artes si se nesciunt* Madvig qui explicat (Adv. cr. II p. 500) «iis non opus est scientia sui; virtus et aliorum scientia est et sui», *istae artes si nesciuntur* Roszbach, *istae artes esse se sciunt* D. Steyns. Perspicua sententia existere videtur si, utriusque codicis Quiriniani et vulgatae scriptura parum immutata, scribimus: *omnes istae artes, si sciuntur, nihil deest.* Nec enim opus habent ut aliud quid noverit qui eas exercet, quarum ambitus ipsis censetur et continetur: virtus contra et aliorum scientia est et sui; discendum de ipsa est, ut ipsa discatur. — § 58 in.: *causa usque Q* vetustissimi edd. et Schweighaeuser et Fickert; *causarisque B A* sed in B *risque* delevit et superscr. *huius* m. rec., in A v supra r scriptum est; *causa uisque q alii ζ.* Corr. *causa his quae* Gertz quem secutus est Hense probabiliter quidem, vetustiorum vero codicum scriptura adducit ut potius scribamus *causa iis quae*, quam coniecturam confirmat codex 852 bibl. Univ. Patav. ubi legitur *causa iisque* teste Carolo Landi (op. c. p. 18 sq.). — § 60: *secr&a Q, decreta* rell. libb. ut videtur et edd.: Quiriniani scriptura commendatur et eis quae praecedunt *praeceptis vitam satis explicari* (opponuntur inter se praecepta, quae ad vitae usum pertinent, scil. ethica applicata, et secreta philosophiae quibus doctrinae ratio continetur, scil. ethica pura) et additamento *id est dogmata* quod, si scripturam *decreta* receperis, plane supervacuum fit ut suspectavit Hermes. Ab hoc enim loco absona videtur accurata definitio quae apte in contextum cadit in § 10 in. *prae-*

terea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, quae Graeci uocant dogmata, nobis uel decreta licet appellare uel scita uel placita: potius cogitandum uidetur quod paulo infra (§ 64) legimus: *aperta* (scil. praecepta) *sunt*, *decreta uero sapientiae in abdito*. Sicut *sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur* cet. — § 61: *multa quae Q multa quia* rell. ut uidetur, praeter cod. Palatinum tertium Gruteri qui, teste Fickerto, habet *multam quia* ut maluerunt Madvig et Hense. At post *probationem* facilius *multam* pro *multa* quam contrarium ex librariorum arbitrio fluxisse putandum est et, si totam disputationem in eo praecipue versari cogitemus ut probationibus et ideo decretis opus esse comprobetur, Quiriniani scriptura optime in contextum quadrare videbitur. «Quaedam, inquit Seneca, admonitionem in philosophia desiderant, quaedam probationem et haec quidem multa, quae involuta et obscura sunt.» — Ibid.: *necessariasunt et decreta Q, necessariae sunt et decreta* rell. libb. ut uidetur (et om. A). Schweighaeuser corr. *si prob. necessariae sunt, necessariae sunt decreta*, Hense¹ *si prob. necessariae sunt, sunt et decr.* sed in posteriore ed. recepit vulg. *si prob. necessariae sunt, et decr.*: distinguit *si prob. necessariae, sunt et decreta* Baehrens (beitr. p. 283) et Hense comparat ep. 94, 44 extr.; 118, 12; 120, 3; adde ep. 43, 2. Quiriniani scriptura *necessaria* adducor ut *necessariae* ante hanc uocem interdisse putem et sic esse scribendum: *Si probationes necessariae, necessariae sunt et decreta* cet. — § 70: *tibi foventibus* Q B A sed *tib* transfodit m. ut uidetur recentior in B, *opes* (es superscr.) et spatium vacuum q, *sibi fauentibus* cod. 852 bibl. Univ. Patav. teste Carolo Landi (op. c. p. 24) et vetustissimi edd., *tibi* uel *sibi* om. plerique ζ et vulg. Scripsit *sibi foventibus* Schweighaeuser interpretans «sui causa, suum in commodum, non rei publicae causa»; *tibi ex civibus* corruptum et hoc nomen ante *Caesareanas* traiciendum putat Rossbach; *timide foventibus* prop. Hense¹ in adn. cr., *utique f.* Castiglioni. Recte omitti *tibi* uel *sibi* in plerisque ζ uidetur: utrumque enim ueteris cuiusdam lectoris notam margini ad-

scriptam ac postea in textum temere invecam redolet, qua aut Senecam Neronis insolentiae indulgentem (cf. inimice in Senecam exclamantis glossema in ep. 110, 18) aut Romanos sua commoda, re publica neglecta, tuentes vituperaret, cum praesertim occurreret quod Seneca de eodem Catone ait in ep. 104, 33 *et Pompeium et Caesarem, quorum nemo alterum offendere audebat nisi ut alterum demereretur, simul prouocauit*. Ceterum quae in hoc ipso loco continenter praecedunt *Vides posse non timeri potentiam superiorum* (scil. Caesareanas et Pompeianas opes), dubitationem mihi afferunt, an *fouentibus* pro *paudentibus* traditum sit (*fouentibus* et cod. Patav. et ed. Ven. a. MCCCCXC fol. XLVII^v): quod si ita esset, *sibi* apte quadraret. De litterarum autem *p* et *f* permutatione in libb. plane grandem harum formam repetente cf. ep. 91, 4 *explorentissimo* Q (pro *ex flor-*); ep. 106, 12 in. *Paucis est* Q ζ , *faucis est* B A; ep. 121, 10 *perplexum* ζ , *perflexum* B A, al.

Ep. 96 in.: *Tamen tu indignaris aliquid aut quereris* cet. Sic Q B A rell. prope omnes, *Tantum* vel *Tantum tu* vel *Tu tantum* (pro *Tamen tu*) pauci ζ et vetustissimi edd. Scripturam *Tamen tu indignaris*, quae vulgo recepta ab edd. abruptum et ellipticum epistolae initium facit nec in praecedentis contextu quidquam adminiculi habens et a ceterarum epistularum consuetudine abhorrens, ortam suspicor a facili corruptela pristinae scripturae *Tamintusindignaris*. Cum enim vetus quidam librarius *Tamin* tamquam *Tamen* interpretatus sit, inde factum est ut seq. *tus* sensu carens tamquam *tu* exscriberetur. Itaque Seneca sententiam a querulis discrepantem concitate sic incipit exprimere: *Tam intus indignaris* (scil. in pectore, in animo suscenses) *aliquid aut quereris* (scil. voce dolorem significas) cet.: cf. ep. 107 in. *Ubi illa prudentia tua? ubi in dispiciendis rebus subtilitas?* cet.

Ep. 97, 10: *Non prenuntius* Q q, *non prae nuntius* (*præn-*A) B A sed *ae* in ras. B. Coniecit *non pronom iter est* Erasmus², *non pronom est* Lipsius quem secuntur et alii et Hense, *non praenuntius est* — sed *praeceptor* Ruhkopf, *non pronom euntibus* Haase, *non pronus animus* et ante *et quod* vel *alibi it* vel *est* O. Roszbach, *non prone itur* Herm. Mueck qui de

adverbio *praeceps* apud Senecam comparat Nat. qu. I 15, 2 *quaedam praeceps eunt*, dial. VII 13, 4 *quae* (scil. voluptates) *praeceps ferantur*; prop. *non per pronum tantum ad vitia venit sed per praeceps* aut *non prona est tantum ad vitia via sed praeceps* Windhaus, *non proclivis tantum ad vitia via est sed praeceps* P. Thomas. Equidem vetustiorum codicum auctoritati quam maxime obsequens opinor *pronuntius* ex prava interpretatione pristinae scripturae *pron' nutus* ortum esse, ita ut sententia huiusmodi existat: *Non pronus nutus* (scil. inclinatio, motus vergens deorsum) *tantum ad vitia, sed praeceps* (scil. est). Nec a Senecae sermone abhorret hyperbaton adverbii *tantum* quod potius ante vocem *nutus* expectaveris.

Ep. 98, 15 in. : *His sermonibus et his similibus* cet. Haec verba et quae secuntur, non apte cum praecedentibus cohaerere ubi de nullo sene sermo est, animadverterunt viri docti inde a Mureto et aut aliqua in huius epistolae principio desiderari aut huius epistolae finem deesse et principium aliud ad quam sequentia pertinerent aut hic olim finitam fuisse epistolam et alteram prope integram perisse cuius proxima efficerent clausulam, coniectaverunt. Hiatum quidem esse inter *uincas* et *his sermonibus* et vel integram hic epistolam desiderari opinatus est Lipsius, cui assentiri non possumus ea, quae deperdita suspicatur, de ipso Marullo fuisse, cuius mentio in sequenti epistula est. Schweighaeusero contra nil esse videtur quod statuamus aliqua intercidisse ante v. *his sermonibus* cet., cum haec respondere potuerit Seneca ad praecedentem aliquam Lucilii epistolam ac sive casu sive consulto omiserit viri illius nomen, de quo hic agitur. Quod si disputationis ordinem consideramus, qua Seneca in hac epistula monet sequendam esse naturam et animos in integrum restituendos ut dolores, quocumque modo corpus invaserint, perferantur, cogitare licet insequentia verba, quibus senex describitur dolores patienter ferens et tam turpe putans mortem fugere quam ad mortem confugere, facile huc irrepsisse ex alia quadam epistula quae de simili argumento scripta senis illius mentionem contineret. Succurrit autem mihi Bassus Aufidius ille, qui, ut noster ait in ep. 30, quamvis senilis

aetatis incommodis premeretur, alacri tamen animo erat et mortem hilaris quietusque ex iudicio certo opperens admittebat illam non adtrahebat. Sed quomodo verba, de quibus quaestio est, epistolae illi inseri possint, non invenio. Probabilius suspicari videtur Eug. Albertini (op. c. p. 139 adn. 2) senem egregium, de quo hic loquitur Seneca, esse Claranum illum qui laudatur in ep. 66 tamquam senex viridis animo ac vicens cum corpusculo suo conluctans et cum de aliis tum de inflexibili dolorum patientia disserens. In hoc tamen dissentio a docto viro quod extrema epistolae, de qua disputatur, verba inde a § 15 fragmentum esse alterius epistolae alium Clarani cum Seneca sermonem continentis et maxima ex parte deperditae opinatur, ita ut lacunam circiter trecentorum versuum suspicari liceat (cf. Albertini, op. c. p. 167). Consideranti vero epistolam 66 quaedam apparent quae cum extrema epistolae 98 parte coniunctionem ostendunt, primum generosa senis indoles dolori fortiter resistentis (*viridem animo ac vigentem* 66, 1 — *senex egregius vitae plenus* 98, 15), deinde materia ex parte similis (*Itaque haec magis laudaverim bona et exercita et fortia et cum fortuna rixata* 66, 50 extr. — *restituamur, ut possimus dolores, quocumque modo corpus invaserint, perferre et fortunae dicere: «cum viro tibi negotium est: quaere, quem vincas»* 98, 14), tum Mucius Scaevola utrobique memoratus inter exempla virorum terribilia vincantium. Praetereundum denique illud fortasse non est quod ep. 66 desinit in *vicit*, ep. 98, 14 in *vincas*. Quae cum ita sint, non audacius videbitur suspicari epistolam 98 conclusam quidem esse verbis *quaere quem vincas*, clausulam vero, quam huic adiunctam libri tradiderunt, huc translata esse ex ep. 66 quae tota de Clarano sene eiusque sermonibus est, ita ut verbis *his sermonibus et his similibus* revocetur quod antea (§ 4) in eadem ep. 66 legimus: *Quamvis autem paucissimos una fecerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram et ad te permittam*. Ex his postquam primum exhibuit Seneca, clausulae more subiungit *his sermonibus* cet. id spectans ut senis laus corporis cruciatus contemnentis ut initium sic finem epistolae faciat.

Ep. 99, 24: *contrarius acconcitatus* Q cum cod. Palat. tertio Gruteri, *contria* (in fine versus) *concitatus actus* B A, *concitatus* q ζ et sic vulg. Proposuit *antea concitatus* Buecheler; sed vetustiorum librorum, praesertim Quiriniani, scripturam considerans retinendum puto *ac concitatus*: codicum autem A B, ubi *contria* in fine versus est, librariorum in sequens versu vocem *actus* perperam post *concitatus* potius quam ante collocavisse suspicari licet, et in Quiriniano *contrarius* pro *contractus* male exscriptum esse. Unde haec sententia existit: *Sic aues, sic ferae suos diligunt, quarum contractus ac concitatus est amor et paene rabidus, sed cum amissis totus extinguitur*. Adiectivi quidem *contractus ac concitatus* aptam gradationem efficere videntur, sive «contractus» tamquam «brevis» interpretamur sive potius tamquam «astrictus, constrictus, durus et vehemens, ut pugilis impetus brachia contrahentis quo violentius pugnum impingat». — 25; Metrodori verba a Seneca subscripta, qualia Quiriniani codicis librarius ex suo exemplari delineare studuit et tabula huic volumini adnexa fideliter exprimit, huiusmodi apparent: ΜΗΤΡΩΔΩΡΩΥ ΕΠΕΣΤΟΛΑ<Ω>Ν ΚΙΝ ΠΡΟΣ ΤΙΝ ΑΔΕΛΦΗΝ ΕΚΤΙΝ ΓΑΡ ΠΟΣ ΕΔΟΝ<Η> ΤΙ ΛΥΠΕΙ <Σ>ΥΡΓΕΝ <ΗΣ>. Unde erui posse videtur: [Μητροδώρου ἐπιστολῶν συναγωγῇ] πρὸς τὴν ἀδελφὴν.] Ἔστιν γὰρ πὼς ἡδονὴ τῆ λύπη συγγεν<ής, ἣν χρὴ θηρεῦειν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν>. In Hensii editione videas quomodo haec graeca verba et reliqua, quae in Quiriniano desiderantur, tradita sint in B A, prae quibus Brixianus codex habet ΚΙΝ quas ego interpretor tamquam primas litteras vocabuli συναγωγῇ (σιν pro σύν facile scripsit librarius sui temporis pronuntiatione adductus, sicut τιν pro τὴν, τι pro τῆ, λυπει pro λύπη). Ut autem ΤΙΟC non tamquam τις cum Iano, Schweighausero, Fickerto, Buechelero et Hensio, sed ποc (scil. πως) cum Haasio et Rossbachio interpreter, suadet eadem litterae π scriptura in πρὸς. Ac Rossbachio assentior fontis indicem Μητροδώρου — ἀδελφὴν non a Seneca adscriptum esse ideoque uncis includendum, ut eiusmodi indices in epp. 97, 4 et 114, 5. De huius loci restituendi conatibus cf. Aem. Thomas, *Ueber*

Bruchstücke griechischer Philosophie bei dem Philosophen L. Annaeus Seneca in « Arch. f. Gesch. der Philos. IV 1891 pp. 570 - 573 » et Hense² p. 475 adn. cr.

Ep. 100, 2 in. : *Fabianus mihi non effundere videtur orationem, sed fundere. Invertit Pincianus non fundere — sed effundere et Hense comparat § 10 non est (scil. Fabiani oratio) uiolenta nec torrens, quamuis effusa sit.* Sed repugnantia magis specie quam re ipsa nititur. Hic enim Seneca ait Fabianum non effundere orationem sed fundere, i. e., ut Lipsii verbis utar, orationem eius fluere non cum impetu et turbide sed leniter et cum ordine: illic verba *Sed non praestat — sed pura* respiciunt Lucilii altercationem quae continuo sequitur « *Desideres, inquis — comice exile* », et aut ipsa quoque Lucilius proferens inducitur aut, si tamquam Senecae concessio accipienda sunt fatentis Fabiani orationem nec fortem nec violentam torrentemve esse, Lucili offensiones extenuandi causa virtutes illius in maius extollunt et elatam effusamque eam dicunt quae antea tamquam fusa et plana descripta erat. Cf. quae de hoc loco disserit G. H. Mueller, *Animadv. ad L. A. Senecae epistulas quae sunt de oratione spectantes*, a. 1910, p. 69. — § 7 in. : *seruat pedem curuat lenta* Q q Harlei. 2659 alii ζ, *pedem curuat lenta* B A. Varie hunc locum ediderunt viri docti : *pedem seruat. Curuat lenta* vetustissimi edd., *pedem seruat, curata, lenta* Erasmus et sic inde edd. usque ad Ruhkopfium, *pedem servat lenta* Haase, *p. curvat lenta* Hense praeceuntibus Schweighaeusero et Fickerto; *seruat pedem curuatur lenta* prop. Rossbach. Equidem ad vetustissimorum editorum scripturam revertendum opinor *pedem seruat, curuat lenta*. Sic et chiasmus ex Senecae more suppetit et facilius explicatur librorum B A lacuna, qui *seruat* omittunt: vocem autem *curuat* intransitive pro *curuatur* hic adhibitam esse patet, ut ἰσχυρῶς cum praeced. *pedem seruat* efficiat: cf. ep. 95, 2 *minutissime scriptam, artissime plectam*. — § 8 : *Nonenī illahumilia sedplacida|etadanimi tenorem* Q, *non sunt enim tenorem* B A, *Non sunt enim illa humilia sed placida et ad a. t.* q ed. Mentel., *non sunt humilia illa sed pl. et ad a. t.* Lipsius, *non sunt enim humilia illa sed pl.*

et ad a. t. nonnulli ç ut Harlei. 2659 et sic edd. inde a Schweighaeusero et etiam in editione altera Hense qui in proecdosi lacunosam codicum B A scripturam, re in medio relicta, exhibuerat. Prop. *non sunt enim tenuia aut abiecta sed ad tenorem* Buecheler, *non s. e. tenuia aut abiecta sed ad unum tenorem* Castiglioni, *non s. e. tenuia sed in tenorem* Bourgery. Ex Quiriniani scriptura proficiscens *sunt ante sed excidisse* opinor ideoque esse scribendum: *Non enim illa humilia sunt sed placida et ad animi tenorem* cet. Usitatius fuerit *nec enim vel neque enim*; sed *non enim* etiam cod. Harlei. 2659 qui deinceps habet *sunt humilia illa sed* cet.

Ep. 101 extr.: post hanc epistulam lacunam amplio-rem esse aut librorum vitio aut primi editoris consilio putat Haase (praef. p. IV); unam vero aut probabilius duas vel tres epistulas hinc excidisse et quidem circiter sescentos versus desiderari statuit Eug. Albertini (op. c. p. 166 sq.). Cui suspicioni locum dederunt verba insequentis epistulae § 3 in. *Negat (negas alii) me epistula prima* (sic omnes libb.) *totam quaestionem soluisse* cet. quibus Seneca significare videtur Lucilium initium cuiusdam suae epistulae fecisse exprobrantem philosopho ipsi quod quaestionem de claritate post mortem contingente agitans non totam explicuisset sed moralem tantum eius partem, reliquis eiusdem quaestionis locis in aliud tempus dilatis. Alii autem verba *epistula prima* tamquam ablativum interpretantes Lucili reprehensionem ad primam quandam Senecae epistulam de illo argumento pertinere opinantur: quid ego sentiam, vide in adn. crit. ad ipsum locum. Utcumque res se habet, Seneca in exordio ep. 102 sibi de animarum aeternitate iucunde cogitanti supervenisse ait Lucili epistulam, in qua amicus ipsi obiceret quod probare studens claritatem, quae post mortem contingeret, bonum esse, adversariorum obiectionem non solvisset, claritatem idcirco bonum esse non posse quod ex distantibus constet. Hunc quidem locum dialecticum et alios eiusdem naturae, ad quos agitandos aggreditur in ep. 102, se de industria distulisse profitetur primumque partem eiusdem quaestionis moralem tractasse et quidem locos tres ad hanc perti-

nentes (§ 4). Quos cum nusquam alibi in epistulis, quae exstant, plene explicatos sed tantum hic illic leviter tactos videamus, facere non possumus quin aliqua deperisse suspicemur. Haec vero non tam magni ambitus putaverim quam Eug. Albertini opinatur, quocum consentio vix cogitari posse cum Abele Bourgery (« Les lettres à Lucilius sont elles de vraies lettres? » in Rev. de Philol. 35, a. 1911, p. 47 sq.) ea, quae in ep. 102, 3-5 de disputatione quae praecessisset enarrantur, a Seneca omnino ficta esse, ut cetera, quorum disceptationem epistulae argumentum desiderat, initio proferrentur tamquam antea tractata.

Ep. 102, 11: *deinde claritas desiderat multa suffragia libri omnes. Scr. d. cl. non desiderat m. s. Muretus, d. cl. desiderat non m. s. Windhaus, d. cl. d. nulla s. Wolters, « Deinde cl. d. m. suffragia »: potest cet. Herm. Mueck (Observ. crit. gramm. in L. Annaei Senecae scripta philos., 1890, p. 8 sq.), deinde « claritas d. m. suffragia »: potest Kronenberg apte quidem, simplicius vero ac vividius eodem rediit Hense enuntiatum interrogative formans *deinde cl. d. m. suffragia?* — § 27: *saepe* Q B A q (*sepe* q) plerique ζ, *semper* unus ζ et Pincianus idque tuetur Rossbach, *aeque* Gruterus cui assentitur Hermes, *secde* (*secundae*) Buecheler (cf. ep. 92, 24,) *nempe* Kronenberg, *scilicet* C. Brakman. Equidem puto *saepe* vel *sepe* pro *tepe* (scil. *tempore*) traditum esse, quod et universe in sententiam quadrat et proprie convenit cum eis quae secuntur *ueniet, qui te reuallat dies* cet. — § 28 in.: *quantūpotes subuoluptariquae* Q cum B A, *quantum potes supuola ubique* q. In magna varietate lectionis plus minusve corruptae (cf. adn. cr. in Fickerti edit. I p. 581), qua haec et continenter sequentia laborant, hunc locum ab emendatoribus multimodis temptatum Fickert et Haase exhibent qualem fere restituit Ianus *hinc n. q. tu, q. potes, subvola voluptatique*. Coniecit *huc n. q. tu q. potes, subi voluptatique* Madvig; tuetur *huic* Hense et *subduc te* pro *subvola* scribit (*q. potes, subduc* Bartsch); *subtrahe te vol.* prop. Buecheler. Ad sententiam efficacius facere videtur *subsili*, unde *sili* post *sub* facile excidere potuit. Itaque sententia huiusmodi existit: *Hinc* (sic aliquot ζ) *nunc quoque**

tu, quantum potes, subsili voluptatique cet.; cf. ep. 13, 3 saepe iam fortuna supra te fuit, nec tamen tradidisti te, sed subsiluisti et acriter constitisti: 31, 11 subsilire in caelum ex angulo licet, al. — Ibid.: necessariisq; Q cum B A (necessariisque pr. B) q (necessariis que q). Coniecit necessariis quae, om. praeced. quae Ianus: scr. necessariis quoque Fickert et Haase, necessariis seriisque Hense; prop. necessariis, om. que Bartsch. Malo scribere necessariis utique: ea tantum voluptas a Stoico admittitur, quam necessariis rebus natura admiscuit: cf. ep. 116, 3. — § 30: qui mori sperat. sed quoq; Q, qui mori sperat (i transf. m. rec. in B). Se quoque B A, qui mori (i superscr.) sperat. Sed ille quoque q. Scr. q. m. sperat, si is q. Erasmus² et sic vulg., prop. q. mori sperat se superfuturum, si is quoque Madvig sed supplemento opus non esse assentior Io. Muellero (*Krit. Studien zu d. Briefen Senecas*, 1897, p. 24 sq.) qui comparat ep. 77, 18 ubi mori times et mortem times alterne occurrunt, et recte monens voci mori praegnantem, quae dicitur, sententiam subesse ut non tantum mortem ipsam significet sed etiam ea quae post mortem expectantur, verba qui mori sperat interpretatur «der aufs Sterben hofft»: qui mori sperat? is quoque prop. Buecheler probante Hensio. Puto sed falso exscriptum esse ex continentibus litteris siel' (= si et is), unde si et is quoque. — Ibid.: spargit. id agit ut Q vetustissimi edd., spargit ut sed t transfossa m. recentiore B, spargi ut A, spargi, id agit ut q 5 et sic vulg. Pristinam Bambergensis scripturam tuetur Hense: solutum spargi, statim spargit, ut (ita ut spargi ad animi in totum dissolutionem, statim spargit argute ad vitae libenter renuntiandi voluntatem spectet) supplet Io. Mueller Bartschio et Buechelero assentiens sententiae caput in eo esse ut demonstretur non hominis propositum quo etiam post mortem utilis esse possit, sed ipsius a vita secessus sine aegritudine. Mihi quidem sententiarum ordo hic esse videtur: Seneca affirmat eum qui aeternitatem mente conceperit, nullis ad timorem minis agi posse, et concludendi confirmandique causa interrogative exclamat: quidni non timeat qui mori sperat? At, pergit Seneca, tam insita in hominum animis aeternitatis cogitatio

est ut non modo qui eam sibi proponunt, sed etiam qui corpore dissoluto animum statim spargi putant, in vita se ita gerant, vitam suam eo referant ut virtutis exemplo edito etiam post mortem utiles esse possint. Itaque *id agit* sententiae necessarium et in B A propter similem extr. syllabam praecedentis *spargit* vel *spargi* omissum apparet. Rectius autem A *spargi* scil. *in elementa sua recedere* quam Q et pr. B *spargit* exhibet: cf. ep. 57,7 *qui existimant animam hominis — permanere non posse et statim spargi* cet. Praeterea ut locutionem *id agit* non librarii cuiusdam arbitrio inveciam sed ex Senecae ipsius stilo repetendam esse putemus, complura illius exempla suadent quae apud nostrum occurrunt: cf. ep. 103, 5; 107, 4; 108, 6; 110, 7 et 20; 113, 29; 120, 21 al.

Ep. 103, 1: *pares sunt* Q, *pari essunt* B A, *pares sibi q rari sibi alii* ç. Coniecit *rari sunt* Pincianus, *rariores* s. Gruterus quem secuntur edd. recentiores inde a Schweighausero praeter Haasium qui scr. *rari existunt*; prop. *rari est casus, etiamsi gravis* Madvig. Sententiae summa adducor ut opiner *pares* perperam traditum esse pro *in pares* (*in* facile absorberi potuit syllaba finali praecedentis vocis *captant*) idque coniungendum esse cum praeced.: i. e. quae captant nos tam subdole et subito ut inaequales simus viribus ad resistendum: contra, ut noster mox ait (§ 2 in.) *tempestas minatur antequam surgat* cet. Deinde pergit Seneca: *Sunt casus* (scil. eventus fortuiti, qui possunt fortasse evenire sed possunt et non evenire, qui nobis incidunt, non insidiantur), *etiamsi granes* cet.: his opponitur cotidianum periculum quod ex homine homini impendet. Iam scripserat Ruhkopf: *quae captant pares. Sunt casus* cet. Adiunctum *rari* vel *rariores* voci *casus* supervacuum apparet aut certe vim orationis tenuat.

Ep. 104,2: *hoc beneficium aetatis amitto* Q cum rell. Proposuit *in hac* (scil. *Paulina*) pro *hoc* G. Gemoll, *in hoc* (scil. in consulendo mihi) A. I. Kronenberg, *hoc benef. aetatis amore uxoris amitto* Gertz; « si quid desit, supplerim *hoc benef. aetatis officio humanitatis amitto* » adn. Hense. Nil mihi videtur mutandum aut supplendum, cum legenti apertum sit Senecam significare voluisse se beneficium senectutis fortiolem ad

multa reddentis amittere quod Paulinae uxoris amore ad-
 ductus saluti consuleret. — § 6: *obruent* Q B A, *obruūt* q
 cum vetustissimis edd., *obruerant* quaedam exemplaria Gru-
 teri et Pinciani idque recepit vulgata, *obruerunt* vel *obruerit*
 vel *obruerint* vel *obtinent* alii ζ. Prop. *obferunt* F. Gloeckner,
obsorbent Buecheler, *obruerunt* Rossbach ex nonnullis ζ, *sor-*
buerunt vel *sorbserunt* Castiglioni cui assentior, quamquam
 non ineptam sententiam praebere videtur etiam *obruunt* sim.
 i. e. obtectum, conditum tenent. — § II: *uidet*/*autuideres*
dum uiueret uter alium Q cum A nisi quod hic *uide* pro *uidet*
 et *ut* pro *aut* legitur, *uide ut uideres dum uiueret uter. alium*
 B, *uide ut uideres dū uirēt. utrū alium* et super *uirēt* scr. est s.
folia in q, aliter alii ζ. Hunc locum in libris plane corruptum
 multis emendandi conatibus temptarunt varietate ediderunt
 viri docti: *aeque viret. Aliud alio die c. exc.* Muretus, *aeque viget,*
ut videras dum vireret. utique aliud alio die c. exc. Lipsius,
aeque vide, ut videris dum virent. utique aliud (alium Fickert)
alio die c. exc. Ruhkopf et Fickert, *aeque vide, ut vides eas, dum*
virent. Utique alium alio die c. exc. Schweighaeuser, *aeque*
vide ut flores virides: dum virent, utere: alium alio die c. exc.
 Haase, cui adsentitur Rossbach nisi quod *ut virides* <*frondes*>
 mavult; *aeque vide, ut videres, dum vireret, ver* Buecheler:
aeque vide; dum virent, utere: alium alio die c. exc., secluso *ut*
videres Herm. Mueck qui (op. c. p. 16) nusquam alibi apud
 Senecam *aeque ut* inveniri animadvertit. At, si locum, qualem
 optimi libri tradunt, consideremus, non audacius videbitur
 suspicari veterem quendam librarium, cui in exemplari ob-
 versaretur *atuiduoris*, vocalem *a* aperta forma exaratam tam-
 quam *u* exscripsisse, *e* pro *o* et seq. *i*, ut saepe alias, legisse,
 neglecta *u*, cum praesertim praeced. *uide* et litterarum simi-
 litudo facerent ut altera eiusdem verbi vox cogitaretur.
 Puto autem *uireret*, quod aptius quam *uiueret* ad arborum
 frondiumque imaginem quadrat, pro *virent* traditum esse et
uter pro *utere*. Itaque haec existit sententia: postquam Seneca
 tam ineptum dixit esse amicos amissos flere quam folia
 arboribus amoenis et domum ornantibus decidentia et conclusit:
Quicquid te delectat, aequae uide (scil. eodem animo considera,

quo folia), huic consilio adversarium quendam, ut solet, inducit obloquentem: *At uiduor is* (scil. quos amo), et pergit quodammodo adsentiens simulque suadens: *Dum uirent, utere: alium alio die casus excutiet, sed cet.* Sic continuatur sententia, cuius initium fuerat (§ 10): *ipsa pax timores subministrabit. Ne tutis quidem habebitur fides consternata semel mente cet.* — § 14 in.: *ceterum inconstantia mentis, quae maxime aegra est, lacessit, mobiliorem leuioremque reddit ipsa iactatio.* Sic Hense: *inconstantiam* q alii c vulg., *lacessitam* Pincianus: c. *inconstantiam mentis, quae cum maxime aegra est, lacessit, mobiliorem* cet. Muretus; *lacessit, et mobiliorem* cet. Lipsius; *inconstantiam mentis, quae m. aegros lacessit, mobiliorem* cet. Madvig. Opinor scriptum fuisse: *ceterum inconstantiam mentisque maxime aegrae aestum* (scil. perturbationem, dubitationem) *lacessit, mobiliorem* cet. Postquam *quae* pro *que* exscriptum est, facile ex *estū* extr. syll. ū tamquam inepte addita a librario omitti potuit. Quod ad sententiam attinet, cf. ep. 2, 1 *Aegri animi ista iactatio est:* Verg. Aen. XII 486 s. *Vario nequiquam fluctuat aestu, | diversaeque vocant animum in contraria curae.* — § 20: *et emenda* Q B A q rell. Delevit *emenda* tamquam dittographiam Muretus eique adstipulati sunt multi edd. et nuper A. I. Kronenberg et Castiglioni: *et demenda* scripsit Hense qui in adn. cr. proponit etiam *detrahe, eximenda*, sed cum *demenda* tum *eximenda*, ut Aloisius quoque Castiglioni de *demenda* animadvertit, Senecae cogitatum excedere videntur. Opinor scribendum esse: *onera tibi detrahe et eluenda desideria intra salutarem modum contine, omnem ex animo erade nequitiam*, ita ut, postquam Seneca Lucilium monuit *te igitur emenda, onera tibi detrahe*, docere pergat, quomodo id assequi possit, scil. si desideria, quibus sensim, gradatim se purgare, solvere debet, compresserit et omnem ex animo nequitiam eraserit. De verbo *eludere* translate adhibito cf. Cic. amic. 21, 76 *Tales igitur amicitiae sunt remissione usus eluendae* cet. — § 27: *verba quibus ille domi — similiores* non a Seneca esse videntur Ruhkopfio, totus autem hic locus valde suspectus est Haasio qui (praef. p. v) fortitudinis ac patientiae Socratis descriptionem additis postea verbis pluribus dilatatam putat; libroriorum

tantum ex negligentia ortam esse loci obscuritatem rati alii viri docti varie ei mederi studuerunt (vide adn. crit.). Equidem retento commate *quos militares quoque pertulit* ubi particula *quoque* alios etiam labores eosque domesticos significat, ad Ruhkopfii sententiam accedens verba *quibus ille domi — similiores* tamquam putidius et supervacuum additamentum expunxerim. — § 29; aut *intanta* Q, aut *intacta* B A, aut *ī etate* q cum aliquot ζ et vulg., aut in R. P. (i. e. in re publica) cod. Harlei. 2659 idque verum putat Rossbach. Correxit aut in pace Gronovius, aut in iactatione Hense: prop. aut in toga A. I. Kronenberg. Ad Hensii emendationem accedens scribendum puto: aut in iactatu concipiente iam (scil. in iactatu eorum qui iam cogitabant, meditabantur) *ciuile bellum*. In continenti quidem scriptura facile *intac-* pro *iniac-* scribi potuit et *tu* extr. omitti tamquam alterum *ta* a librario lectum: cf. ep. 94, 70 *protectus* pro *proiectus* Q B A; 110, 12 m. et *tam* pro *etiam* B A; ibid. 13 *scruta* pro *scrulata* Q et pr. B; ep. 113, 1 in. *iacta* pro *iactata* Q B A al. Quod autem ad Quiriniani scripturam *tanta* pro *tacta* attinet, cf. ex. c. ep. 119, 8 extr. *tanto* pro *tacto* Q q plerique ζ . — Ibid. : *inseruisse dixisse* Q B A, *in seruitute uixisse* q ζ vulg. Hunc locum variis emendandi conatibus temptarunt viri docti: *in servis eluxisse* Buecheler, *intra servos vixisse* Bartsch, *seruituti se eduxisse* Haase, *in servis vixisse* Rossbach; *in servis se <seruituti e>duxisse* vel *in servis se <libertati ad>dixisse* malit Hense. Suspiciari quidem licet *in* ante *seruis* in optimis libb. aut dittographiam esse praecedentis *-en* aut sine ulla causa adiunctum ut saepe alibi: totius vero sententiae vis et praeced. *non minus* eo adducunt ut aliquid inter *in* et *seruis* propter similes litteras intercidisse putem et coniciam *in<territum> seruis se eduxisse* idque apte cohaerere videtur cum iis quae in reliqua epistula Seneca de Catone affirmare pergit. Adiectivum *interritus* scriptori nostro in deliciis esse iam supra animadvertimus. Structura autem verbi *educere* cum dativo saepius occurrit apud nostrum: cf. supra (§ 13) *animo mala eduxit*; dial. VII 2, 3 *ut me multitudini educerem* al.

Ep. 105, 3: *etiamsi parum nota sunt*. Sic raro Q cum

vetustissimis edd., *etiam* (*etam* A) *pars innotarum sunt sic raro* B A, *isignia etiam si parum nota sunt*. Sic q cum vulg. ubi tamen *sic uero* plerumque legitur. Qua in scriptura non acquiescens coniecit *etiam parua, si notabilia sunt, si rara* Madvig qui primus novam sententiam inde ab *invidiam effugies* incipere vidit: prop. *etiam parua, si notantur sicut signata. Invidiam effugies* cet. Herm. Mueck conl. ep. 68, 4 *irem signata sollicitant*; an scribendum sit *etiam parua, si non notarum rerum sunt set* (vel *si*) *rarioorum* dubitat Hense. Quiriniani scriptura, ubi plane inter *etiam* et *si* excidit *parua* propter seq. *parum*, eo adducit ut Madvigii emendationem recipiam, pro *notabilia* posito *parum nota* ut voluit Buecheler: *concupiscuntur enim etiam* <*parua*>, *si parum nota* (i. e. si parum consueta, communia) *sunt, si rara* (i. e. in suo genere eximia, singularia), unde apta gradatio fit. Rossbach autem codicum B A scripturae *pars innotarum* artius inhaerens prop. *parua, si nota parum* (Madvigio in reliquis et ipse est assensus), quae variatio ad sententiam indifferens est.

Ep. 106, 12 in.: *simplicior. Paucis est* Q cum aliquot ḡ idque verum videtur quoniam *est* (ἔστιν, licet) cum infinito et occurrit haud raro apud scriptores Senecae aequales aliarumque aetatum et poetico philosophi nostri sermoni convenit; *simplicior. paucis opus est* q cod. Rehdig. I sed *opus* quod receperunt aliquod edd. vett. inde a Mureto, si verum esset, probabilius inter *simplicior* et *paucis* intercidisset: *simpliciter* B et pr. A sed *te* in ras. B, et continuo *paucis est* B A. Scripsit *simpliciter satius est* Hense ex Buecheleri coniectura; prop. *simplicior, paucis est ad m. b. usus litteris* Linde; *simplicior, vacui est ad m. b. uti litteris* Madvig, *simplicior. nauci est ad m. b. uti litteris* Rossbach, sed Seneca litteras quidem non omnino supervacuas esse affirmat, earum vero intemperantiam condemnat: cf. mox *quaemadmodum omnium rerum, sic litterarum quoque intemperantia laboramus*.

Ep. 107, 1: *deciperent* Q B A, *deciperentur* q ubi *al. deciperent te* superscr. q¹. Coniecit *si amici deceperunt* Pincianus, *si amici te deciperent* dubitanter Hense. Totum hunc locum in mss. plane corruptum et multimodis a viris doctis et edd.

temptatum sic supplere conatus est Hense in proecdosi: *si amici deciperent (habeant enim — non sint), omnibus rebus tuis <desset aliquid: nunc> desunt illi* cet. probante Buecheleri, dissentiente Rossbachio. qui mavult *Si amici deciperent? (habeant — non sint) omnibus rebus tuis desunt illi qui* cet. Iam coniecerat *putaverunt sibi: amici deceperunt (habeant enim s. nomen, quod illis noster error imposuit, et vocentur, quo turpius non sint, i. e. quo turpius sit non esse eos quod vocentur); omnibus r. t. desunt illi, qui et op. t. contereabant et te al. m. esse cogebant* (cum a te postularent, ut aliorum operam et auxilium sibi conciliares) Madvig. Retento ex libb. *credebant* et recepto *error* ex Madvigii emendatione locus sic restitui posse videtur: *serui occupationes tuas occasionem fugae putaverunt* (sic comma apto usitatoque numero concluditur). *Si<c> amici deceperint* (Seneca concedit servos, qui fugissent, tamquam amicos decepisse Lucilium) — *habeant enim s. nomen, quod illis n. error inposuit, et <eo> uocentur, q. t. non sint —: <quota pars uero sunt de> omnibus rebus tuis? Desunt illi* cet. (verba suppleta librario facile apparuerunt tamquam paene iteratio praecedentium *quo turpius non sint*). — § 5: *deinceps quaemulta etuariasunt. in nos* Q cum B A q rell. Supplevit *deincepsque <accidet>. Multa et varia sunt <quae> in nos diriguntur* Muretus, *accidit <et accidit> deinceps. Quam m. et v. in nos d.* (vel *v. sunt quae in nos*) Lipsius ad quem accedit Rossbach qui omisso *et accidit* prop. *deinceps quam m. et v. sunt, quae in nos d.*; coniecit *deincepsque m. et v. in nos d. secluso sunt* Madvig, *deinceps quae m. et v. sunt <tela fortunae> in nos d.* sim. Buecheler; *deinceps quae m. et v. sunt in nos tela d.* malit Hense conl. nat. quaest. II 59, 2 de vita b. 2, 3. Mureti quidem coniectura et Senecae sermoni et probabili corruptelae rationi apte respondere videtur.

Ep. 108, 31 extr.: *etaliqui qui putant* Q cum B (*et et alt. qui punct. in B*), *aliqui putant* A, *et aliqui qui putabant* q. Correxit *id esse in p. l. et alii putant et F.* Pincianus, *id esse in p. l. putat et F.* Muretus; *id ita in p. l. aliqui* (vel *et alii*) *putant et F.* vulg. Supplevit *argui* inter *alii* et *p.* Madvig; ex *aliqui qui eruerunt alii qui qui* Haase et Hense quorum posterior

dubitanter prop. *id ita inveniri in p. l. et*; coniecit *id ita in p. libris et aliis scriptum esse antiqui putant et F. Buecheler*. Equidem sic scripserim: *id ita in p. l. esse* (prior syll. *es-* propter praeced. *-is* excidere et inde *et pro -se* reponi potuit: *esse et iam Windhaus*) *aliique* (quod cum exscriptum esset tamquam *aliqui*, inde iteratum est *qui* perperam ut saepe alias) *putant et Fenestella*. De *que* — et cf. Draeger², hist. synt. II p. 78 sq.

Ep. 109, 6: *suas./ Utetur propriae velocitate sed nihilominus adiuvant* (n punct.). *Etiam currentem/ hortatur* Q. Verba *utetur* — sed omissa in B A eicit Hense: *suas. Utetur pr. uel. sed n. adiuvat et iā qui c. hortatur* q cum plerisque ζ et vulg. ubi *etiam*. Corr. *hortator* Schweighaeuser cui assentior (de frequentia nominum per suff. *-or* fictorum apud Senecam cf. Bourgery, op. c. p. 260 sq.), *hortaturi* Buecheler qui *adiuvant* legit; *adiuvat et iam currentem hortatur* prop. C. *Watzinger* cui adsentitur Hense in Add. et corr. p. 633 sq. conl. ep. 43, 2 extr. et Plin. ep. III 7, 15. Verba *utetur propriae velocitate* quae Q cum plerisque ζ exhibet, imaginem a corrente sump-tam apte praemonentia pleniorēque efficientia vix a docto quodam lectore excogitata et inde librariorum arbitrio in textum invecta putaverim. Aperta quidem loci sententia est: « potest quidem ille (scil. sapiens quem alter sapiens adiuvat) etiam relictus sibi (scil. non adiutus) explicare partes suas: utetur propria velocitate, sed nihilominus adiuvat etiam currentem hortator (scil. qui ipsum suis viribus currentem hortatur, incitat). » Cf. supra (§ 5 in.) *gaudium illi* (scil. bono) *adferet* (scil. bonus), *fiduciam confirmabit* cet. — § 9 in.: *qui in summa motus est calore adiecto* Q cum B A sed et qui B A, *qui in summo est calore ei non opus est calore adiecto* q et sic Muretus aliique omisso *calore* ante *adiecto* et translatis verbis *ad haec respondeo* post *continet*. Restituit ordinem Rühkopf quem secuti sunt reliqui edd.; non ante *opus* eiecit Schweighaeuser, sed negantem particulam, quam q exhibet, ut retineamus suadet ipsa codicum Q B A scriptura *motus est* probabiliter ex *non opus est* corrupta. Coniecit *ei* (*ei* pro *et iam* Fickert), *qui in summo est calore, opus est calore adiecto* Madvig adprobante Hensio qui tamen *et* retinet et in proecodosi

dubitanter prop. *et ei*: Baehrens contra (beitr. p. 326) demonstrativi pronominis ellipsin defendens scribendum monet *et qui in summo* (scil. *est calore*), *opus est calore adiecto*, addubitat Bourgery (op. c. p. 406). Q q aliique libb. qui *et* omittunt, dubitationem confirmant an *ei* inter *respondeo* et *qui* exciderit et in nonnullis libb. *et* pro *ei* traditum sit; particula autem non ante *opus* recepta ex q et vulg., interrogative distinguo post *teneat*, ita ut sententia haec fiat: *ei, qui in summo* <est calore, non> *opus est calore adiecto, ut summum teneat?* — § 14: *an deliberaturus sit sapiens, an in consilium aliquem aduocaturus* libb. omnes (unus Palat. quartus Gruteri om. an ante del.). Castigatorem lectionem *an del. sapiens sit, in consilium aliquem aduocaturus* existimat Pincianus; *an del. sapiens in cons. aliquem sit aduocaturus* scr. C. S. Curio, *an deliberaturus solus sit s., an in c. a. adv. prop.* Hermes. Sed bipertitae quaestioni, qualem libb. tradunt, Seneca respondet et proximo enuntiato *quod facere illi* — *litis ordinatori* et paulo infra (§ 15) *virtus autem suadet.... deliberare et intendere animum: facilius intendet explicabitque qui aliquem sibi adsumpserit*. Anaphora autem particulae *an* a Senecae exuberanti sermone abhorrere non videtur. — § 18: *presta interim q* cum cod. Harlei. 2659 et aliis ζ, *praestaturum* (*prest-*A) B A. Coniecit *praesta tu, ut* Pincianus, *praesta: tum* (et antea *haec*) *ut* Lipsius, *praesta et cura, ut* Gertz, *praesta curam, ut* Hense, *praesta* <*persta*>*turam* Rossbach conl. Liv. VIII 34, 4, *praesta securitatem, ut* Castiglioni. Hensii emendationem recipio, quamquam dubitatio mihi restat an sic scribi possit: *hanc mihi praesta* (scil. sponde, in te recipe) *tutam uoluptatem, ut gloriam contemnam* cuius insanus amor hominibus sui regimen adimit eosque in ipsa pericula adducit quae Seneca hic perstringit et fusius disserit de Alexandro, Pompeio, Caesare, Mario et in universum de ambitiosis intemperantia victis in ep. 94, 61 sqq.

Ep. 110, 5: *bonum q* rell. Coniecit *modum* Madvig, *locum* Cornelissen, *atque vim* Windhaus, *voltum* Io. Mueller; «*bonum* probe libri: velut si quis calamitatem timet, ignorat ille naturam ac bonum calamitatis i. *timoris sui*» adn. Hense conl.

dial. I 4, 6 *calamitas virtutis occasio est*. Forsitan fuerit *naturam ac vanum* (scil. vanitatem, inanitatem).

Ep. 113, 1: verba *puto quaedam* (sic libb. et edd.) esse, quae deceant *phaecasiatum palliatumque* exhibent post *profiteor* libb. et vulgo edd., omisit Muretus qui plane sententiarum ordinem turbatum sensit. Totum hunc locum consideranti mihi verba illa retrahere visum est post *terere*. Seneca enim disputationes subtiles easque inutiles condemnat, quibus Stoici ingenium inter inrita exercere putabantur, et pergit adfirmans eas graecis quidem Stoicis argutis et scholasticis condonari posse, romanis non item. Quare autem suo loco mota sint, facile apparebit, si cogitemus veterem quandam librorum verba ipsa tamquam explanationem enuntiati *sed me in alia esse sententia profiteor* accepisse, quibus verbis quid significare voluerit, particulatim noster explicat infra (§ 6 in.) *ego in alia esse me sententia professus sum*. Non enim tantum *virtutes animalia erunt* cet. Opinor autem quidem pro *quaedam*, quod tradunt libri, esse scribendum (*puto quidem esse*, scil. *ista, eiusmodi ut deceant* cet.) et tamen post *faciam* addendum (*tam* post *-iam* facile excidere potuit). — § 16: *nullius magnitudo* Q B A q plerique ζ . Scr. *nulli similitudo* Erasmus², coniecit *nullius imagini*, *puto* Lipsius, *nullius imago* tota Triller idque recepit Haase; pro *nulli* postquam perperam scriptum sit *nullius accessisse absurdum illud magnitudo* ait Haupt op. III p. 456, dissentit Buecheler. Librorum scriptura iis commendari videtur quae mox secuntur; nam per chiasmum *dissimilia ad utique aliquid interest* (scil. in univ. sum inter animalia) et *inparia ad nullius magnitudo cum altero convenit* spectat. — § 20 in.: *uir/tus aut bonum non est*. *Omne bonum* Q, *uir/tus autem bonum. non est omne bonum* B A, *u. a. bonū. omne bonū* q, non om. ζ prope omnes et vulgata quae habet *si virtus animal est, virtus autem bonum est: omne bonum animal est*. Veterum librorum scriptura retenta, interrogative post *animal* distinxit Hense (*virtus a. bonum, non est omne bonum animal? est*), sed posito *virtus autem bonum* (vel *bonum est*), quomodo valebit consequentia « non est omne bonum animal? » (vel « omne bonum animal est »)? Itaque

Schweighaeuser coniecit minorem propositionem ita esse restituendam *virtus autem omne* (pro quo *non* mss.) *bonum est* ita ut subiecti vice fungatur *omne bonum*, praedicati *virtus*. Recte, ut videtur: malo tamen scribere *virtus autem bonum omne* (subaudito *est*) suspicans *non est* ortum ex voce *omne* per compendium scriptam post *bonum*: cf. § 25 ubi Q exhibet *non est* pro *omne* inter *bonum autem* et *animal est* (vide adn. cr.). Scripsit *virtus autem* <*bonum est, omne autem aliud*> *bonum non est, omne b. an. est* Haase. — Ibid.: inter et *prudenter sententiam dicere animal est* et *eo usque* ut suppleatur et *iuste discernere animal est* suadere concinnitatem cum praecedente propositione adnotat Hense; coniecit *ergo ut patrem s. animal est, et prudenter sententiam dicere*; «*animal est*» *eo usque res exegit, ut* Buecheler. Aut nihil addendum in Senecae sermone a molesta dialecticorum diligentia alieno putaverim aut orationis variandae causa sic scribi posse: *ergo et p. s. animal est et pr. s. dicere animal est* (<*et iuste discernere*>). *Eo usque* cet. — Ibid.: *exegit* Q B A Hense, *exibit* q alii ç Fickert qui in adn. cr. prop. *exiit*. Scr. *excedet* Erasmus² et sic inde edd. usque ad Schweighaeuserum, *exiet* Haase; *exigitur* prop. Gertz, *exigetur* Rossbach cui assentior (scil. *extendetur, producetur*, ut saepe apud poetas). — Ibid.: *coenare bene bonum est* inserunt «*vetus lectio*» Pinc. et aliquot ç, om. Q B A q. De adverbio *bene* dubitans Hense adnotat «*expectabam frugaliter cenare bonum est* sim.» et in Add. et corr. p. 634 animadvertit *bene cenare* si verum sit, intellegendum esse *cenare* «*ut oportet, quemadmodum debes*» conl. ep. 70, 4 *non enim vivere bonum est, sed bene vivere* et ep. 92, 11 *cum cenare quemadmodum debeo*, huic vero significationi repugnare ep. 108, 22 ubi *melius cenare* idem fere sit quod lautius cenare, minus frugaliter. Sed cf. ep. 28, 5 extr. ubi *bene vivere* idem valet atque *commode, iucunde vivere*; et iam O. Rossbach (*De Senecae phil. librorum recens. et emendatione*, 1888, p. 84) Bartschio, qui *prudenter cenare b. est* proposuerat, obloquens monuit, etsi in ep. 122, 12 *cenarum bonarum adsecutores perstringantur*, non inde sequi Senecam *cenam bonam bonum non putavisse*, immo ex dialogo de vita beata

27, 4 apparere lautiores tantum cenas ei vituperatione dignas visas esse. Ceterum nihil obstare videtur quominus iocandi causa exemplum anceps de industria a Seneca subiunctum putemus, quo eiusmodi ratiocinationum inanitas vel magis notaretur quas mox subtiles ineptias appellat.

Ep. 114, 6 : *diuites fugitivi* Q q vulg., *fugitivi diuites* B, *fugitivi diuites* vel *diuites* A. Correxit *divitis fugitivi* Lipsius qui etiam prop. *Divite* ut is titulus esset mimi: cf. com. Rom. fr. p. 383 Ribb.³ Priorem emendationem recepit Hense verborum ordine inverso ex B A : *induti esse fugitivi* coniecit Koch idque dubitanter probat Rossbach. Mavult *fugitivi induti esse* G. H. Mueller qui (op. c. p. 109 adn. 1) etiam traditam scripturam defendi posse contendit si *divites* tamquam adiectivum accipiamus, i. e. qui divites facti sunt. Lipsii coniectura *divitis fugitivi* (scil. servi a divite domino fugitivi) similibus exemplis commendatur: cf. Horat. epist. I 10, 10 *utque sacerdotis fugitivos liba recuso*: et verbum *solent* suspicari vetat Senecam significare voluisse mimum quendam qui *Dives* inscriberetur, etiamsi ipsa illa aetate mimum huius tituli saepe actum esse accipimus, ut monet G. H. Mueller l. c.: *militēs f. coni. Haupt*. At si consideramus comparationem eo spectare ut vel magis consuetudo Maecenatis notetur qui in publicum capite velato prodibat quasi agnosci nollet, suspicari licet *diuites* (sic A, vel *diuites*) traditum esse pro *deūtes* et ante hanc vocem excidisse particulam *pro* per compendium scriptam, ita ut fiat *prodeuntes* (scil. in scaenam). Huiusmodi praepositionum omissiones ante consonantem et alibi saepe occurrunt: a *diuites* autem ad *diuites* facilis transitus fuit. De participio praesente adiectivi attributivi munus apud Senecam persaepe explente cf. A. Bourgery, op. c. p. 359 s. Ita *prodeuntes fugitivi* verbis prope eisdem comparantur cum Maecenate qui in publico *sic apparuerit, ut pallio velaretur caput exclusis utrimque auribus*. — § 8 : *mihī* Q B A rell. libb. prope omnes, om. vulg. Corr. *initio* Th. Matthias et Aem. Hermes adsentiente G. H. Muellero, *miri* Buecheler idque recepit Hense, *illi* Rossbach. Puto scriptum fuisse *inibi*, scil. in verbis ipsis: per chiasmum deinde opponitur *dum exeunt*, scil. dum tortuosa ac lasciviente compositi-

tione significantur. Palaeographica ratione corruptela facile explicatur, quoniam *in* et *m*, *b* et *h* saepe a librariis permutantur. — § 16 : inter verba *respondens* et *non tantum* hiare conexum orationis et aliquid in libris excidisse putat G. H. Mueller (op. c. p. 124) qui hunc fere sensum desiderat « sic peccatur delectu verborum et compositione ». Vulgo edd. a Mureto ad Haasium addunt *sed* ante *si floridae*; particulam quam vett. libri ignorant, delevit Schweighaeuser qui tamen adnotat, quoniam sine tali quadam coniunctione vix ratio constare videatur orationi, eam reduci se facile passurum. Recte Hense totum hunc locum nullo supplemento profert; quae enim secuntur *Non tantum in genere sententiarum — nihil amplius quam sonant* cum praecedentibus, ubi noster de verborum delectu primum, de compositione deinde diseruit, sic cohaerere videntur ut transitus ab altera ad alteram sententiam hic fiat: « nimium compositionis studium sententiis quoque nocet, quae si pusillae aut improbae, si floridae et nimis dulces sunt, si in vanum exeunt, id non tantum ex vitio ipsis insito sed etiam ex corrupto et quaesito dicendi genere manat. »

Ep. 117, 6 extr. : *et sapientiã & bonũ sapere* Q cum B q, *et sapientiã bonũ sapere* A, *et sapientiam bonum et sapere bonum* aliquot c; *et sapientiam bonum et sapere* ed. Mentel. et inde vulgo edd. usque ad Ruhkopfium idque restituit Hense; *et sapientiam et sapere bonum* mavult Hermes. Veterum librorum scripturã adducor ut cum Schweighaeusero scribam *et sapientiam bonum et bonum sapere*: verbis sic dispositis, alterutrius vocis *bonum* omissionem in libris suspicari par est. — § 10 : inter *patitur?* et *utroque* exhibet *siuefacit illud siuepatitur* Q cum q et codd. Guelf. — Gud. 10 Rehdig. I, om. B A, uncis inclusit Fickert, tollenda putavit Bartsch quem secutus est Hense (cf. praef. in proecdosin p. XXV). Equidem non supervacanea haec in argumentatione esse Rossbachio assentior, cum praesertim ob repetita eadem verba facile factum sit ut enuntiatorum partes aut integra enuntiata ex fonte genuino fluentia interciderent.

Ep. 118, 7 extr. : *et vulgo bona pro magnis sunt* Q B A

aliquot ζ. Invertit Muretus scribens *et v. magna pro bonis s.* et sic inde vulgo edd. usque ad Fickertum. Coniecit *et v. nova pro m. s.* Madvig adv. I p. 22, *et v. longa bona p. m. s.* Io. Mueller; «*putaram v. vana p. m. s.*» adn. Hense. Suspicio *et pro haec* (fortasse *ec* scriptum erat in archetypo) traditum esse, ita ut sententia huiusmodi existat: *haec vulgo bona* (scil. bona fortunae maiorem hominum partem ex intervallo fallentia) *pro magnis sunt* (scil. tamquam magna habentur, apparent). Attributi numere fungens *vulgo* idem valet atque *vulgaria, quae vulgo putantur bona*: quam adverbiorum vim apud nostrum haud raro invenimus, cf. A. Bourgery op. c. p. 370 sq.

Ep. 119, 10 in.: *adquod* Q cum A q, pr. B, aliquot ζ et vetustissimis edd. usque ad Erasmus¹, *hoc* superscr. m. recens in B; *ad id quod* nonnulli ζ et sic vulg. Illud *ad quod* retineri vult Baehrens (beitr. p. 326) similis detractionis exempla ex graeca lingua advocans eique adsentitur in Add. et corr. p. 634 Hense² qui *ad id quod* in utraque editione scripserat. Demonstrativi pronomini ellipsin ut etiam ipse recipiam, vel magis suadet A. Bourgery qui (op. c. p. 405) apte comparat dial. III 1, 2 *in quod coepit pertinax et intenta* (scil. *ira*).

Ep. 120, 4: *ego damnandum non puto in civitatem suam redigendum* libb. vett., *non puto nec* q et sic edd. ab Erasmo² ad Schweighaeuserum, *non puto sed* cod. Rehdig. I teste Ficherto et sic scripsit P. Hauck, *est* post *redigendum* addit cod. Velz. idque verum videtur Rud. Miickio. Iteravit *puto* Buecheler (*damnandum non puto, puto in civ. s. r.*) quem secutus est Hense. Fortasse satis fuerit distinguere post *puto*, ut in ed. Ven. a. 1490 f. LX^r *ego dānadū nō puto: in civitate suū* (sic) *redigendū* (scil. *est*). Sed probabilius videtur suspicari particulam *autem* post *civitatem* excidisse: *ego d. non puto, in civitatem <autem> s. redigendum* (scil. *esse*). Consimile exemplum particulae *autem* pro *sed* usurpatae post negans enuntiatum ex ben. VII 20, 1 profert A. Bourgery, op. c. p. 398. — § 9: *fecerat. Coepimus adnotare* Q cum q plerisque ζ et vulgata quae sic distinguit *dissidentia. Dum observamus — fecerat, coepinus adnotare* cet.; *coepimus* om. Buecheler, Rud.

Muecke, Hense, Hauck ex B A et paucis ζ ita ut etiam *adnotare* ex *coegit* pendeat, quod ut fieri posset supplevit *ac* ante *dum* Gertz adprobante Hensio, recepit *et notare* pro *adnotare* Rud. Muecke ex cod. Velzensi. Si *coepimus* emblemata putandum sit, malim scribere *ac notare* pro *adnotare*, videlicet posita virgula post *dissidentia*. Sed vix videtur Quiriniani scriptura totius loci syntaxin simplicem facilemque efficiens et in plurimis libris recentioribus servata potius ex interpolatoris ingenio quam e genuino fonte fluxisse. Ipsius autem Quiriniani interpunctionem, quam etiam ed. Ven. a. 1490 f. LX^r exhibet potiore quam vulgatam exstimo: *Haec nos similitudo coegit adtendere et distinguere specie quidem uicina, re autem plurimum dissidentia, dum observamus eos, quos insignes egregium opus fecerat. Coepimus adnotare, quis cet.* Sic sententiarum ordo fluere dilucidus videtur, quoniam perfectum *coegit adtendere* poscit subiectum sibi enuntiatum *dum observamus eos, quos — fecerat* quod occasionem definiat in qua illud factum est. Pergit deinde Seneca particulatim explicare: *coepimus adnotare, quis cet.* Iam O. Rossbach animadvertit medelam a Gertzio temptatam (*ac* suppl. ante *dum*) et ab Hensio receptam non modo verborum ambitum efficere nimio pondere laborantem et a Senecae consuetudine prorsus alienum, sed etiam sententiae repugnare cum, si quid nobis observantibus occurrerit, id etiam adnotare nulla re cogamur. — § 20: *Is habebat* q cum B A rell. Delevit *is* Muretus quem secuti sunt vulgo edd. usque ad Schweighaeuserum, tamquam glossema uncis inclusit Haase: *aliquis* coniecit Buecheler, s. id est *scilicet* Hense. Suspicio syllabam *or* inter *iactatio* et *is* excidisse: *iactatio oris* (fere idem est quod *iactatio verborum* apud Cicer. ad fam. XI 20, 2) subiungitur per chiasmum praecedenti *malae mentis fluctuatio* et apte congruit cum eis quae ab Horatio dicta de Tigellio in sat. I 3, 11-17 Seneca hic profert.

Ep. 121, 20 extr.: *equale ē omnibus & statim* q cum *plerisque* ζ et edd. ante Schweighaeuserum. Lacunae notam post *statim* apposuit Haase, *statum* pro *statim* coniecit Windhaus, *stabile* Linde, *citatum* Erm. Mueck, *statim fit* Hermes. Sed

adverbium *statim* adiectivi munere fungens (scil. statim veniens, paratum, in promptu: opponitur praecedenti *tardum*) cum Senecae aliorumque consuetudine convenire probe intellexit Aem. Thomas (cf. etiam A. Bourgery, op. c. p. 370 sq.): quapropter, licet apte sit coniectum, non necessarium videtur quod Hense proponit *trahit*, <*trahit*> et *aequale omnibus et statim secluso est* quod iam suspectaverat Rossbach.

Ep. 122, 1: *exiit* B A p q (*detegit* supercr. q¹) et sic rell. libb. praeter cod. Francisc. Pinciani ubi *exiuit*. Coniecit et *luce prima exiuit* vel *ut luce prima exeat* Pincianus addito *quam post meliorque*, et sic inde *officiosior meliorque quam si quis i. exspectat* (vel *exspectet*), *ut luce prima exeat* vulgo edd. usque ad Schweighaeuserum: *et lucem primam excipit* Fickert Haase ex Gruteri coniectura, *et lucem primam excivit* prop. C. Brakman, *et luce prima exilit* Winddhaus, *et lucem primam eruit* dubitanter Buecheler; rem in medio reliquit Hense. Scribere mihi videtur *ut lucem primam exuat* (scil. e tenebris noctis dies extrahat, educat, detegat), quod cum poetico audacique verborum usu convenit quem Seneca de se ipse fatetur nat. quaest. III 18, 7. De verbo *exuere* hac significatione adhibito cf. Mart. IX 59, 7 *inde satur mensas et opertos exiit orbis*. Itaque Seneca lucifugarum castigationem facetam incipiens laudat eos qui cum ipso die surgunt, et magis eos qui, antequam dies illuxit, iam vigilant. — § 4: *superba membra* q cum aliquot ζ ubi *membra* et sic Pincianus, qui *subtexit* pro *subcrescit* coniecit, et Ruhkopf; *superba* (*supba* A, *superua* p) *umbra* B A p idque recepit Hense adnotans « mihi *umbra* i. e. cavea tenebricosa non sine quadam ironia dici videtur *superba*, aluntur ibi opipare, fruuntur quiete »; *super membra* cod. Rehdig. I et sic Muretus aliique edd. vett. et Haase; *sub ipsa umbra* duo ζ Schweighaeuser Fickert; *sub umbra* nonnulli ζ idque commendavit primum Rossbach, deinde proposuit *supter umbra* Puto librorum optimorum lectionem, praesertim *superua* codicis p, ex prava interpretatione compendii *sbpua* in scriptura continua ortam esse et scribendum *sub parua umbra*, scil. sub parvi, angusti loci umbra, ubi illae aves moveri non possunt: cf. quae praecedunt *aves...*, *ut innotae facile pin-*

guescant, in obscuro continentur. — § 9 extr.: *propius* q cum B et pr A, *proprius* p, *proprium* plerique ζ et vulg. Scripsit *proprius nobis, ac peculiare mane, fiat* Schweighaeuser, sed contortior inde orationis structura exsistit, cum adiectivo *propius* subaudiendum sit subiectum *dies*. Proposuit *proprius nobis ac peculiaris maneat* Rossbach monens male diei publico *proprium* ac *peculiare mane*, partem toti, opponi: sed eiusmodi oppositionem in Senecae praecipue sermone non ita offendere putaverim ut librorum scriptura tam notabiliter mutanda sit, cum praesertim *propius* vel *proprius* non recte traditum propter praeced. *propius* (*iam lux propius accedit*) videatur. — § 16 extr.: *credo* q ζ, *credendo* B A p idque recipit Hense et defendi posse adnotat conl. Draeger synt.² II p. 848 sq., sed *credendo* i. e. *credens* persuasionem ponit vix cohaerentem cum festivo colore quo Pedo quibusdam Papinium avarum et sordidum dicentibus respondet ludens in vocabulo *lychnobius* tamquam qui interdiu agenda agat noctu et qui lucernae oleo ad vitam suam contentus sit. Scr. *crebro* Erasmus² et sic deinde vulgo edd. usque ad Schweighaeuserum; coniecit *Pedo* Pincianus, *Veiento* dubitanter Madvig. Quod tradunt libri recentiores, potius retinendum videtur et recte Fickertus ita distinxisse ut *credo* parenthetice insertum sit: *Itaque, credo* (scil. ut *credo*), *dicentibus illum quibusdam avarum et sordidum* «*uos, inquit, illum.... dicetis.*» De eiusmodi verbis *puto, scio, mihi crede, fateor, concedo* sim. saepe a nostro parenthetice insertis cf. A. Bourgery, op. c. p. 335 sq. — § 17 extr.: *His distorti* q cum plerisque libb., *ab is d.* Pinc. ex. divae Mariae, *hiis d.* cod. Velz., *hi d.* cod. Colon. Gruteri et sic Schweighaeuser, *his* vel *ab his d.* vulgo edd.; *his distortis* prop. Gronovius, *his* secluserit Haase tamquam dittographiam ante *dis-*; scr. *isti distorti* P. Thomas. Suspicio *his* pro *hiis* perperam legisse in suo exemplari veterem quendam librarium et *ui* omisisse propter extr. syllabam *-ent* praecedentis *habent*; unde efficitur *uitiis distorti* (scil. a natura mores), ut iam coniecerat q¹ qui supra *his* scr. s. *uitiis vel moribus*: cf. § 5 *omnia vitia contra naturam pugnant.*

Ep. 123, 1 extr.: *quod indignandum* q plerique ζ, *quam*

indign. (ut coniecerat Pincianus) nonnulli codd. Romani teste Fickerto et cod. bibl. Univ. Patav. 913 teste Carolo Landi et sic vulg.; *quod* seclusum voluit Buecheler. Et continuo: *nihil ipse* B A¹, *si nihil ipse* q cum cod. Rehdig. I et Palat. tertio Gruteri; *nihil nisi ipse* vel *n. nisi quod ipse* alii ζ, quarum lectionum priorem recepit Hense cum vulgata, posterio-rem Schweighaeuser. Supplevit *nihil si nihil ipse* Haase quem secutus est P. Thomas; «vix traiciendum erit *indignandum nihil, quod ñ ipse*» adn. Hense; *nihil indignum* (om. *quam*) *nisi quod ipse* prop. Castiglioni. Recepto *quam indignandum* ex libb. recentioribus et vulg. et servata vetustiorum libro-rum scriptura *nihil ipse*, suppleo *dum nihil* (*dum* = *dummodo*) post *indignandum nihil*: quae lacuna quam facile in libris fieri potuerit, neminem fugit. Itaque sententia haec existit: *quam nihil sit graue, quod leviter excipias, quam indignandum nihil, <dum nihil> ipse indignando adstruas.* — § 3: *aduobus optantem* B A aliquot ζ, *a diebus optante* q alii ζ, *nobis optatum* aliqui codd. Erasmi, *aciebus optatum* Pinc. ex familiare. Correxit *a communibus optantem* Haase; prop. *adversus optata* ut hoc participium ex seq. *prohibentes* pendeat, i. e. *adversus eos qui optata prohibent* (prohibere audent et conantur) Madvig; *ab omnibus optantem* coniecit Rossbach, *animi dotibus optata* Io. Mueller, seclusit Herm. Mueck tamquam glossema ad *prohibentes* in marg. adscriptum propter praeced. *bonum panem aut malum*. Probabilius P. Thomas scripsit *ad voluptatem* (cum praeced. *instructis* apte coniunctum); quod huius loci corrupti varieque temptati emendandi conamen cum et paleaographica ratione, si vetustiorum libb. scripturam respicias, commendari et sententiae satisfacere videatur, cum Hensio recipio. — § 5 in.: *aliquod enim* B A q nonnulli ζ, *aliquando enim* alii ζ et vett. edd. Seclusit haec verba Haase; *aliquotiens* coniecit Weidner, *aliquod denique* Gertz, *adice quod* P. Thomas. Equidem opinor esse scribendum: *aliquod demum experimentum animi sumpsi subito*, i. e. ut brevi complectar quae dicere volo, aliquod exp. an. s. subito. — § 5 m.: *si non tūm* (flexum add. m. rec. B, *tū* A) *aecus* B A, *si nō tūm equus* q cum plerisque ζ, *si non tumes*

molestia cod. Colon. Gruteri in margine; *si non tantum aequus* vulg. Coniecit *si modo tum aecus m. et pl.* Gertz, *si non stomachosus (stumacosus)* Buecheler, *si non tumidus* (scil. *tumens ira*) P. Thomas. Recepto *aecus* ex B A (forma *aequus* per analogiam cum gen. *aequi* non ante saec. II p. Chr. n. ficta esse putatur), scriptura *si non tantum*, quam exhibet vulgata ex libris recentioribus, non immutanda videtur. Aptam enim gradationem a minore ad maius efficit, cum *aequus* significet eum qui rem molestam fert non repugnans, *placidus* qui illi adquiescit. — § 7: *totas* q rell., deletum m. recenti in A; abiectum a Mureto restituit Schweighaeuser, *solas* coniecerunt Windhaus et Gertz. Et continuo *quae toto* B A aliquot ζ, *q. tuto* q alii ζ et sic vulg. Scripsit *quae e toto* Hense ex Buecheleri coniectura; prop. *sarcinas, tuto quae concuti possint* Haupt. Recepto quidem *tuto* ex libb. recentioribus et vulg., puto pro praecedente *totas* legendum esse *rota* poetice per synecdochen positum pro *raeda* et assimilationis vitio propter praeced. *sarcinas* in *totas* mutatum: *turpe est te habere sarcinas, rota quae tuto* (i. e. quae tuto *rota*) *concuti possint*. Sic mulis pretiosa portantibus opponitur *rota* i. e. *raeda* ad supellectilem minus fragilem vehendam apta. De pronomini relativi collocatione cf. ep. 103, 2 *si istorum tibi qui occurrunt vultibus credis*; 99,27 *Nos quod praecipimus, honestum est*, al. — § 10: *quod iuvat sapere et aetati* B A q aliquot ζ, *quid i. s. et aet.* duo ζ et sic Erasmus², *facere pro sapere* quaedam exemplaria Pinciani et sic Muretus aliique, *rapere* coniecit Madvig. Distinxerunt *dubitamus? Quid iuvat sapere et aetati* Schweighaeuser Fickert Haase; *quoad pro quod* prop. Lipsius idque probat Rossbach; *dubitamus sapere? quid iuvat aetati* Buecheler Hense. Et mox *ingerere frugalitatem eo (eos A) mortem praecurre et B A, ingere (vel ingerere superscr. q¹) frugalitatem eo ut mortem praecurrere & q cum aliquot ζ.* Coniecit *ingerere frugalitatem? ultro mortem praecurrere et* Erasmus quem secutus est Schweighaeuser; scr. *ingerere? Quid iuvat frugalitate ultro m. praecurrere et* Muretus et sic edd. usque ad Ruhkopfium, *ingerere frugalitatem et m. praecurrere et* Fickert Haase, *ingerere? Frugalitate*

*ergo aliquem mortem praecurrere et (praecurrere exclamative dictum) P. Thomas, frugalitatem? eo m. praecurre et Hense: coniecit ingerere (scil. quod iuvat, sed ingerere apud Senecam plerumque dicitur de eo quod molestum est, cf. ep. 99, 16, Med. 464 al.)? Frugalitate ergo m. praecurre et Madvig. In extrema denique eiusdem enuntiati parte iam sibi interere B A, iā sibiingere q alii s (uigere superscr. q¹), iam sibi interire plerique s. Scr. iam s. interdicere Erasmus² et sic inde vulg.; coniecit iam tibi interverte Madvig, eo mortem praecurrere et quidquid — est, iam sibi intercipere Buecheler, eo m. praecurre et quidquid — est, iam s<ine t>ibi interire Hense. Totus hic locus probabilius fortasse restitui sic posse videtur: *dubitamus sapere? Quid iuuat* (ut traiecerunt Buecheler et Hense) *et* (additum per polysyndeton) *aetati non semper uoluptates recepturae interim, dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatem <et> eo mortem praecurrere, ut quidquid illa ablatura est, iam tibi interierit?* — § 12: *inter spem uitam misera nisi turpis inludunt B et pr. A. 7 turpem uitam miseros illudunt q, in turpem uitam miseros illidunt Pinciani ex. familiare et cod. Harlei. 2659; in turpem uitam miseros turpius illidunt vulgo edd. inde a Mureto. Correxit inter spem et vitam miseram situ turpi inludunt Haase, inter spem et vitam miseram et turpis illudunt Madvig, inter spem vitam miseram sibi parituris (miseram acturis Linde) inludunt Aem. Thomas, turpem vitam misere amissuris illudunt P. Thomas: rem in medio reliquit Hense. Huic loco in libris plane corrupto et tam variis emendationibus temptato sic mederi videtur: *abducunt a patria, a parentibus, ab amicis, a uirtutibus et inerti* (i. e. sterili, inutili) *spe (inerti spe tamquam inter spem facile in suo exemplari legere potuit librarius) uitae miseriam (uitam miseria cod. Vatic.-Rom. 1769 praestantissimus ideoque non praetereundus teste Fickerto) situ turpis inludunt.* Sententia haec est: eorum voces, qui nos bonam vitam quam opinionem bonam malle iubent, tam fugiendae sunt quam Sirenum voces Uixen captantium, quia ab omni officio item abducunt et vana beatæ vitæ spe homines inertia tabentes inludunt. Verbum autem *inludere* cum accusativo saepius**

coniunctum praesertim a poetis constat: de voce *situs* metaphorice adhibita cf. dial. XI 18. 9 *longo iam situ obsoleto et hebetato animo*, al. — § 16 extr.: *insanandus* B A¹, *isānus* q cum aliis ζ ubi *insanus* et sic vulg. idque commendant Rossbach et A. I. Kronenberg, *infantis* Pinciani ex Franciscanum idque a Schweighaeusero, qui *insanientis* (al. *insanus*) scripsit, probatum receperunt Fickert et Haase. Coniecerunt *insani* Bartsch et G. Gemoll, *insaniae vicinus* Madvig, *infandus* Windhaus, *infamans* (*infamantis* malit Hense) deos Io. Mueller, *infamandus* Castiglioni. Videtur *insanandus* ex *insaneindol'* (= *insanae indolis*) ortum, ubi *ei* tamquam *a*, *l'* tamquam *s* longioris formae interpretatus sit librarius. De hoc genitivo qualitatis cf. ep. II, 1 *Locutus est mecum amicus tuus bonae indolis* al.

Ep. 124, 1: *sicuti illud* B, *sicut/illud* q cum A ζ. Coniecit *sicut hoc, sic et illud* vel *sed et illud* Schweighaeuser, *sicut illud probo, ita et hoc probo* Hermes, *tam magna sectari secure. illud probo* Buecheler conl. Pers. III 61 sq., *tantum magna sectari. scilicet* Rossbach. Ex Schweighaeuseri coniectura recipio *sic et pro sicut*, omitto *sicut hoc* tamquam supervacuum. — § 5 in.: *daret* A, *deret* sed in *daret* correctum m. recenti B, *deberet* q nonnulli codd. Pinciani, *deberent* vel *daret* rell. ζ, *debet* cod. Vatic.-Rom. 2201 ut coniecit Rossbach qui *multo pro nulla* a Madvigio coniectum probat, *daret* vel *daretur* vulgo edd. Proposuit *reformidaret* (mutato *nulla* in *multo*) Madvig, *intentior: deficeret* Herm. Mueck, *subtilior ad hoc acies n. q. oculorum inveniretur, qua et bonum malumque dinosceret* P. Hauck; *daret* tuetur Hense qui *ad hoc* scribit. Sed inter enuntiatum *Subtilior ad hoc — dinoscere* et praeced. *Quid si quis vellet — discernere?* durior est nexus, quem explicare studet P. Thomas (*Notes sur Sénèque*, Extr. des Bulletins de l'Académie royale de Belgique, n. 7 juillet 1910, p. 17 sq.). Totum hunc locum ut breviter retractemus, Seneca ait intellectum, non sensum de bono ac malo iudicare; si quis autem de hoc potius sensibus quam rationi arbitrium det, tam absurde facturum quam qui minuta discernere velit tactu, non oculis, quorum acies ad hoc subtilissima est; at

ne hos quidem bonum malumque dinoscendi facultatem homini esse praebituros ideoque in summa veritatis ignorantia eos versari, apud quos de bono et malo tactus iudicet. Itaque locus sic restitui posse videtur: *Quid si quis uellet non oculis, sed tactu minuta discernere? Subtilior ad hoc* (scil. ad minuta discernenda) *acies* (scil. sensuum) *nulla* (scil. est) *quam oculorum et intentior; <et>* (= et tamen) *dederit* (deret pr. B : scil. acies oculorum) *bonum malumque dinoscere? Vides* cet. Ita et perspicua existit sententia et enuntiatum interrogativum *et dederit — dinoscere?* concinniosem transitum ad sequentia *Vides, in quanta* cet. efficit, quae sine ulla coniunctiva particula in orationis contextum inducta sunt. Particulae *et* vim adversativam cum apud ceteros scriptores tum apud Senecam haud raro subesse constat. Quod autem ad potentialem usum perfecti coniunctivi in interrogatione directa pertinet, cf. Cic. de divin. II, 103 *quis hoc non dederit?* (= concesserit), Liv. IV 6, 12 *hanc — altitudinem animi ubi nunc in uno inveneris, quae* cet.?, Tac. Hist. I 84 *ulline Italiae alumni — ad sanguinem et caedem depoposcerint ordinem* cet.? al. — § 17 : *intra cursum* q cum B aliquot ζ , *intracursum* pr. A idque a Buechelero tamquam « si non transcurritur » interpretatum recepit Hense qui *gravissimum* ex B A pro *breuissimum* scripsit; *in transcursu* alii ζ et sic vulg. Coniecit *animalibus tantum, quod breuissimum est et in transcursu, datum, praesens* Madvig. Nulla quidem mutatione opus esse videtur, retento *breuissimum* ex recentioribus libris: *animalibus tantum, quod breuissimum est intra cursum* (scil. quod est intra breuissimum cursum, quod brevissimo temporis cursu circumscriptum est), *datum praesens*. Facile autem post *praesens* excidit \bar{e} ; ceterum et subaudiri potest, aut *datum* fortasse scriptum est pro *datur* (ut exhibent cod. Rehdig. I et duo codd. Romani teste Fickerto) assimilationis vitio cum praeced. *cursum*. — § 18 : *si naturalia habet. hoc habet. habent et sata* B et nisi quod punctum post alterum *habet* omisit A, *si mutum* (*mutum* punct. et superscr. *natura*) *habet hoc habet quod non* (*non* punct.) *habent sata* q, *si natura habet, hoc habent & sata* duo codd. Pinciani; *si natura habet hoc : habent*

et sata ed. Ven. a. 1490 f. LXII^v. Scr. *si n. habet, hoc habet, quod habent* et s. Muretus et sic inde edd. usque ad Ruhkopfium, *si n. alia habet hoc, habent et s.* Schweighaeuser Fickert, *si muta animalia habent hoc, habent et s.* Haase, *si natura talis hoc habet, habent et s.* Buecheler Hense, *si naturam aliam animalia habent, habent et s.* Roszbach. Quodsi pristinae codicis q scripturae fides sit habenda, Haasii emendatio aliquatenus confirmetur; ex illa enim eruitur: *si mutum* (scil. *animal*) *habet hoc, [habet quod non] habent <et> sata.* An *si natura* (abl.) *animalia hoc habent, habent et sata?* cf. § 14 in. ubi *animal* oppositum *homini* idem est quod *mutum animal*. — § 21: *properante* (sed e ultima expuncta et i super addita B) *sed B A, properantem sed* q plerique ζ et sic vulg. Correxit *properantem. Sed et illud* Schweighaeuser (*sed et illud* exhibet cod. Harlei. 2659) cui assentior; *properantes. Et illud* Madvig idque receperunt Hense¹ Hauck; *properantes, sed <et> illud* Hense² qui dubitat an fuerit *properantis* conl. dial. IX 3, 3. In B A *properante* pro *-tē* scriptum putaverim: quod autem Madvig monet particulam *et* in locum traditae *sed* esse substituendam quia sequentia a Seneca addantur, non contraria ponantur, Schweighaeuseri additamentum *et* post *sed* apte in id quadrat, quamquam et ipsum *sed* haud raro ad continuandam tantum orationem usurpatum esse constat, fc. Draeger synt². II p. 101.

* * *

Itaque his locis excussis aliisque multis, de quibus passim in commentario critico sermo est, in spem adducor fore ut aliquid inde non inutile proveniat et ad Annaeanarum epistularum veriorem lectionem et ad huius editionis momentum, ubi duplici, ut ita dicam, via et ratione usus sum. Quoniam enim Quiriniani libri maioris, cuius auctoritatem eximiam post prius volumen editum viri docti agnoverunt, imaginem quam fidelissimam exprimere oportebat, facere non potui quin multa ad orthographiam et leviolem lectionis varietatem pertinentia adnotarem, cum praesertim non parum inde lucis, ut supra demonstratum est, ad codicis illius locum inter ceteros Senecae epistulas complectentes constituendum atque librarii vel

librarium, qui eum exscripserint, virtutes vitiaque colligenda emicaret. Ex altera vero parte operam enixe dedi ut ad criticae rei severitatem brevitatemque revocarem quicquid ex libris proponerem aut ex veterum recentiumque editionibus et coniecturis in disputationem deducerem. Adiuvento autem praecipuo fuere et epistularum (89-94 et 120) a Buechelero egregie restitutarum specimen et Hensii editio altera non minus commendabilis, cui iterum impressae doctus hic vir *Supplementum Quirinianum* addidit (1) assentiens saepius, interdum urbane ambigens de iis quae editionis huius volumen prius ex Brixiano codice curisque meis in medium protulerat.

A diutino igitur labore cum manum, ut Senecae verbis utar, sim remoturus, Athenaeo Brixiano eiusque rectoribus humanissimis, Hugoni Da Como et Caietano Fornasini, necnon ceteris sodalibus memorem me usque fore profiteor insignis munificentiae, qua hoc quoque volumen lucis honorem est assecutum. Grato etiam animo prosequor Iosephum Albini, Hectorem Stampini, Hectorem Pais, Pompeium Molmenti, Vincentium Ussani, Georgium Pasquali, Iacobum Giri, Remigium Sabbadini, Augustum Mancini, Achillem Pellizzari, Paulum Revelli, Carolum Landi, Ferrutium Calonghi, Adulphum Cinquini, Laurentium Dalmasso, Paulum Guerrini, Gabrielem Maugain, ceteros qui prius volumen secundissimis iudiciis honestarunt. Nec minorem gratiam habeo Arnaldo fratri dilectissimo, qui mihi de aliquot locorum medela deliberanti sagax iudex suasorque fuit. Quod si huic libro, quem aedes Zanichelli edendum benigne sumpserunt et sollers officina Barabini et Graevii typis perite exscripsit, existimantium assensus faverit, vehementer gaudebo aliquid hinc, quantumcumque erit, et ad Annaeanae orationis sententiaeque integrum nitorem et ad Quirinianaebibliothecae decus esse redundaturum.

Scribebam Genuae mense Iunio a. MCMXXVI.

(1) *L. Annaei Senecae ad Lucilium Epistularum moralium editionis Teubnerianae supplementum Quirinianum* composuit ORTO HENSE: Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri, MCMXXI.

CONSPECTVS SIGNORVM

I. quae ab Hensio mutuatus sum:

- B* cod. Bambergensis V 14
A cod. Argentoratensis C VI 5
p cod. Parisinus n. 8540
 ζ (ζ) codices saeculo XI inferiores;

II. quae ipse induxi:

- Q* cod. Quirinianus B. II. 6
q cod. Quirinianus A. IV. 4
 π cod. bibliothecae Universitatis Patavinae n. 852
ead.m. manus quae codicis partem scripsit, ubi lectio emendata inest
*Q*¹ vel *m. antiqua* manus aequalis codici vel eiusdem prope aetatis
*q*¹ manus aequalis codici vel eiusdem prope aetatis
m. rec. manus recentior vel recentissima
pr. (adscr. codicis notae) pristina codicis lectio, quae postea
mutata est
punct. scriptura puncto vel punctis notata
om. scriptura omissa
rell. reliqui codices
vulg. vulgata scriptura
coni. coniecit vel coniecerunt.

Reliqua per compendium hic illic scripta et interpretatu perfacilia praetermitto. Codicum autem, quibuscum *Q* (vel *q*) congruit, notas subiungo, aetatis ratione habita, et inter *Q* ac reliquorum librorum cum ipso conspirantium notas inserere *cum* soleo, ubi lectio similis aliquod levius scripturae vel orthographiae discrimen exhibet, quo congruentia non infirmatur. Vocabulum denique *manus* de *Q*¹ vel *m. antiqua* et *m. rec.* usurpatum est ad significandam unam ex iis manibus, quae ad temporis spatium signo indicatum pertinent (1).

(1) Quattuor tabulae initium libri XIII et scripturas diversimode notabiles ex *Q* exprimentes volumini sunt insertae eiusque margini adscripti sunt numeri foliorum codicis illius: ubi autem codicis *q* folia sunt significata, haec obliquis litteris distinguuntur.

L. ANNAEI SENECAE EPISTVLARVM MORALIVM
LIBER XIII INCIPIT.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Rem utilem desideras et ad sapientiam properanti neces-
sariam, diuidi philosophiam et ingens corpus eius in membra
disponi: facilius enim per partes in cognitionem totius adduci-
mur. Vtinam quidem quemadmodum uniuersa mundi facies in
conspectum uenit, ita philosophia tota nobis posset occurrere,
simillimum mundo spectaculum! Profecto enim omnes mortales
in admirationem sui raperet relictis is, quae nunc magna ma-
gnorum ignorantia credimus. Sed quia contingere hoc non
potest, est sic nobis aspicienda, quemadmodum mundi secreta
cernuntur. Sapientis quidem animus totam molem eius amplec-
titur nec minus illam uelociter obit quam caelum acies nostra:
nobis autem, quibus perrumpenda caligo est et quorum uisus
in proximo deficit, singula quaeque ostendi facilius possunt
uniuersi nondum capacibus. Faciam ergo quod exigis, et

1 Ep. LXXXIX
fol. 107^v lin. 21

2

*Verbis quae decimi et tertii libri finem significant, continuat Q
quarti decimi inscriptionem L ANNAEI SENECAE EPISTOLARVM
MORALIVM LIBER XIII INCIPIT cum salutationis formula ad epistolam
undenonagesimam pertinentis: idem prope titulus in B || 4 sapientē
Q cum B, ad sapientiā q 5 || 5 phyl- Q et sic prope ubique uerba phi-
losophia et philosophus || 6 cogitationē Q cum B, cognitionem q 5 ||
8 possit Q | occurrere sed r r relectae in Q, re ex corr. in B || 10 relictos
Q | his Q: vide praef. pp. XIV-XVI || 12 etsic Q cum B et pr. q sed ē
supra et scr. q¹, est sic cod. bibl. Univ. Patav. 913 (cf. C. LANDI,
Due codici padovani delle Epistole morali di Seneca, 1922, p. 25) quo
confirmatur Buecheleri emendatio | abscondenda Q B, aspicienda q cum
ed. Mentel. ubi aspic- || 15 et tollit P. Hauck secutus Hensium¹ | usus Q*

philosophiam in partes, non in frusta, diuidam. Diuidi enim
 fol. 108^r illam, non concidi, utile est: nam comprehendere || quemad-
 3 modum maxima ita minima difficile est. Discribitur in tribus
 populus, in centurias exercitus. Quicquid in maius creuit,
 facilius agnoscitur, si discessit in partes, quas, ut dixi, innu- 5
 merabiles esse et paruulas non oportet. Idem enim uitii habet
 nimia quod nulla diuisio; simile confuso est, quicquid usque
 4 in puluerem sectum est. Primum itaque, si [ut] uidetur tibi,
 dicam, inter sapientiam et philosophiam quid intersit. Sapientia
 perfectum bonum est mentis humanae; philosophia sapientiae 10
 amor est et adfectatio: haec eo tendit, quo illa peruenit. Philo-
 sophia unde dicta sit, apparet; ipso enim nomine fatetur quid
 5 amet. Sapientiam quidam ita finierunt, ut dicerent diuinorum
 et humanorum scientiam; quidam ita: sapientia est nosse diuina
 et humana et horum causas. Superuacua mihi haec uidetur 15
 adiectio, quia causae diuinorum humanorumque pars diuino-
 rum sunt. Philosophiam quoque fuerunt qui aliter atque aliter
 finirent. Alii studium illam uirtutis esse dixerunt, alii studium
 corrigendae mentis; a quibusdam dicta est adpetitio rectae
 6 rationis. Illud quasi constitit, aliquid inter philosophiam et 20
 sapientiam interesse: neque enim fieri potest ut idem sit quod
 adfectatur et quod adfectat. Quomodo multum inter auaritiam
 et pecuniam interest, cum illa cupiat, haec concupiscatur, sic
 inter philosophiam et sapientiam. Haec enim illius effectus ac
 7 praemium est; illa uenit, ad hanc uenitur. Sapientia est, quam 25

1 frustra *Q B*, frustra *q 5* || 3 Descr-*Q B* | intrib; populus *pr. Q*,
 sed bu *supra b* scripsit et populus in populis mutauit *m. rec.* || 7
 quicq-*Q*, quidq- *Hense plane ex B* || 8 sicut *ex sicut Q*: ut *secl. Haase*
praef. p. XXVII et veri simile esse hanc syllabam ex *diitographia*
sequentis ui submutatae ortam esse animadvertit Nic. Madvig adv.
cr. II 494 || 11 adfectio *Q* | Haec ostendit *Q cum B* *rell.*: *corr.*
Cornelissen et Madvig || 12 s. Quidam et *Q cum B q* *rell.*: *corr.*
Madvig et Herm. Klammer || 13 sapientiã ita finierunt *om.* quidam
Q cum q (ubi difinierunt) et plerisque *5* || 17 qualiter (*pro qui al.*) *Q*
 || 18 finirent *pr. Q*, difinirent *interpolauit m. rec.* || 19 mentis *Q recte*,
 ex meritis *B* || 25 itur *Q B* *rell.*: *corr. Hense conl. §§ 4 et 8,*
ep 88,32 al. | *uerba Sapientia est* — *Dossenni lege retrahenda*

Graeci σοφίαν uocant. Hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur. Quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus: « hospes resiste et sophian Dossenni lege. » Quidam ex nostris, 8
 5 quamuis philosophia studium uirtutis esset et haec peteretur, illa peteret, tamen non putauerunt illas distrahi posse: nam nec philosophia sine uirtute est nec sine philosophia uirtus. Philosophia studium uirtutis est, sed per ipsam uirtutem: nec uirtus autem esse sine studio sui potest nec uirtutis studium sine ipsa.
 10 Non enim quemadmodum in îs, qui aliquid ex distante loco ferire conantur, alibi est qui petit, alibi quod petitur; nec quemadmodum itinera quae ad urbes perducunt, extra ipsa sunt: ad uirtutem uenitur per ipsam, cohaerent inter se philosophia uirtusque. Philosophiae tres partes esse dixerunt et maximi 9
 15 et plurimi auctores: moralem, naturalem, rationalem. Prima componit animum; secunda rerum naturam scrutatur; tertia proprietates uerborum exigit et structuram et argumentationes, ne pro uero falsa subrepant. Ceterum inuenti sunt et qui in pauciora philosophiam et qui in plura diducere. Quidam ex 10
 20 Peripateticis quartam partem adiecerunt ciuilem, || quia propriam quandam exercitationem desideret et circa aliam materiam occupata sit. Quidam adiecerunt his partem, quam οἰκονομικήν uocant, administrandae familiaris rei scientiam. Quidam

fol. 108v

esse in § 4 post v. quo illa peruenit putavit Guil. Schultz assentiente, ut uidetur, Hensio: vide praef. p. XXXVI || 1 COΦΙΑΝ Q B || 2 utimur cod. Rehdig. I teste Fickerto || 3 antiq; Q | dossenni monumento Q recte, ex dossenimonomen B || 4 sophyan Q || 9 uirtus Q || 10 his Q q | loco Q A, lece pr. B || 11 qui petitur Q || 12 pducunt extra ipsam sunt. ad uirtutē uenitur Q, ex corr. B (perducunt extra ipsam ad uirtute sunt uenitur pr. B): sic viae ad uirtutem supplevit et cum uerbo sunt ante extra ipsam collocavit Buecheler quem sequitur Hense. Lacuna locus non laborare et perspicua sententia existere uidetur, si ipsa (scil. itinera, si uirtutem spectes) pro ipsam scribas et extra tamquam aduerbium accipias: corruptela plane ex eo orta est quod librarius ad seq. per ipsam respexit et uoci extra praepositionis munus tribuit || 15 primā pr. Q || 16 comp- sic Q || 19 deducere Q q et pr. B || 20 adicerent Q B, adiecerunt q plerique 5 || 22 adiecerunt Q recte, ex adicerunt B | bis Q et pr. B

- et de generibus uitae locum separauerunt. Nihil autem horum
 11 non <in> illa parte morali reperietur. Epicurei duas partes phi-
 losophiae putauerunt esse, naturalem atque moralem: ratio-
 nale remouerunt. Deinde cum ipsis rebus cogentur ambigua
 secernere, falsa sub specie ueri latentia coarguere, ipsi quoque 5
 locum, quem de iudicio et regula appellant, alio nomine ratio-
 nale induxerunt, sed eum accessionem esse naturalis partis
 12 existimant. Cyrenaici naturalia cum rationalibus sustulerunt
 et contenti fuerunt moralibus, sed hi quoque quae remouent,
 aliter inducunt. In quinque enim partes moralia diuidunt, ut 10
 una sit de fugiendis et petendis, altera de adfectibus, tertia
 de actionibus, quarta de causis, quinta de argumentis. Causae
 rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex <rationali>, ex mo-
 13 rali *alia*. Ariston Chius non tantum superuacuas esse dixit na-
 turalem et rationalem, sed etiam contrarias: moralem quoque, 15
 quam solam reliquerat, circumcidit. Nam eum locum, qui mo-
 nitiones continet, sustulit et paedagogi esse dixit, non philosophi,
 tamquam quidquam aliud sit sapiens quam generis humani
 14 paedagogus. Ergo cum tripertita sit philosophia, moralem eius
 partem primum incipiamus disponere. Quam in tria rursus 20
 diuidi placuit, ut prima esset inspectio suum cuique distribuens
 et aestimans quanto quidque dignum sit, maxime utilis — quid
 enim est tam necessarium quam pretia rebus inponere? — secun-
 da de impetu, de actionibus tertia. Primum enim est, ut

2 illa nonilla Q, non illa B, non in illa q aliquot 5 | reperie-
 tur Q, ex reper- B || 5 ueritentia pr. Q sed la super add. ead.
 m. || 6 locum] loco aut locum quendam — appellantes con. Guil.
 Gemoll || 10 diuiduntur Q q || 11 expetendis Q q vulg., petendis pr. B
 idque recte praefert Hense coll. epp. 66,6; 104,16 || 13 parte Q recte,
 ex partes B | morali Q B, rationali q alii 5: Actiones ex morali post
 rationali adicit q cum nonnullis 5 idque receperunt complures edd.:
 vide praef. ibid. || 14 superuacuas Q recte, superuacua pr. B || 15
 formalē Q cum B, rationalem q 5 || 18 quisquā Q, quidq- pr. B
 | aliud ex corr. Q B | generis humani Q q, etiam B teste Fickerto
 (Hense nihil adnotat) et sic ed. Mentel. Fickertus Haase, humani
 generis rell. edd. || 21 inspectio pr. Q, inspectio corr. m. rec. || 22
 aestimans, e ex corr. Q | quidem (pro quidque) Q || 23 pretia ex
 pretia Q | Secundadeactioni/bus. Tertiadeimpetu Q cum B et

quanti quidque sit iudices, secundum, ut impetum ad illa capias
 ordinatum temperatumque, tertium, ut inter impetum tuum
 actionemque conueniat, ut in omnibus istis tibi ipse consentias.
 Quicquid ex tribus defuit, turbat et cetera. Quid enim prodest 15
 5 inter *se* aestimata habere omnia, si sis in impetu nimius? quid
 prodest impetus repressisse et habere cupiditates in tua potes-
 tate, si in ipsa rerum actione tempora ignores nec scias
 quando quidque et ubi et quemadmodum agi debeat? Aliud
 est enim dignitates et pretia rerum nosse, aliud articulos,
 10 aliud impetus refrenare et ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo
 vita concors sibi est, ubi actio non destituit impetum, impetus
 ex dignitate rei cuiusque concipitur proinde remissus <uel>
 acrior, prout illa digna est peti. || Naturalis pars philosophiae 16
 in duo scinditur: corporalia et incorporalia. Vtraque diuiduntur fol. 109^r
 15 in suos, ut ita dicam, gradus. Corporum locus in hos primum,
 in ea quae faciunt et quae ex his gignuntur: gignuntur autem
 elementa. Ipse <de> elementis locus, ut quidam putant, simplex
 est, ut quidam, in materiam et causam omnia mouentem et
 elementa diuiditur. Superest ut rationalem partem philo- 17
 20 sophiae diuidamus. Omnis oratio aut continua est aut inter re-
 spondentem et interrogantem discissa. Hanc *διαλεκτικήν*, illam
ῥητορικὴν placuit uocari: *ῥητορικὴν* uerba curat et sensus et

rell.: traiecit Buecheler praeeunte Erasmo² qui scr. secunda de
 impetu, tertia de actionibus || 1 quantum Q B *rell.*: corr. Mure-
 tus || 2 inter *superscr. ead. m. Q* || 4 defuerit Q q *vulg.*, ex defuit
 B: deerit suadet Buecheler, defit Windhaus, deficit P. Hauck. An
 defecit? || 5 inter Q B q, intus *vulg.*, in te Buecheler Hense¹, inter
 se Gloeckner idque recepit Hense² coll. ep. 95,59 || 6 sua Q B,
 tua q 5 || 9 p̄cia Q || 10 ruere Q A, eruere pr. B || 11 uitia Q (sic)
 | destituit Q *recte*, destitui pr. B || 13 acrior Q B, acriorque q 5:
 acriorve Muretus, acerque Buecheler Hense¹, vel acrior Hense² ex
 nonnullis 5 ubi legitur 1 acrior teste Rossbachio || 17 de inserit unus
 Ottobon. - Romanus 1579 s. XV teste Fichert, om. Q B q *rell.*:
 elementi *vulg.* || 20 diuidamus Q q *vulgo edd. usque ad Schweig-*
hauserum: diuidam Fichert Haase Buecheler Hense, sed cf.
 § 14 moralem eius partem primum incipiamus disponere || 21
 discissa B et pr. Q « quae scriptura etiam in notis Tironianis inue-
 nitur » (Buecheler) et sententiae non minus apte quam *vulg.* discissa
 respondere videtur: diuisa Muretus || 21 ss. v. *graeca prope incorrupta* Q

ordinem; διαλεκτικῇ in duas partes diuiditur, in uerba et significationes, id est in res quae dicuntur et uocabula quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur utriusque diuisio. Itaque hoc loco finem faciam et «summa sequar fastigia rerum»: alioqui si uolero facere partium partes, quaestionum liber fiet. Haec, Lucili uirorum optime, quo minus legas non deterreo, dummodo quicquid legeris, ad mores statim referas. Illos conpesce, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia doma, cupiditates tuas publicasque quantum potes uexa: et istis dicentibus
 18 «quo usque eadem?» responde: ego debebam dicere «quo usque eadem peccabitis?» Remedia ante uultis quam uitia desinere? ego uero eo magis dicam et, quia recusatis, perseuerabo. Tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato dolorem tractatus expressit. Dicam etiam inuitis profutura. Aliquando aliqua ad uos non blanda uox ueniat, et quia uerum singuli
 19 audire non uultis, publice audite. Quo usque fines possessionum propagabitis? ager uni domino, qui populum cepit, angustus est. Quo usque arationes uestras porrigetis, ne prouinciarum quidem spatio contenti circumscribere praediorum modum? Inlustrium fluminum per priuatum decursus est et amnes magni magnarumque gentium termini usque ad ostium a fonte
 20

2 et uocabula quibus dicuntur in marg. ead. m. Q || 3 deinde om. Q q, fort. recte || 4 Alioquin sed prior n punct. Q | si Q, primo omiserat B || 5 parcium Q | Haec] novam hinc epistulam incipit q cum plerisque codd. Romanis et aliis 5 || 7 elegeris ex elig- Q, eleg- B, legeris q 5 || 8 contumacia pr. Q, -ciā corr. m. rec. perperam | cupiditates Q recte, ex corr. B || 10 debeā Q cum nonnullis codd. Romanis: debeo vulgo edd. usque ad Rukhoppium || 11 peccatis pr. Q, bi super scr. ead. m. || 13 tractatus pr. Q sed ta punct. m. rec., tactus vell. mss. et edd.: pristina Quiriniani scriptura efficacior aptiorque uidetur, cum dolor ex corpore torpente manuum contractatione expressus significetur: cf. ep. 42,4 sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore || 17 coepit Q et ex corr. B || 18 post est interrogative distinguit Buecheler | arationib; uestris Q cum B, corr. Erasmi.: a rationibus uestris fines uestris q cum nonnullis 5 ubi arat- || 19 statione Q, ex statio B; corr. L. de Jan coll. ep. 90,39 prouinciarum spatium: vulgo edd. usque ad Schweighaeuserum satione ex Pinciani coniectura | conuenti Q || 20 omis Q, amnes ed am in ras. B | magni Q A, primo omiserat B || 21 magnarum-que] aut que delendum aut magnarum quondam scribendum putat

uestri sunt. Hoc quoque parum est, nisi latifundiis uestris
 maria cinxistis, nisi trans Hadriam et Ionium Aegaeumque
 uester uilicus regnat, nisi insulae, ducum domicilia magno-
 rum, inter uilissima rerum numerantur. Quam uultis late pos-
 5 sidete, sit fundus quod aliquando imperium uocabatur, facite
 uestrum quicquid potestis, dum plus sit alieni. Nunc uobiscum 21
 loquor, quorum aequae spatiosae luxuria quam illorum auaritia
 diffunditur. Vobis dico: quo usque nullus erit lacus cui non
 uillarum uestrarum fastigia immineant? nullum flumen cuius
 10 non ripas aedificia uestra praetexant? || Vbicumque scatebunt fol. 109^v
 aquarum calentium uenae, ibi noua deuersoria luxuriae excita-
 buntur. Vbicumque in aliquem sinum litus curuabitur, uos
 protinus fundamenta iacietis nec contenti solo nisi quod manu
 feceritis, mare agetis introrsus. Omnibus licet locis tecta uestra
 15 resplendeant, aliubi imposita montibus in uastum terrarum
 marisque prospectum, aliubi ex plano in altitudinem montium
 educta, cum multa aedificaueritis, cum ingentia, tamen et
 singula corpora estis et paruula. Quid prosunt multa cubicula?
 in uno iacetis. Non est uestrum ubicumque non estis. Ad uos 22
 20 deinde transeo, quorum profunda et insatiabilis gula hinc maria
 scrutatur, hinc terras, alia hamis, alia laqueis, alia retium
 uariis generibus cum magno labore persequitur: nullis animalibus
 nisi ex fastidio pax est. Quantulum [est] ex istis epulis,

G. Gemoll | host- Q || 1 latifundis *pr.* Q B || 2 cinx- Q | atriam
pr. Q || 3 domicilia quondam m. π || 4 uilissimarum Q, uilissimarum
pr. B: «desideres uestrarum» Buecheler || 5 aliquando Q *recte*,
ex aliqua B || 7 spaciosae Q || 8 laus Q || 9 inm- sic Q || 10 sca-
 tebat Q || 11 aquarum Q *recte, ex corr. B* | uenae *pr. Q sed e extr.*
exp. m. rec. | diuers- Q q, *ex deuers- B* || 13 facietis *sed f corr., ut*
uidetur, ex i Q facietis B q plerique ζ, iacietis pauci ζ || 14 Arme
 Q cum B, marina q *cod. Palat. secundus Gruteri, maria vulg.: mare*
cod. Palat. quartus Gruteri teste Fickero idque recipio cum Haasio
Buechelero Hensio || 15 imp- sic Q || 18 paruula sic Q q || 21 hamis
 Q *recte, ex humis B* | recium Q || 22 persequitur Q q || 23 pax est
 parci con. Buecheler | Quantulum est Q B, Quantulum est quod
 q cum nonnullis ζ, quantulum alii ζ, quantulum enim vulgo *edd.*
usque ad Schweighaeuserum idque tuetur Rossbach

quae per tot comparatis manus, fesso uoluptatibus ore libatis? quantulum ex ista fera periculose capta dominus crudus ac nau-
seans gustat? quantulum ex tot conchyliis tam longe aduectis per
istum stomachum inexplebilem labitur? Infelices, ecquid intelle-
23 gitis maiorem uos famem habere quam uentrem? Haec aliis dic, 5
ut dum dicis, audias ipse, scribe, ut dum scribis, legas, omnia
ad mores et ad sedandam rabiem adfectuum referens. Stude,
non ut plus aliquid scias, sed ut melius. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XC 1 **Q**uis dubitare, mi Lucili, potest, quin deorum immortalium 10
munus sit quod uiuimus, philosophiae quod bene uiuimus? Ita-
que tanto plus huic nos debere quam dis, quanto maius bene-
ficium est bona uita quam uita, pro certo haberetur, nisi ipsam
philosophiam di tribuissent: cuius scientiam nulli dederunt,
2 facultatem omnibus. Nam si hanc quoque bonum uulgare fecis- 15
sent et prudentes nasceremur, sapientia quod in se optimum
habet, perdidisset, inter fortuita non esse. Nunc enim hoc
in illa pretiosum atque magnificum est, quod non obuenerit, quod
illam sibi quisque debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes
3 quod in philosophia suspiceres, si beneficiaria res esset? Huius 20

1 quae *secl.* Haase, *om.* unus 5: ex istis epulis ferculisque *coni.*
Aem. Baehrens | cōpar- Q | libatis Q, libastis *pr.* B || 2 crudus
sed us ex corr. Q | nausians *pr.* Q, *ex* nausaeam B || 4 esse quod
Q, esse quid B, *corr.* Gronovius: etiam quod non *vulgo edd.*
vetustiores, si quidem *cont.* Buecheler, infelices, quin intellegitis
— ventrem! P. Hauck || 10 inmort- sic Q || 12 nos *om.* Q |
dis *sed mox dii et sic plerumque duplex i* Q : dis B || 14 ulli Q B,
nulli q 5 || 15 fecisset Q B, *defendit* A. Bourgery (*Sénèque prosateur*,
1922, p. 309) *per syllepsin*, fecissent q 5 || 17 non/esset Q cum B,
esset q 5 *vulg.*: *corr.* F. Gloeckner *cui adsentitur* Hense *coll. epp.*
66, 16; 10, 2 || 18 p̄ciosum Q | atq; Q, adque B || 19 quisque
debet q A B *sed ede corr. ex am ead. m.* B || 20 si ibi beneficiari res
esset Q, si beneficiaria res esset *vell. mss. et edd.*: *Quiriniani*
scripturam beneficiari res (= εδεργεταιυμένου χρῆμα) *accipere nisi*
audacius videatur, sublato ibi quod ex dittographia plane ortum est,
unum illud exemplum, quod ex hoc loco profertur, nominis beneficiarius
adiectivi munere fungentis (*cf. Thes. l. l. II col. 1878*) *removeretur*

opus unum est de diuinis humanisque uerum inuenire: ab hac
 numquam recedit religio, pietas, iustitia et omnis alius comi-
 tatus virtutum consortiarum et inter se cohaerentium. Haec
 docuit colere diuina, humana diligere, et penes deos imperium
 5 esse, inter homines consortium: quod aliquamdiu inuiolatum
 mansit, antequam societatem auaritia distraxit et paupertatis
 causa etiam is, quos fecit locupletissimos, fuit. Desierunt enim
 omnia possidere, dum uolunt propria. Sed primi mortalium 4
 quique ex his geniti naturam incorrupti sequebantur, eundem
 10 habebant et ducem et legem, || commissi melioris arbitrio. fol. 110^r
 Naturae est enim potioribus deteriora summittere. Mutis qui-
 dem gregibus aut maxima corpora praesunt aut uehementis-
 sima. Non praecedit armenta degener taurus, sed qui magni-
 tudine ac toris ceteros mares uicit; elephantorum gregem ex-
 15 celsissimus ducit: inter homines pro summo est optimum. Ani-
 mo itaque rector eligebatur, ideoque summa felicitas erat
 gentium, in quibus non poterat potentior esse nisi melior:
 tuto enim quantum uult potest, qui se nisi quod debet non
 20 putat posse. Illo ergo saeculo, quod aureum perhibent, penes 5
 sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. Hi continebant
 manus et infirmo-rem a ualidioribus tuebantur, suadebant
 dissuadebantque et utilia atque inutilia monstrabant. Horum
 prudentia ne quid deesset suis prouidebat, fortitudo

1 inueniri Q B, inuenire q 5 || 2 numquam Q || 4 colore Q
 || 7 his Q, is corr. in iis B | Desiderant Q q *uoluptatissimi* edd., ex
 desiderium B, desierunt *vel* desinunt 5 || 9 eandem q 5 *vulgo*
 edd. ante Haasium || 11 Natura est Q: an naturaest? | sum-
 mit tere uthis Q *sed* uthis add. Q¹ in fine versus, summittere ut
 is corr. in summittere mutis B, submittere. ut mutis q || 12 ut-
 uehementissima Q || 13 praecedit Q, praecedit *sed* i in e *correctum*
 B | taurum *pr.* Q | magnitudinē *pr.* Q cum B || 15 proximo est
 Q B q, pro summo est π ed. Ven. a. 1492 f. XXXIX^r *vulgo* edd.
 usque ad *Ruhkopfium* idque restituerunt Buecheler et Hense, pro
 maximo est nonnulli 5 Schweighaeuser Fickert Haase || 18 Toto
 Q cum B, tm̄ q, tantum *vulg.*: tuto Buecheler | potest om. Q
 || 19 putat esse Q B q aliquot *vett. edd.* et P. Hauck, putat posse
 nonnulli 5: uult posse *coni.* Gertz || 20 possid- Q | continebant Q
 recte, ex corr. B || 21 infirmiores Q q, ex -orem B || 23 prouidebat Q,
 prouidebant *pr.* B idque defendere studet A. Bourgeri (*op. cit.* p. 310)

arcebat pericula, beneficentia augebat ornabatque subiectos. Officium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset, aduersus eos experiebatur, per quos coeperat posse, nec erat cuiquam aut animus iniuriam aut causa, cum bene imperanti bene pareretur nihilque rex maius minari male parentibus posset, 5
 6 quam ut abiret e regno. Sed postquam subrepentibus uitiiis in tyrannidem regna conuersa sunt, opus esse legibus coepit, quas et ipsas inter initia tulere sapientes. Solon qui Athenas aequo iure fundauit, inter septem fuit sapientia notos: Lycurgum si eadem aetas tulisset, sacro illi numero accessisset octauus: 10
 7 Zaleuci leges Charondaeque laudantur. Hi non in foro nec in consultorum atrio, sed in Pythagorae tacito illo sanctoque secessu didicerunt iura, quae florenti tunc Siciliae et per Ita-
 7 liam Graeciae ponerent. Hactenus Posidonio adsentior: artes quidem a philosophia inuentas, quibus in cotidiano uita utitur, 15
 non concesserim nec illi fabricae adseram gloriam: «illa» inquit «sparsos et cauis casis tectos aut aliqua rupe suffossa aut exesae arboris trunco docuit tecta moliri.» Ego uero philosophiam iudico non magis excogitasse has machinationes tectorum

1 acerbat (*sic*) pericula Q, arcebat p. q vulgo edd. usque ad Schweighaeuserum, p. arcebat edd. poster. sed illa verborum collocatio nimiam homoeoteleutorum subsequentiam vitat | agebat Q B, augebat q 5 || 4 iniuriã, om. in Q || 6 habiret Q, abiret B q, abirent plerique 5: vide praef. p. XXXVI s. || 7 tyrann- Q | regnaest uersasunt Q, est punct.: plane librarius compendium particulae con tamquam est ante uersa perperam exscripsit ex suo exemplari | coepit legibus Q q (cepit q) vulgo edd. usque ad Haasium, sed legibus coepit clausulae concinnitate commendatur || 9 iurẽ pr. Q | eui Q B (scripturam codicis B sic affert Buechelev, cui Hense) q, ueteris aevi cod. Vatic.-Rom. 2216, uentis eui cod. Harlei. 2659, aevi sui cod. Colon. Grueri (s. m.): fuit corr. Madvig | notes pr. Q, o punct. et a supersc. ead. m. sed correcturam exp. m. rec.; notos B aliquot 5, natos alii 5: notus con. Erasmus | Ligurgum Q et ex corr. B || 10 s. octauus Zalluci Q cum B || 11 chorondaeq; Q cum B || 12 phitagore Q | 14 greci ac ponerent pr. Q, greci apponerent m. rec. deterius | Actenus Q | possid- Q | adsentio. Partes Q cum B q (1 artes superscr. q¹); adsentior: artes Erasmi.¹ || 16 cesserim Q | inquit Q || 17 sparsosecaui/casis lectos Q, sparsose caucasis lectos B, varie 5: vide praef. p. XXXVII || 18 posuit Q: potuit tecto molliri (*sic*) vetustissimi edd.: an potuit tecto munire ?

supra tecta surgentium et urbium urbes prementium quam
 uiuaria piscium in hoc clausa, ut tempestatum periculum non
 adiret gula et quamuis acerrime pelago saeuiente haberet
 luxuria portus suos, in quibus distinctos piscium greges sagi-
 5 naret. Quid ais? philosophia homines docuit habere clauem et 8
 seram? Quid quidem aliud erat auaritia signum dare? Philoso-
 phia haec cum tanto habitantium periculo imminetia tecta
 suspendit? parum enim erat fortuitis tegi et sine arte et sine dif-
 ficultate naturale inuenire sibi aliquod receptaculum. Mihi
 10 crede, felix || illud saeculum ante architectos fuit, ante tectores. fol. 110^v
 Ista nata sunt iam nascente luxuria, in quadratum tigna deci- 9
 dere et serra per designata currente certa manu trabem scin-
 dere; «nam primi cuneis scindebant fissile lignum». Non enim
 tecta cenationi epulum recepturae parabantur, nec in hunc
 15 usum pinus aut abies deferebatur longo uehiculorum ordine
 uicis intrementibus, ut ex illa lacunaria auro grauia penderent.
 Furcae utrimque suspensae fulciebant casam: spissatis ramali- 10
 bus ac fronde congesta et in procliue disposita decursus imbri-
 bus quamuis magnis erat. Sub his tectis habitauere, sed securi:

2 clausa Q B (a prior ex corr. B), clusa cod. Velz. et sic
 fuisse in archetypo putat Buecheler Schweighaeuserum secutus ||
 3 pelago se/ueniente sed prior en exp. m. rec. Q, pelagosae
 ueniente pr. B || 5 agis Q | clauem ex cauem Q, ex glacem B
 || 6 quicquid Q B (quidq. B) q, quid vel et quicquid 5, et quid
 vulg.: Quid? quid aliud erat.... dare? Herm. Mueck, seram et
 quidquid aliud erat auaritia signum (om. dare) P. Hauck. Puto
 fuisse scriptum quid quidē et particulam quidem adiunctam indi-
 gnationis vel efficacius exprimendae causa || 7 tantū Q || 9 aliquid
 Q || 10 illum Q | ante APXITEKTOC fuit ante tectores. Ista Q,
 antea PXIAHKTOC fuit. antetectores. ista et supra graecum
 uerbum APXITEKTOC B, ante architectonas (latine vel graece
 scriptum) aut ante architectos fuit, om. ante tectores vulg.: opti-
 morum codicum scripturam, quae etiam emendatior in Q quam in
 B exstat, latinis litteris architectos (sic unus 5 et uetustissimi edd.)
 scripto, merito commendauit Aem. Thomas et restituit Hense coll.
 mox § 9 ex. et § 42 in. || 13 primi Q recte, ex primum B | cumeis
 Q | fisile Q || 16 uicit Q B | ex illo Q || 17 utriusq; Q | sus-
 pense Q: «forte suspensam» Lipsius || 19 sed securi Q B (sed
 in extr. versu B), securi (om. sed) q alii 5 vulgo edd. a Mureto
 ad Schweighaeuserum

culmus liberos textit, sub marmore atque auro seruitus habitat.

- 11 In illo quoque dissentio a Posidonio, quod ferramenta fabrilia
excogitata a sapientibus uiris iudicat: isto enim modo dicat licet
sapientes fuisse, per quos «tunc laqueis captare feras et fallere
uisco inuentum et magnos canibus circumdare saltus.» Omnia 5
12 enim ista sagacitas hominum, non sapientia inuenit. In hoc
quoque dissentio, sapientes fuisse qui ferri metalla et aeris in-
uenerint, cum incendio siluarum adusta tellus in summo uenas
iacentes liquefactas fudisset: ista tales inueniunt, quales co-
13 lunt. Ne illa quidem tam subtilis mihi quaestio uidetur quam 10
Posidonio, utrum malleus in usu esse prius an forcipes coepe-
rint. Vtraque inuenit aliquis excitati ingenii, acuti, non magni
nec elati, et quicquid aliud corpore incuruato et in intimo hu-
mum spectante quaerendum est. Sapiens facilis uictu fuit, quid-
ni? cum hoc quoque saeculo esse quam expeditissimus cupiat. 15
14 Quomodo, oro te, conuenit, ut et Diogenem mireris et Daedalum?
Vter ex his sapiens tibi uidetur? qui serram commentus est, an
ille qui cum uidisset puerum caua manu bibentem aquam, fre-
git protinus exceptum e perula calicem cum hac obiurgatione

1 Calmus *pr.* Q, Calamus *corr. m. antiqua* | nunc *super*
add. ante sub marmore *m. rec.* || 2 possid- Q || 3 iudicat Q
recte, ex iudicas B | Iusto Q *cum B* | dicas *mauult Buecheler*
|| 4 tum *libri plurimi Vergili, sed tunc pr. M tum M¹ (cf. R.*
Sabbadini, app. cr. ad Georg. ed. 1920, p. 74) || 9 iacentes
Q, iacentis *pr. B et sic Hense²* | liq; facta Q *cum q, lique-*
factas cod. Palat. tertius Gruteri teste Fickerto | fuisset *pr. Q*
sed d super scr. ead. m. | ipsa Q B q *rell. : corr. Pincianus* |
inuenerunt con. Buecheler || 10 subt- sic Q || 11 possid- Q | esset
Q B, esse q | forcipes Q *recte, ex forfices B* | coepeŕ Q || 12 ex-
citati Q B *plerique 5, exercitati q cod. Harlei. 2659 quam scrip-*
turam vulgo receptam ab edd. usque ad Schweighaeuserum probat
Rosbach coll. § 33 ex. sed recte Fickert confert Cic. de nat. d.
II 56,40 ubi quoque componuntur acutus et excitatus || 13
antimo sed t punct. Q, ex animo ut uidetur B, animo q alii 5,
om. quidam codd. Pinciani; intimo edd. vetustissimi, aut om. aut
scr. animo posteriores: vide praef. ibid. || 15 quâquam Q || 16
diogenem Q q || 17 sapiens Q *recte, ex sapienti B* | seram Q B q
|| 19 exceptum Q, exemptum *rell. mss. et edd. : Quirini scriptura*
magis propria uidetur, cf ep. 119,3 aqua sit, quam ex lacu proximo
excepero | cum *add. Baehrens*

sui: «quamdiu homo stultus superuacuas sarcinas habui?», qui se conplcuit in dolio et in eo cubitauit? Hodie utrum tandem sapientiorem putas, qui inuenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet aut siccatur et uersatilia cenationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat et totiens tecta quotiens fericula mutantur, an eum, qui et aliis et sibi hoc monstrat, quam nihil nobis natura durum ac difficile imperauerit, posse nos habitare sine marmorio ac fabro, posse nos uestitos esse sine commercio sericorum, || posse nos habere usibus nostris necessaria, si contenti fuerimus is quae terra posuit in summo? Quem si audire humanum genus uoluerit, tam superuacuum sciet sibi cocum esse quam militem. Illi sapientes fuerunt aut certe sapientibus similes, quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria: in delicias laboratur. Non desiderabis artifices, si sequere naturam. Illa noluit esse districtos: ad quaecumque nos cogebat, instruxit. «Frigus intolerabile est corpori nudo.» Quid ergo? non pelles ferarum et aliorum animalium a frigore satis abunde defendere queunt? non corticibus arborum pleeraeque gentes tegunt corpora? non auium plumae in usum uestis conseruntur? non hodieque magna Scytharum pars tergis

fol. III^r

16

1 sarcinas Q B q, sarcinulas π alii ζ || 2 conplcuit Q, ex conplacuit B | dolio Q, ex doleo B || 3 in immensam altitudinē Q, ex corr. B || 5 caen- Q || 7 toties pr. Q, ex totiens B: item quoties | fericula Q, ex fericula B || 10 commertio Q | seruorum Q B vell.: Serum con. Erasm.², sericorum Fickert || 11 si Q, ex sibi B || 12 his Q q || 13 noluerit Q | siet pr. Q || 16 s. sisequere Q, si primo omiserat et a supra e mediam addidit B, si sequeris vel sequare vel sequaris ζ: si tollit Hense Gertzium secutus qui similem structuram ex ep. 95,23 enotauerat, et coll. etiam ep. 42.4, sed particula adempta, abrupta et exultans orationis structura hic effici videtur sententiolis nimia breuitate subsequentibus, et sequere pro sequeris ut scriberet noster clausulae concinnioris studio adduci potuit || 17 at Q || 18 intolerabile (intolerabilis pr.) est Q: intolerabilest Buecheler Hense plane ex B || 19 aliarum Q pr. et B || 20 hab- Q | defendere Q, ex defende B || 21 plurimae pr. Q || 22 scythararum pr. Q

17 uulpium induitur ac murum, quae tactu mollia et inpenetra-
 bilia uentis sunt? «Opus est tamen calorem solis aestiui umbra
 crassiore propellere.» Quid ergo? non uetustas multa abdidit
 loca, quae uel iniuria temporis uel alio quolibet casu excauata in
 specum recesserunt? Quid ergo? non quilibet uirgeam cratem 5
 texuerunt manu et uili obliuerunt luto, deinde [de] stipula aliis-
 que siluestribus operuere fastigium, et *aestus pluuiisque* per
 deuexa labentibus hiemem transiere securi? Quid ergo? non in
 defosso latent Syrticae gentes quibusque propter nimios solis
 ardores nullnm tegimentum satis repellendis caloribus solidum 10
 18 est nisi ipsa arens humus? Non fuit tam inimica natura, ut, cum
 omnibus aliis animalibus facilem actum uitae daret, homo solus
 non posset sine tot artibus uiuere. Nihil horum ab illa nobis
 imperatum est, nihil aegre quaerendum, ut possit uita produci.
 Ad parata nati sumus: nos omnia nobis difficilia faciliū fa- 15
 stidio fecimus. Tecta tegimentaue et fomenta corporum et

1 murum *pr. Q*, i *super add. m. rec.* || 2 tamen *Q cum vell.*
libb. adhuc notis, etiam tamen *q*: etiam *pro* tamen *maluit Buecheler*,
sed tamen etiam alibi interlocutoris esse adnotat Hense coll. dial.
VI 17,1; 21,1. An tamen et? || 3 abdidit *Q vell.*: «haec mutilata
videntur nec sufficere puto se in multa » Buecheler, quam emendationem
defendit A. Bourgery, Revue crit. XLVIII (1914) p. 113, adedit
coni. Lipsius, dedit Madvig, abdidit quasi abdita dedit interpretatur
H. I. Mueller recte || 4 aliquod libet *sed d punct. et abr. Q* || 5-8
 Quid ergo? non quilibet — transiere securi?] *vide praef. p. XXXVIII s.*
 | *quelibet Q cum B, quilibet q alii 5*: quaelibet virgea in cratem
 (in cratem *cod. Velz.*) *Haase Hauck, inquilini Libyae virgeam*
cratem Rossbach | 6 manu *pr. Q*, s *super add. m. rec.* | oblime-
 runt *Q plane pro oblinierunt, corr. obliuerunt m. rec.*, obliue-
 runt *mutatum in oblinierunt B* | *despi/cula pr. Q cum B, desti-*
pula corr. m. rec. in Q, de stipula *q cod. Harlei. 2659*: de *post*
deinde per dittographiam, quamquam suspicari etiam licet cum in-
strumentali vi poetice esse additum | *aliisq; Q cum vell., foliisque coni.*
*Buecheler, ramisque Hense*² || 7 fastigium *Q recte*, uast- *B*:
sententiam hiare suspicatur Buecheler et post fastigium desiderat
ut et aestatem possent aut hoc modo et calorem aestiuum sim.:
vide praef. ibid. | *cluuiis Q B (sic ex B enotant in adn. cr. Bue-*
*cheler et Hense*¹, *duuiis Hense*²) || 8 latentib; *Q cum B et non-*
nullis 5 | *tran/sire pr. Q et sic B q ed. Romana a. 1475 Bue-*
*cheler Hauck Hense*¹, *transiere Q*¹ 5 *vulg.* || 12 facile *Q B* || 13
 horum] *durum prop. Aem. Hermes coll. § 15, acute sed non necessario*
 | *ad Q* || 14 aegre *Q recte, ex corr. B* || 16 tegimenta; *Q, ex tegem- B*

cibi et quae nunc ingens negotium facta sunt, obuia erant et gratuita et opera leui parabilia: modus enim omnium prout necessitas erat: nos ista pretiosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura, quod
 5 poscit. A natura luxuria desciiuit, quae cotidie se ipsa incitat et
 tot saeculis crescit et ingenio adiuuat uitia. Primo superuacua
 coepit concupiscere, inde contraria, nouissime animum corpori
 addixit et illius deseruire libidini iussit. Omnes istae artes,
 quibus aut circitatur ciuitas aut strepit, corporis negotium
 10 gerunt, cui omnia olim tamquam seruo praestabantur, nunc
 tamquam domino parantur. Itaque hinc textorum, hinc fabri-
 brorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles
 corporis motus docentium mollesque cantus et infractos. Re-
 cessit enim ille naturalis modus || desideria ope necessaria fi-
 15 niens: iam rusticitatis et miseriae est uelle, quantum sat est.
 Incredible est, mi Lucili, quam facile etiam magnos uiros dul-
 cedo orationis abducat uero. Ecce Posidonius, ut mea fert opinio,
 ex is qui plurimum philosophiae contulerunt, dum uult descri-
 bere primum, quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex
 20 molli solutoque ducantur, deinde quemadmodum tela suspen-

1 et quae Q: vide praef. p. XXXIX || 2 prout *detrahendum tamquam interpretamentum putat Madvig: postulabat inter prout et necessitas inserunt q π alii 5 ed. Rom. a. 1475 et deinceps vulgo edd. usque ad Schweighauserum sed sententia sic explicatur m. e. o. erat prout necessitas erat || 3 prec- Q | misera Q B: vide praef. ibid. || 7 corpori animum Q q plerique edd. ante Schweighauserum || 8 Om̄s Q cum A || 9 corpori Q B A q Hauck, corporis rell. mss. et edd.: dativum commodi pro usitatore genitivo explicari potest ex sim. locutione alicui morem gerere, sed interpolationis dubitatio oritur propter corpori paulo ante occurrens: praeterea cf. ep. 8,2 posteriorum negotium ago, ep. 35,1 al. || 15 miseria est Q | uelquantū Q | satest Q, fas pro sat A et pr. B idque recepit Hauck sic interpretans « als das Gebot der natürlichen Sittlichkeit gestattet » || 16 Incredible/ est Q, incredibilest Buecheler Hense plane ex B A || 17 uero pr. Q cum B A, a super scr. m. rec. in Q, a uero q 5 vulg.: illud recepit Hense² praeunte Baehrensio (« Beitrage zur latein. Synt. » Philol. Suppl. XII 1912 p. 362): cf. Bourgeroy op. cit. p. 314 s. et 323 | pos/sid- Q || 18 his Q B A q, is Buecheler Hense: vide praef. pp. XIV-XVI || 20 molli Q B, mollis A | solitoq; pr. Q*

sis ponderibus rectum stamem extendat, quemadmodum sub-
 temen insertum, quod duritiam utrimque conprimentis tramae
 remolliat, spatha coire cogatur et iungi, textrini quoque ar-
 tem a sapientibus dixit inuentam, oblitus postea repertum
 hoc subtilius genus, in quo «tela iugo uincta est, stamen se-
 cernit harundo, inseritur medium radiis subtemen acutis, quod
 lato pauunt insecti pectine dentes.» Quid, si contigisset illi
 adire has nostri temporis telas, [in] quibus uestis nihil celatura
 conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nul-
 21 lum pudori est? Transit deinde ad agricolas nec minus facunde 10
 describit proscissum aratro solum et iteratum, quo solutior
 terra facilius pateat radicibus, tunc sparsa semina et collectas
 manu herbas, ne quid fortuitum et agreste succrescat, quod
 necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium, tam-
 quam non nunc quoque plurima cultores agrorum noua inue- 15
 22 niant, per quae fertilitas augeatur. Deinde non est contentus
 his artibus, sed in pistrinum sapientem summittit. Narrat
 enim quemadmodum rerum naturam imitatus panem coeperit
 facere. «Receptas» inquit «in os fruges concurrens inter se du-
 ritia dentium frangit, et quicquid excidit, ad eosdem dentes 20
 lingua refertur: tunc uero miscetur, ut facilius per fauces lu-

2 utrumq; Q cum B A || 3 Spatha ex Spata Q, Spatia corr. m.
 rec. perperam || 5 intela, om. quo Q | iungo pr. Q, iunco corr.
 m. rec. perperam | iuncta Q B A q vulg., uincta cod. Velz. ut
 Ouid. || 7 pariunt Q B A, feriant q qui cum codd. Vatic.-Rom.
 2207 et 2215 versus Ouidii etiam integros exhibet: pauunt corr.
 Gruterus idque recepit Korn in Ov. ubi pauent fragm. Brit. pr. m.
 feriant m. sec. cum plurimis, feriant defendit Lipsius || 8 addere
 Q B A q : vide praef. p. XXXIX s. | nostris sed s extr. punct. Q
 | inquit; Q cum B A q, quibus 5 : in cum Baehrensio (l. c.
 p. 441) et A. Bourgeri (op. cit. p. 386) retinerem, nisi ex seq. in
 qua insititium videretur et saepius etiam alibi, praesertim in epi-
 stularum mss., libroriorum interpolationem redoleret: ex quibus
 prop. Castiglioni || 10 pudori est Q B recte, pudorē. A || 11 aratro
 ex atro Q | inter/aratrū (aliquid eras. ante aratrū) Q cum B A :
 iteratum corr. Pincianus || 13 agreste Q recte, ex corr. B || 16 pq;
 pr. Q || 17 pristinū pr. Q | summittat Q | Narrat Q recte, narrant
 A || 18 coeperit Q recte, ex cep-B || 19 inquit Q pr. et A || 21 tunc
 uero] et umore prop. Buecheler, tunc umore scr. Hauck, salivae vel
 saliva addunt pauci 5

bricas transeat. Cum peruenit in uentrem, aequali ubi feruore
 concoquitur, tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis secutus 23
 exemplar lapidem asperum aspero imposuit ad similitudinem
 dentium, quorum pars immobilis motum alterius exspectat :
 5 deinde utriusque adritu grana franguntur et saepius rege-
 runtur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Tum
 farinam aqua sparsit et adsidua tractatione perdomuit finxit
 que panem, quem primo cinis calidus et feruens testa per-
 coxit, deinde furni paulatim reperti et alia genera, quorum
 10 feruor seruiret arbitrio.» Non multum afuit, quin sutrinum
 quoque inuentum a sapientibus diceret. Omnia ista ratio 24
 quidem, sed non recta ratio commenta est. Hominis enim, non
 sapientis inuenta sunt, tam mehercules quam nauigia, quibus
 amnes quibusque maria transimus aptatis ad excipiendum
 15 uentorum impetum uelis et additis a tergo guber||naculis, quae fol. 112^r
 huc atque illuc cursum nauigii torqueant: exemplum a pisci-
 bus tractum est, qui cauda reguntur et leui eius in utrumque
 momento uelocitatem suam flectunt. «Omnia» inquit «haec 25
 sapiens quidem inuenit: sed minora quam ut ipse tractaret,
 20 sordidioribus ministris dedit.» Immo non aliis excogitata ista
 sunt quam quibus hodieque curantur. Quaedam nostra demum
 prodisse memoria scimus, ut speculariorum usum perlucente
 testa clarum transmittentium lumen, ut suspensuras balneo-
 rum et impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur
 25 calor, qui ima simul ac summa foueret aequaliter. Quid loquar
 marmora, quibus templa, quibus domus fulgent? quid lapi-
 deas moles in rotundum ac leue formatas, quibus porticus et
 capacia populorum tecta suscipimus? quid uerborum notas,

1 aequaliculi *pr.* *Q* ut videtur sed e prope erasit et i. stomaci
 supra culi *scr. m. rec.*: vide *praef. p. XL* || 3 imp- sic *Q* || 5
 adtr- sic *Q* || 6 Tunc *Q* || 9 et ad alia *Q* || 10 adfuit *Q*, abfuit
q || 13 nauia *pr.* *Q* || 16 atq; *Q*, adque *B A* || 21 quibus *pr.* *Q*
 ubi a *superscr. m. rec.*, a quibus *q* | nostra *Q*, ex nostrae *B* || 22
 prodidise *Q*, prodidisse *B A*, prodidisse *q* | memoria *Q* recte, memoriam
A et pr. B || 25 ae *A et pr. Q B*, et *corr. m. rec. in Q*, et *q* || 28 capa-
 tia *Q* | suscipimus *Q*, ex suscep- *B*, suspendimus *codd. Vat.-Rom.* 2216

quibus quamuis citata excipitur oratio et celeritatem linguae
 manus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta
 26 sunt: sapientia altius sedet nec manus edocet, animorum ma-
 gistra est. Vis scire, quid illa eruerit, quid effecerit? non [de]
 decóros corporis motus nec uarios per tubam ac tibiam cantus, 5
 quibus exceptus spiritus aut in exitu aut in transitu forma-
 tur in uocem. Non arma nec muros nec bello utilia molitur,
 27 paci fauet et genus humanum ad concordiam uocat. Non est,
 inquam, instrumentorum ad usus necessarios opifex. Quid illi
 tam paruola adsignas? artificem uides uitae. Alias quidem 10
 artes sub dominio habet; nam cui uita, illi uitam quoque
 ornantia seruiunt: ceterum ad beatum statum tendit, illo du-
 28 cit, illo uias aperit. Quae sint mala, quae uideantur ostendit,
 uanitatem exuit mentibus, dat magnitudinem solidam, infla-
 tam uero et ex inani speciosam reprimat, nec ignorari sinit in- 15
 ter magna quid intersit et tumida, totius naturae notitiam ac
 suae tradit. Quid sint dii qualesque declarat, quid inferi, quid
 lares et genii, quid in secundam numinum formam animae

*et Harlei. 2659 idque probat Rossbach coll. dial. II 21,1 sed
 cf. de ben. VI 15,7 qui labentem domum suscipit || 2 manus Q,
 magnus A et pr. B || 4 quit ante effecerit Q | dedecoros Q
 B A q, decoros π et cod. Palatinus tertius Gruteri idque recipio
 cum Buchelero et Hensio quia totus hic locus nihil minus proban-
 dum designat et uetustiorum codicum scriptura orta esse uidetur ex
 iis quae supra leguntur § 19 hinc molles corporis motus docentium
 mollesque cantus et infractos || 5 turbā Q et pr. B | cantus Q
 A, cantus aliqui pr. B: canalis Madvig idque primum recepit Bue-
 cheler, postea addubitauit || 7 bella Q B A q, bello cod. bibl. Univ.
 Patav. 913 quo confirmatur Madvigii emendatio || 9 illi Q A,
 ex illa B || 10 prouola ut uidetur pr. Q | artifices Q || 11 uitae
 quoq; ornantia Q cum B A idque receperunt Fickert Buecheler
 Hense, uitam, aut ornamenta alii codd. et edd.: instrumenta corr.
 Hauck, post uitae intercidisse uerbum uidetur Buechelero, uitā or-
 nantia quoq. mauult Hense, et quidem ut adiectiuorum et partici-
 piorum usus substantiui munere fungentium apud nostrum liberior
 audaciorque est, ita hic uitae pro uitā scriptum a librario esse prop-
 ter praec. illi ueri simillimum uidetur: non puto autem necessa-
 rium transferre quoque post ornantia, unde asperior existit locu-
 tio || 15 sinit Q, sint pr. B A || 16 noticiā Q || 17 dii Q, di B |
 qui inferi Q B A q || 18 nominum Q B A q: corr. Erasm.³*

perpetitae, ubi consistent, quid agant, quid possint, quid uelint.
 Haec eius initiamenta sunt, per quae non municipale sacrum,
 sed ingens deorum omnium templum, mundus ipse reseratur,
 cuius uera simulacra uerasque facies cernendas mentibus pro-
 tulit: nam ad spectacula tam magna hebes uisus est. Ad initia 29
 deinde rerum redit aeternamque rationem toti inditam et uim
 omnium seminum singula proprie figurantem. Tum de animo
 coepit inquirere, unde esset, ubi, quamdiu, in quot membra di-
 uisus. Deinde a corporibus se ad incorporalia transtulit ueri-
 tatemque et argumenta eius excussit: post haec quemadmo-
 dum discernentur uitae aut uocis ambigua; in utraque enim
 falsa ueris inmixta sunt. Non abduxit, inquam, se, ut Posi- 30
 donio uideatur, ab istis artibus sapiens, sed ad illas omnino non
 uenit. || Nihil enim dignum inuentu iudicasset, quod non erat fol. 112^v
 15 dignum perpetuo usu iudicaturus: ponenda non sumeret. « Ana- 31
 charsis » inquit « inuenit rotam figuli, cuius circuitu uasa for-
 mantur. » Deinde quia apud Homerum inuenitur figuli rota,
 malunt uideri uersus falsos esse quam fabulam. Ego nec Ana-
 charsim auctorem huius rei fuisse contendo et si fuit, sapiens
 20 quidem hoc inuenit, sed non tamquam sapiens, sicut multa
 sapientes faciunt, qua homines sunt, non qua sapientes. Puta
 uelocissimum esse sapientem: cursu omnes anteibit, qua uelox

1 ppetite Q († perpetue *superscr. m. antiqua*), perpetue q :
 perpetuae *vulgo edd.*, propectae *prop. Gothofredus*, receptae *Madvig*,
 perpolitae *Aem. Hermes*, in s. n. sortem formatae animae perpe-
 tuae *G. Gemoll*, sed *vocabulum* perpetitae « i. e. perpetuae,
 immortalitate donatae et in secundam numinum formam (i. e.
 ordinem) translatae » *explicat Schweighaeuser idque tum fortasse*
ex apotheoseon ritibus increbuisse opinatur Buecheler || 2 p q ; *pr.*
 Q || 4 cernendi Q, cernendis B A, cernendas q 5 || 5 adspectaculū
 Q | habere (ber *compnd.*) Q || 6 recū *sed litterae rejectae ex rerū*
 Q || 7 Tunc Q || 8 quot Q A, ex quod B || 9 corporibus, om. a Q ||
 11 inutra Q || 12 possid- et sic ubique Q || 15 iudicatus Q || 16
 inuenit rotam figuli] *in marg. hunc argumenti indiculum adscripsit*
m. rec. quis inuenit rotam figuli; eadem prope inscriptio in marg.
 A || 18 malunt] *mauult cod. Guelferbyt. - Gud. 10 et edd. plerique*
 | uidere *pr. Q* || 19 contendo] « *potius concedo* » *adn. Buecheler*
 || 21 qua *pr. Q perperam mutatum in quia m. rec., et sic etiam*
 sqq. qua || 22 om̄s Q, omnis *pr. B*

est, non qua sapiens. Cuperem Posidonio aliquem uitrearium ostendere, qui spiritu uitrum in habitus plurimos format, qui uix diligenti manu effingerentur. Haec inuenta sunt, postquam
 32 sapientiam inuenire desiuimus. «Democritus» inquit «inuenisse dicitur fornicem, ut lapidum curuatura paulatim inclinatorum 5 medio saxo alligaretur.» Hoc dicam falsum esse. Necesse est enim ante Democritum et pontes et portas fuisse, quarum fere
 33 summa curuantur. Excidit porro uobis eundem Democritum inuenisse, quemadmodum ebur molliretur, quemadmodum decoctus calculus in zmaragdum conuerteretur, qua hodieque 10 coctura inuenti lapides in hoc utiles colorantur. Ista sapiens licet inuenerit, non qua sapiens erat, inuenit: multa enim facit, quae ab imprudentissimis aut aequae fieri uidimus aut peritius
 34 atque exercitatus. Quid sapiens inuestigauerit, quid in lucem protraxerit, quaeris? Primum uerum naturamque, quam non 15 ut cetera animalia oculis secutus est tardis ad diuina: deinde

1 uitriarium *pr. Q* et *corr. B* || 2 spiritum *pr. Q* | qui *pr. Q* *perperam mutatum in que m. rec.* || 3 diligentia *sed a punct. Q* | effingerentur *Q*, efring- *A* et *pr. B* || 4 sapientē *Q B A* *rell.: corr. Buecheler* | desiuimus *Q A*, ex desimus *B*: in *ep. 55,1* *accepi desimus ex Q aliisque uetustioribus libb. sed Senecae ipsius usum in his formis non constantem fuisse putaverim et hic ut alibi duas simul scripturas archetypo infuisse opinatur Hense (praef. p. XXIV); optima autem clausula tam ex inuenire desimus quam ex i. desiuimus oritur: sapientem inuenire desuisse scimus con. Madvig* || 5 fornicem *Q A*, ex *forf. B* | inclinatorium *Q* || 6 alligaretur *Q*, alligarentur *B pr. et A* quem pluralem defendi posse opinantur *Baehrens et Bourgery* || 10 smaragdum *Q*, szmar- *A*, zmar- *Hense aliique* | hodie *Q* || 11 contura *pr. Q* | hoc utiles *Q B A*, ad hoc ut. *q* cum nonnullis *ς*, coctiles alii *ς* et *vulg.:* in hoc ut. *Schweighauser* qui tamen dubitat, an familiari sermoni etiam nude sic dicere latine licuerit hoc utiles pro in vel ad hoc utiles ideoque illud potius tenendum sit. An hoc pro huc *i. e.* ad vel in hoc? || 12 qua *pr. Q*, quia *corr. m. rec.* || 13 uidimus *Q B A* *q* *rell. prope omnes, uidemus cod. Rehdiger. I teste Fickerto idque acceperunt complures edd. inde ab Erasmo², sed perfectum gnomica vi usurpatum a Seneca saepissime et liberrime nullo temporis adverbio adiuncto constat (cf. Bourgery op. cit. p. 328 sq.)* | aut pericius aut exercitatus *Q* cum aliis *ς* et *vulg.*, aut peritius atque exercitatus *B A* *recc. edd. idque recipio nisi aut ante exerc. trimembris structurae concinnitate commendetur et degredientem significationem habeat (= vel saltem)* || 15 uerā naturā quaequam *Q*

uitae legem, quam ad uniuersa derexit, nec nosse tantum
 sed sequi deos docuit et accidentia non aliter excipere quam
 imperata. Vetuit parere opinionibus falsis et quanti quidque esset,
 uera aestimatione perpendit: damnauit mixtas paenitentiae
 5 uoluptates et bona semper placitura laudauit et palam fecit
 felicissimum esse cui felicitate non opus est, potentissimum
 esse qui se habet in potestate. Non de ea philosophia loquor, 35
 quae ciuem extra patriam posuit, extra mundum deos, quae
 uirtutem donauit uoluptati, sed <de> illa, quae nullum bonum
 10 putat nisi quod honestum est, quae nec hominis nec fortunae
 muneribus deleniri potest, cuius hoc pretium est, non posse
 pretio capi. Hanc philosophiam fuisse illo rudi saeculo, quo
 adhuc artificia deerant et ipso usu discebantur utilia, non credo:
 15 *secutam autem* fortunata tempora, cum in medio iacerent bene- 36
 ficia naturae promiscue utenda, antequam auaritia atque luxu-
 ria dissociare mortales et ad rapinam ex consortio discurrere.
 Non erant || illi sapientes uiri, etiam si faciebant facienda sa- fol. 113^r
 pientibus. Statum quidem generis humani non alium quisquam 37
 suspexerit magis, nec si cui permittat deus terrena formare et
 20 dare gentibus mores, aliud probauerit quam quod apud illos
 fuisse memoratur, apud quos «nulli subigebant arua coloni, ne
 signare quidem aut partiri limite campum fas erat: in medium
 quaerebant, ipsaque tellus omnia liberius nullo poscente fere-
 bat.» Quid hominum illo genere felicius? in commune rerum 38
 25 natura fruebantur: sufficiebat illa ut parens ita tutela omnium,

1 dir- Q B A sed mutatum ex der- B || 4 penitentiae Q cum q
 (ubi penitentia superscr. q¹ in spatio vacuo) aliis 5 et vulg.,
 penitentia B A recc. edd., sed cf. ep. 30,4 alia genera mortis spei
 mixta sunt || 6 felicitate Q, felicitatem A et pr. B || 8 q; Q ||
 9 Sedilla Q cum B A, sed de illa «vetus lectio» Pinc. rectius || 11 de-
 leri Q B A vell.: corr. Muretus | ꝑcium Q et sic mox ꝑcio || 12 quod
 sed d punct. Q || 13 discedebant Q, discebant vet. edd. || 14 sicut
 aut Q cum B A (sicut aut B A): vide praef. ibid. || 16 discurre-
 re Q: vide praef. p. XL s. || 20 quãquot Q || 21 subigebant
 Q B, subiciebant A | nesperare Q cum B A q || 22 partyri Q ||
 23 nulla pr. Q || 24 genere Q recte, genore B A || 25 natura Q recte,
 naturã A et pr. B | fruebatur ex -tus Q | intutela Q cum BA, in
 tutelam 5: corr. Buecheler

haec erat publicarum opum segura possessio. Quidni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim, in quo pauperem inuenire non posses? Inrupit in res optime positas auaritia et, dum seducere aliquid cupit atque in suum uertere, omnia fecit aliena et in angustum se ex inmenso redegit. Auaritia pauper-
 39 tatem intulit et multa concupiscendo omnia amisit. Licet itaque nunc concurset reparare quod perdidit, licet agros agris adiciat uicinum uel pretio pellens is uel iniuria, licet in prouinciarum spatium rura dilatet et possessionem uocet per sua longam peregrinationem: nulla nos finium propagatio eo reducet
 10 unde discessimus. Cum omnia fecerimus, multum haehimus: uniuersum habebamus. Terra ipsa fertilior erat inlaborata et
 40 in usus populorum non diripientium larga. Quicquid natura protulerat, id non minus inuenisse quam inuentum monstrare alteri uoluptas erat: nec ulli aut superesse poterat aut deesse,
 15 inter concordēs diuidebatur. Nondum ualentior inposuerat infirmiori manum, nondum auarus abscondendo quod sibi iaceret, alium necessariis quoque excluserat: par erat alterius ac sui
 41 cura. Arma cessabant incruentaeque humano sanguine manus odium omne in feras uerterant. Illi quos aliquod nemo
 20 densum a sole protexerat, qui aduersus saeuitiam hiemis aut imbris uili receptaculo tuti sub fronde uiuebant, placidas transigebant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura uersat et acerrimis excitat stimulis: at quam mollem somnum

3 possis Q || 4 aliquit Q || 5 ex inmensa ex inmenso Q cum B A ex inmensa punct. m. rec. in Q | redacti Q B A, redegit (ut coniecerat Buecheler) cod. Velz., ex inmenso redacta, om. se vulg. || 6 et in multa sed in punct. Q || 7 nunc con/currere parare Q B A: vide praef. p. XLI || 8 adiciatur sed ur linea transf. Q | pelleris Q B A, pellat eris q alii 5 vulg. (aeris vulg.), pellēs (ut scripserat Haase) cod. Velz. idque receperunt Buecheler Hense Hauck: scriptura pelleris corrupta uidetur ex pellēs is (scil. ex iis agris), et iam Lipsius coniecerat pellat eis vel terris | in om. Q || 9 spac- Q | suam Q B et pr. A || 12 habeamus Q || 13 quicquid Q || 17 abscondende pr. Q || 20 uerteret Q || 22 transfigebant Q || 23 noctes Q, ex noctis B | nostram Q A et pr. B | purpura pr. Q, purpurā corr. m. rec. in Q idque exhibent A et pr. B || 24 Ad quam Q

illis dura tellus dabat! Non impendebant caelata laquearia, sed 42
 in aperto iacentes sidera superlabebantur et insigne spectacu-
 lum noctium mundus in praeceps agebatur silentio tantum opus
 ducens. Tam interdium illis quam nocte patebant prospectus
 5 huius pulcherrimae domus: libebat intueri signa ex media || fol. 113^v
 caeli parte uergentia, rursus ex occulto alia surgentia. Quidni 43
 iuuaret uagari inter tam late sparsa miracula? At uos ad om-
 nem tectorum pauetis sonum et inter picturas uestras, si quid
 increpuit, fugitis adtoniti. Non habebant domos instar urbium.
 10 Spiritus ac liber inter aperta perflatus et leuis umbra rupis aut
 arboris et perlucidi fontes riuique non opere nec fistula nec ullo
 coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes et prata sine
 arte formosa, inter haec agreste domicilium rustica politum
 15 bat habitare nec ipsam nec pro ipsa timentem: nunc
 magna pars nostri metus tecta sunt. Sed quamuis egregia illis 44
 uita fuerit et carens fraude, non fuere sapientes, quando hoc
 iam in opere maximo nomen est. Non tamen negauerim fuisse
 alti spiritus uiros et, ut ita dicam, a diis recentes: neque enim
 20 dubium est, quin meliora mundus nondum effectus ediderit.
 Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit et ad labo-
 res paratior, ita non erant ingenia omnibus consummata. Non
 enim dat natura uirtutem: ars est bonum fieri. Illi quidem non 45
 aurum nec argentum nec perlucidos <lapides> in ima terrarum
 25 faece quaerebant parcebantque adhuc etiam mutis animalibus:
 tantum aberat <ut> homo hominem non iratus, non timens,
 tantum spectaturus occideret. Nondum uestis illis erat picta,

1 impend- sic Q | laq;aria pr. Q || 3 mundum Q | silentium Q
 || 4 dicens Q B A, ducens q 5 || 7 aduos Q cum B pr. || 9 habebunt Q
 || 10 flatus Q q 5, perflatus B A sed per exp. B: flatus asperum
 sonum post aperta vitaverit || 11 riui quae Q || 13 formasa pr. Q A
 | domicilium Q scil. -am (sic) | polutum Q || 16 Sedquiquānis Q
 || 19 diis Q, dis B || 20 effectus Q A et pr. B || 22 ingenia Q,
 ingenita A et pr. B || 23 naturā Q || 24 lapides om. Q B A, post
 quaerebant exhibet q: «aut lapillos» Buecheler | in add. Schweig-
 haeuser || 25 mutis Q B A q, mutis 5 || 26 ut q 5, om. Q B A

46 nondum texebatur aurum, adhuc nec eruebatur. Quid ergo *est?* ignorantia rerum innocentes erant: multum autem interest, utrum peccare aliquis nolit an nesciat. Deerat illis iustitia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his uirtutibus habebat similia quaedam rudis uita: uirtus non contingit animo nisi instituto et edocto et ad summum adsidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur et in optimis quoque, antequam erudias, uirtutis materia, non uirtus est. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

10

Ep. XCI 1 **L**iberalis noster nunc tristis est nuntiatio incendio, quo Lugdunensis colonia exusta est. Mouere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriae suae amantissimum. Quae res effecit, ut firmitatem animi sui quaerat, quam uidelicet ad ea, quae timeri posse putabat, exercuit. Hoc uero tam inopinatum malum et paene inauditum non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo: multas enim ciuitates incendium
fol. 114^r uexauit, nullam abstulit. Nam etiam ubi || hostili manu in tecta ignis inmissus est, multis locis deficit, et quamuis subinde excitetur, raro tamen sic cuncta depascitur, ut nihil ferro relinquat. Terrarum quoque uix umquam tam grauis et perniciosus

1 nec om. Q || 2 est add. A. Feige: *verum Hensio uidetur quod observauit Gertz adn. in dial IV 5, 3; 36,3 post quid ergo? semper alteram interrogationem poni* | erunt innotescens (pro rerum innocentes) Q || 3 aut Q B A, an q 5 || 6 edicto Q et pr. B: « *fortasse olim erudito legebatur* » Buecheler || 11 nft Q || 13 necdum Q || 14 efficit Q et pr. B complures 5, efficit A, B corr., q idque receperunt edd. inde a Schweighaeusero praeter Fickertum et Haasium || 15 putabat vix legitur propter atramentum diffusum in Q || 16 minor Q, mirror A || 18 iniecta Q B q, iniaecta A: corr. Erasmus² || 19 deficit Q q 5, defecit B A | inde Q || 20 ut super add. Q || 21 verbis Terrarum — euerteret, quibus quae de incendiis dicit Seneca interrumpuntur, refragari quidem in mema nonum Aem. Hermes animadvertit, recte autem monet, alia eiusmodi exempla apud nostrum inueniri, cuius in scribendo ubertas non semper cum seuera argumentandi ratione conspiret

fuit motus, ut tota oppida euerteret. Numquam denique tam
 infestum ulli exarsit incendium, ut nihil alteri superesset in-
 cendio. Tot pulcherrima opera, quae singula inlustrare urbes ²
 singulas possent, una nox strauit, et in tanta pace quantum
 5 ne bello quidem timeri potest, accidit. Quis hoc credat? ubique
 armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas
 sit, Lugudunum, quod ostendebatur in Gallia, quaeritur. Omnibus
 fortuna, quos publice adflixit, quod passuri erant, timere permi-
 sit; nulla res magna non aliquod habuit ruinae suae spatium: in
 10 hac una nox interfuit inter urbem maximam et nullam. Denique
 diutius illam tibi perisse quam perit narro. Haec omnia Libera- ³
 lis nostri adfectum inclinant *dudum* aduersus *saeua* firmum et
 erectum: nec sine causa concussus est. Inexpectata plus ad-
 grauant: nouitas adicit calamitatibus pondus, nec quisquam
 15 mortalium non magis quod etiam miratus est, doluit. Ideo ⁴
 nihil nobis inprouisum esse debet: in omnia praemittendus
 animus cogitandumque non quicquid solet, sed quicquid po-
 test fieri. Quid enim est, quod non fortuna, cum uoluit, ex flo-
 rentissimo detrahat? quod non eo magis adgrediatur et quatiat,
 20 quo speciosius fulget? Quid illi arduum quidue difficile est?
 Non una uia semper, ne *stata* quidem incurrit: modo nostras in ⁵

5 ubi Q || 8 publicae Q et pr. B, publice A || 9 spac- Q ||
 11 perit Q et pr. B, periit A: *contracta forma perit clausulae ratione
 commendatur* || 12 aff- Q A, ex adf- B | inclinandum Q B A: in-
 clinant q cod. Harlei. 2659 cum plerisque 5 et vulg.: inclinant, dum
 scr. Schweighaeuser, inclinant adhuc prop. Costiglioni, inclinant
 dudum in archetypo fuisse puto, scil. adfectum qui iam, antea...
 firmus et erectus erat | sua Q B A q vell. vulg., cetera cod.
 Harlei. 2659: sueta Lipsius, inclinant in aduersa sua. Buecheler,
 « fort. aduersus aduersa sua » Hense*. *Facili inmutatione ex arche-
 typo sua pro seua vel saeua scriptum fuisse puto* (scil. aduersa):
 cf. Tac. ann. II 5 quae sibi... belligeranti saeva vel pro-
 spera evenissent || 13 Inexpec/ta Q | adgrauant Q recte,
 adgrabant pr. B, adgrabuant A || 16 pmittendus Q cum B A,
 praemittendus q 5 || 17 quicq-sic Q itemque mox || 18 explorentissimo Q
 || 19 quanti atq; (pro quatiat quo) Q, quantiat quo pr. B ut videtur
 || 21 nitota Q, ne (vel nec) tota vell.: ne nota quidem prop. Aem.
 Hermes. *Ac sane non video quem locum tota hic habeat et opinor fuisse
 ne stata quidem scil. praestituta quod ad tempus incurstonis attinet:*

nos manus aduocat, modo suis contenta uiribus inuenit pericula sine auctore. Nullum tempus exceptum est: in ipsis uoluptatibus causae doloris oriuntur. Bellum in media pace consurgit et auxilia securitatis in metum transeunt: ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates hibernisque maiores agitur aestiua tranquillitas. Sine hoste patimur hostilia, et cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas inuenit. Inuadit temperantissimos morbus, ualidissimos phthisis, innocentissimos poena, secretissimos tumultus. Eligit aliquid noui casus, per quod uelut oblitis uires suas ingerat. Quidquid longa series multis laboribus, multa deum indulgentia struxit, id unus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus, qui diem dixit: hora momentunque temporis euerrendis imperiis sufficit. Esset aliquod inbecillitatis nostrae solacium rerumque nostrarum, si tam tarde perirent cuncta quam fiunt: nunc incrementa lente exeunt, festinatur in damnum. ||
 7 Nihil priuatim, nihil publice stabile est; tam hominum quam urbium fata uoluuntur. Inter placidissima terror existit nihilque extra tumultuantibus causis mala, unde minime expectabantur, erumpunt. Quae domesticis bellis steterant regna, quae externis, impellente nullo ruunt: quota quaeque felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia et animus aduersus ea, quae possunt euenire, firmandus. Exilia, tormenta morbi, bella, naufragia meditare. Potest te patriae, potest pa-

cf. quae mox secuntur Nullum tempus exceptum est, cetera quibus tam una quam stata uia explicatur | nostras compend. Q, nostros A et pr. B || 3 parte Q || 4 inmetū pr. Q, in impetū perperam mutauit m. rec. || 5 satio Q | subditas Q | hibernisque Q || 6 maiore agitur Q cum A, maiores ex maioribus B || 8 phthisis Q B A || 10 quicq- ex quidq- Q' || 13 horā Q cum B A q: corr. Gruterus | || 14 sufficere Q A q, sufficit pr. B, sufficeret n: suffecere Gruterus | solat- Q || 15 tantareperirent Q cum B A, tanto tempore perirent q complures 5, tam tarde perirent alii 5 | quam finiuntur Q, q. finiunt B A, quanto fiunt q complures 5, quam fiunt alii 5 || 16 dānum Q || 17 priuatum Q et pr. B || 19 expect- sic Q A || 21 impell- sic Q | ruuntur Q | quodquaeq; Q || 23 s. tormenta morbi Q, tormenta morbi B A q, t. morbos 5 vulg.: «an glossema morbi» adn. Hense coll. ep. 78,16 || 24 meditari Q B A, meditare q 5, meditanda tres codd. Vatic.-Rom. teste Fickerto

triam tibi casus eripere, potest te in solitudines abigere, potest hoc ipsum, in quo turba suffocatur, fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanae condicio ponatur, nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire, praesumamus animo, si nolimus opprimi nec illis inuisitatis uelut nouis obstupesceri: in plenum cogitanda fortuna est. Quotiens Asiae, 9 quotiens Achaiae urbes uno tremore ceciderunt? Quot oppida in Syria, quot in Macedonia deuorata sunt? Cypron quotiens uastauit haec clades? quotiens in se Paphus corruit? Frequenter nobis nuntiati sunt totarum urbium interitus, et nos inter quos ista frequenter nuntiantur, quota pars omnium sumus? Consurgamus itaque aduersus fortuita et quicquid inciderit, sciamus non esse tam magnum quam rumore iactetur. Ciuitas arsit opulenta ornamentumque prouinciarum, quibus 10 et inserta erat et excepta, uni tamen inposita et huic non latissimo monti: omnium istarum ciuitatum, quas nunc magnificas ac nobiles audis, uestigia quoque tempus eradet. Non uides, quemadmodum in Achaia clarissimarum urbium iam fundamenta consumpta sint nec quicquam exstet, ex quo appareat illas saltim fuisse? Non tantum manu facta labuntur, 11 nec tantum humana arte atque industria posita uertit dies: iuga montium diffluunt, totae desedere regiones, operata sunt fluctibus quae procul a conspectu maris stabant. Vasta uis

1 insolitudine *Q* in fine versus, in solitudinem *vulg.* | abicere *Q B A q* *rell. vulg.*; *corr. Matthiae* || 3 condit-*Q* et *pr. B* || 4 Presumus *Q* || 5 inuisitatis *Q*, inus-*rell. mss. et edd.*: Quiriniani scriptura supra scribae facultatem excurrens et poetico Senecae stilo conueniens apte in sententiam quadrat, scil. quae antea nos quidem non vidimus | nobis *Q* || 7 urbis *Q* | quod utrobique *pr. Q B* || 8 siria *Q A* | quoties utrobique *pr. Q*, quotiens sed n punct. *B* || 9 uastabat *Q* || 10 nunciati *Q* et sic mox nuntiantur || 11 Quota *Q* recte, ex tota *B* || 12 Consurgamus — iactetur] *vide praef. p. XLI s.* | inciderit *Q* recte, ex *inced- B A* || 15 altissimo *Q B A q*; *corr. Buecheler* || 16 ciuitatum *Q* || 17 audis *Q A* et in *ras. B*, uides *q* alii *q* || 19 exstet sic *Q* | etqua *Q*, ex qua *B A*, ex quo *q* *q* || 20 saltim *Q A*, ex saltem *B* || 21 arcae *pr. Q* mutauit in arte *m. rec.* || 22 opera *pr. Q* || 23 Uastauit *Q* cum *B A*, uasta *pr. q* ubi uis super *scr. q*: *corr. Haupt*

ignium colles, per quos relucebat, erosit et quondam altissimos uertices, solacia nauigantium ac speculas, ad humile deduxit. Ipsius naturae opera uexantur et ideo aequo animo ferre debemus urbium excidia. Casurae stant: omnes hic exitus manet, siue interna uis flatusque per clusa uiolenti pondus, sub quo tenentur, excusserint, siue torrentium in abdito uastior ira obstantia effregerit, siue flammaram uiolentia compaginem soli ruperit, siue uetustas, a qua nihil tutum est, expugnauerit || minutatim, siue grauitas caeli egresserit populos et situs deserta corruperit. Enumerare omnes fatorum uias longum est. Hoc unum scio: omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt, inter peritura uiuimus. Haec ergo atque eiusmodi solacia admoueo Liberali nostro incredibili quodam patriae suae amore flagranti, quae fortasse consumpta est, ut in melius excitaretur. Saepe maiori fortunae locum fecit iniuria: multa ceciderunt, ut altius surgerent et in maius. Timagenes felicitati urbis inimicus aiebat Romae sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora surrectura quam arsisent. In hac quoque urbe ueri simile est certaturos omnes, ut maiora celsioraque quam amisere restituant. Sint utinam diu-

1 ignis Q A q, ignium pr. B || 2 solata Q | ac spectaculis Q | ad humilem Q B || 3 fere Q || 4 Casura extant Q cum B A (exst- B A): casurae sunt Madvig, casurae exstant Linde, casurae stant Haupt quem sequor cum Buechelero et Hensio | om̄s Q, omnis pr. B | hic om. Q: an is quod facile post omnis vel omnes excidere potuit? | interra Q, interna B A q rell. prope omnes et vulg.: uentorum suppleuit inter siue et interna cens. ed. Ruhkopfii, uentorum, om. interna scr. Buecheler quem sequitur Hense || 5 p̄clusa Q cum A et corr. B: uide praef. p. XLII || 6 siue torrentium inabdito uastior Q cum plerisque aliis libb.: uide praef. ibid. || 7 abstantia Q | uiolentiam pr. Q | compsic Q A || 8 inqua Q cum B A q rell.: corr. Erasm.³ || 9 egresserit Q B, egresserit A, eiecerit uel egerit pauci 5 || 13 solatia Q | liberari Q || 15 longum Q || 16 surgerent. etinmalas imagines; Felicitati Q: uide praef. ibid. || 17 aleuat Q, pr. B, aleuat an aleuat dubium in A | ab hoc Q || 18 quam om. Q || 20 certioraq; Q B A vulg., celsioraque cod. Ottob.-Rom. 1579 plane rectius: adiectiuus certus pro firmus, stabilis ad rem relatus uix accipi posse uidetur et maiora celsioraque repetit per chiasmum praeced. altius et in maius | restituantur totis litteris Q A,

turna et melioribus auspiciis in aeuum longius condita! nam
 huic coloniae ab origine sua centesimus annus est, aetas ne
 homini quidem extrema. A Planco deducta in hanc frequen-
 tiam loci opportunitate conualuit; quot tamen grauissimos ca-
 5 sus intra spatium humanae senectutis tulit! Itaque formetur 15
 animus ad intellectum patientiamque sortis suae et sciat nihil
 inausum esse fortunae; aduersus imperia illam idem habere
 iuris quod aduersus imperantes, aduersus urbes idem posse
 quod aduersus homines. Nihil horum indignandum est: in eum
 10 intrauimus mundum, in quo his legibus uiuitur. Placet: pare.
 Non placet: quacumque uis, exi. Indignare, si quid in te iniqui
 proprie constitutum est: sed si haec summos imosque necessi-
 tas alligat, in gratiam cum fato reuertere, a quo omnia resol-
 uuntur. Non est quod nos tumulis metiaris et his monumentis,
 15 quae uiam disparia praetexunt: aequat omnes cinis. Impares 16
 nascimur, pares morimur. Idem de urbibus quod de urbium

in B utrum restituantur an restituant legendum sit dubitat Hense, restituantur vell. mss. vulg.: restituant Aem. Hermes Schweighaeuserum secutus, cui suffragari clausulae rationem animadverit Einar Loeffstedt (Eyani vol. XIV a. 1915 p. 160), cum praesertim constet quam saepe formae activae cum passivis in -ur desinentibus permutatae occurrant in mss. | diurna ex diurnā Q, diurna B A || 2 ab ex ob Q | centesimus Q A, ex centens- B: accuratius scribendum erat centesimus septimus (cf. Friderici Schultess diss. de Senecae quaest. nat. et epistulis ed. Bonnae a. 1872 p. 27: Hirschfeld mus. Rh. LII p. 295), sed huiusmodi diligentiam ab historico potius repetere aequum fuerit || 3 quidam Q | extraema ex extrama Q | inac pr. Q, h super scr. ante ac m. rec.: vide praef. p. XLII s. || 4 oport- Q A et ex corr. B || quod Q B A, que q cum 5 et vulg.: quot Weidner || 5 senectutis. Itaq; Q cum B A, post senectutis add. passa est q nonnullis 5, ante senectutis add. pertulit plerique 5 et vulg.: senectutis tulit. itaque Buecheler et Hense quos sequor, quamquam voce tulit clausulam potiore extremis enuntiati verbis humanae senectutis effectam turbare monens Einar Loeffstedt (l. c. p. 161) non absone opinatur aut verbum alibi fuisse ut in vulg. aut accusativum quot...grauissimos casus cet. exclamativa vi praeditum nullius verbi indigere || 6 patientiāq; Q | sciant Q A, sciatq; 5: illud defendi posse per syllepsin (animus = animi vel homines) putat A. Bourgery (op. c. p. 309) || 8 quod uersus Q | urbis pr. Q || 11 iniqui; qui Q, iniqu; (prior i super addita) B, Iniqu; A, inique q iniqui 5 || 14 stimulis Q et pr. B || 15 texunt Q q | om̄s Q | impares Q, inparies pr. B A || 16 nascimur pr. Q

incolis dico: tam Ardea capta quam Roma est. Conditor ille
 iuris humani non natalibus nos nec nominum claritate distinxit,
 nisi dum sumus. Vbi uero ad finem mortalium uentum est,
 «discede» inquit «ambitio: omnium, quae terram premunt, si-
 remps lex esto.» Ad omnia patienda pares sumus: nemo altero
 17 fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Alexander Mace-
 donum rex discere geometriam coeperat, infelix, sciturus, quam
 pusilla terra esset, ex qua minimum occupauerat. Ita dico:
 infelix ob hoc, quod intellegere debebat falsum se gerere cogno-
 men. Quis enim esse magnus in pusillo potest? Erant illa, quae 10
 tradebantur, subtilia et diligenti intentione discenda, non
 quae percipere posset uesanus homo et trans oceanum cogita-
 tiones suas mittens. «Facilia» inquit «me doce.» Cui praeceptor
 18 «ista» inquit «omnibus eadem sunt, aequae difficilia.» Hoc puta
 fol. 115^v rerum naturam || dicere: «ista, de quibus quereris, omnibus ea-
 dem sunt. Nulli dare faciliora possum, sed quisquis uolet, sibi
 ipse illa reddet faciliora.» Quomodo? aequanimitate. Et do-
 leas oportet et sitias et esurias et senescas, si tibi longior con-
 tigerit inter homines mora, et aegrotas et perdas aliquid et
 19 pereas. Non est tamen quod istis, qui te circumstrepunt, cre-
 das: nihil horum malum est, nihil intolerabile aut durum. Ex
 consensu istis metus est: sic mortem times quomodo famam. Quid
 autem stultius homine uerba metuente? Eleganter Demetrius
 noster solet dicere eodem loco sibi esse uoces imperitorum,
 quo uentre redditos crepitus. «Quid enim» inquit «mea sursum 25

2 natalibus; Q cum B A, non natalibus q | distinxit Q ||
 4 terra Q | seremiles esto Q cum B A : corr. Iac. Cuiacius || 5 pac-
 Q || 9 intelligere debeat Q || 12 percipere posset Q q codd. Guelferb.
 (Gud. 10) Rehdig. I vulgo edd. usque ad Schweighaeuserum,
 perciperet Fickert Haase Buecheler Hense plane ex B A : Quiri-
 niani scriptura efficacior uidetur nec percipere posset pro simplici
 perciperet facile librarius excogitauerit || 14 aequae difficilia | secl.
 Haase Buecheler Hense¹ | puturū naturam Q, putaremur naturam
 A || 16 dari q 5 vulg. | possunt Q B A q rell.: corr. Buecheler
 || 17 ipsi Q B A q rell.: corr. Haase || 18 utsitias Q | esurias Q |
 sinescas pr. Q || 22 famā Q, ex samem ut uidetur B || 23 hominē pr.
 Q | Eleganter ex corr. Q || 25 redditos pr. Q | mearefert. sursum Q q,

isti an deorsum sonent? Quanta dementia est uereri, ne infameris ab infamibus? quemadmodum famam extimuiſtis sine causa, sic et illa, quae numquam timeretis, nisi fama iussisset. Num quid detrimenti faceret uir bonus iniquis rumoribus sparsus? Ne morti quidem hoc apud nos noceat: et haec malam olitionem habet. Nemo eorum, qui illam accusant, expertus est: interim temeritas est damnare, quod nescias. At illud scis, quam multis utilis sit, quam multos liberet tormentis, egestate, querellis, suppliciis, taedio. Non sumus in ullius potestate, cum mors in nostra potestate sit. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Puto, inter me teque conueniet externa corpori adquiri, corpus in honorem animi coli, in animo esse partes ministras, per quas mouemur alimurque, propter ipsum principale nobis datas. In hoc principali est aliquid irrationale, est et rationale. Illud huic seruit, hoc unum est, quod alio non refertur, sed omnia ad se refert. Nam illa quoque diuina ratio omnibus praeposita est, ipsa sub nullo est: et haec autem nostra

I Ep. XCII

meas refert usum *A*, mea refert susum *B* sed refert primo omiserat idque recte defuisse putat Hense Vahlenium secutus et coll. ep. 14,13 || 1 deorsum sic *Q*: susum — deosum Buecheler Hense; cf. Stolz-Schmalz, lat. Gramm.⁴ pp. 144 et 146 || 5 uos *Q B A*, nos *q* (superscr.) aliquot ζ | mala molitionem *Q B*, mala molitio nē *A*: malam opinionem Gronovius, malam auditionem Schweighaeuser latere putauit in malam olitionem quod in *A* ipse agnouerat ac receperunt Buecheler et Hense || 6 habet pr. *Q* sed rec. m. lineolam super e addidit, habet eadem m. mutatum in habent *B* | illum *Q* | accusat *Q B A q*, accusant ζ || 7 Ad pr. *Q* || 8 multos pr. *Q*, mutatum in multis m. rec. || 9 quaerelis *Q* | illius *Q* et pr. *B* || 12 conueniat *Q* complures ζ || 14 moueremur sed re punct. *Q* || 15 principale est *Q*, principale est pr. *B* || 16 refert *Q* || 17 semper (compend.) fert *Q*, ad se perfert *B A q* vulg., ad se refert (ut coniecerat Madvig) cod. Velz. || 18 ethaec aut *Q* cum rell. et vulg.: et deleuerunt Buecheler et Windhaus, defendit Baehrens (beitr. p. 397) coll. Senecae patris Controv. II 1,35 p. 171,7 Kiessl.: de et autem = praeterea cf. Draeger² II p. 123 s.

- 2 eadem est, quia ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit, sequitur ut de illo quoque conueniat, in hoc uno positam esse beatam uitam, ut in nobis ratio perfecta sit. Haec enim sola non summittit animum, stat contra fortunam: in quolibet rerum habitu *interritos* seruat. Id autem unum bonum est, quod numquam defringitur. Is est, inquam, beatus quem nulla res minorem facit; tenet summa, et ne ulli quidem nisi sibi in-nixus: nam qui aliquo auxilio sustinetur, potest cadere. Si aliter est, incipient multum in nobis ualere non nostra. Quis autem uult constare fortuna aut quis se prudens ob aliena miratur? 10
- 3 Quid est beata uita? securitas et perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad haec quomodo peruenitur? si ueritas tota perspecta est; fol. 116^r si seruatus est in rebus || agendis ordo, modus, decor, innoxia uoluntas ac benigna, intenta rationi nec umquam ab illa re- 15 cedens, amabilis simul mirabilisque. Denique ut breuiter tibi formulam scribam, talis animus esse sapientis uiri debet, qua-
- 4 lis deum deceat. Quid potest desiderare is, cui omnia honesta contingunt? nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, *tamen* in his erit beata uita, sine quibus 20 non est. Et quid turpius stultiusue quam bonum rationalis
- 5 animi ex irationalibus nectere? Quidam tamen augeri sum-mum bonum iudicant, quia parum plenum sit fortuitis repu-gnantibus. Antipater quoque inter magnos sectae huius aucto-res aliquid se tribuere dicit externis, sed exiguum admodum. 25

I quae Q B A q, quia ζ || 4 summittit sic Q || 5 seruitus Q B A q, se uirtus q¹, securos ζ: vide praef. p. XLIII || 6 adfringitur Q || 8 auxili pr. Q || 10 fortuna Q B A q rell., fortunam corr. Buecheler: praeferrere fortuita ut legitur in ed. Mentel., nisi etiam abl. fortuna quem retinuit vulg. apte cum sententia conueniret | aut Q B, aut id est autem A || 14 modus om. Q || 19 contingant Q cum paucis ζ et uetustissimis edd., fort. recte propter enuntiatam vim consecutiuam | possunt Q || 21 non est Q: vide praef. p. XLIII s. || 22 iratio/nabilibus Q | v. Quidam tamne — repugnantibus suspectauit O. Ribbeck a quo dissentiunt Hense et Eug. Albertini (La composition dans les ouvrages philosophiques de Sénèque, 1923, p. 192, adn. 2)

Vides autem quale sit die non esse contentum, nisi aliquis
 igniculus adluserit: quod potest in hac claritate solis habere
 scintilla momentum? Si non es sola honestate contentus, ne- 6
 cesse est aut quietem adici uelis, quam Graeci ἀοχλησίαν
 uocant, aut uoluptatem. Horum alterum utcumque recipi
 potest: uacat enim animus molestia liber ad inspectum uni-
 uersi, nihilque illum auocat a contemplatione naturae. Alte-
 rum illud, uoluptas, bonum pecoris est: adicimus rationali in-
 rationale, honesto inhonestum. *Humanae uitae* tam facit ti-
 10 tillatio corporis? Quid ergo dubitatis dicere bene esse homini, 7
 si palato bene est? Et hunc tu, non dico inter uiros numeras,
 sed inter homines, cuius summum bonum saporibus et coloribus
 et sonis constat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo
 ac dis secundo: mutis adgregetur animal pabulo laetum. Inra- 8
 15 tionalis pars animi duas habet partes, alteram animosam, am-
 bitiosam, inpotentem, positam in affectionibus, alteram humi-
 lem, languidam, uoluptatibus deditam: illam effrenatam, melio-
 rem tamen, certe fortiolem ac digniorem uiro reliquerunt,
 hanc necessariam beatae uitae putauerunt, [in] eneruem et

1 zenon Q B (in B super addita uirgula cum puncto duplici) A,
 sole te non q alii ζ: die non *Erasm.*² | contēptū Q, contentum
 B A || 3 scintillemonuūmū Q | sola honesta A et pr. Q B
 sed o super utramque extr. a scr. m. rec. in Q, solo honesto cod.
Velz., sola honestate q alii ζ || 4 quamgraeci ΔΟΧ/ΔΗCIN uocant
 Q: uerbum graecum corr. *Schweighaeuser.* Eundem uerborum ordi-
 nem, quem cod. *Quirinianus*, exhibet etiam *Buecheleri editio* qui
 nihil adnotat: nomen graeci post uocant *rell. mss. et edd.* quos
 quidem noui || 5 utquicumq; Q || 6 uocat Q | molesta Q || 7
 auocataest/templatione pr. Q || 9 Magno uitam Q: uide praef.
p. XLIV || 10 dubitis pr. Q mutatum in dubites m. rec., dubitatis fort.
 ex dubitatus corr. B | necesse (pro bene esse) Q || 11 esse (pro est et) Q: an
 est? set? || 12 sumum Q | saporis Q | calorib; pr. Q cum B A, coloribus
 q alii ζ, odoribus ex cod. *Velz. commendat R. Muecke* || 13 sonis Q
 B A, et sonis q quod optimam clausulam cum seq. constat efficit
 et sic iam scripserat *Schweighaeuser*, ac sonis alii ζ vulg., solis (ut
 scripserat *Buecheler*) cod. *Velz.*, sonisque *Windhaus Hense coll.*
Epic. fr. 67 et 412 Vs. || 14 adgrega/retur Q B (paenultima syll. re
 fort. posterius facta in B) A | animal om. Q || 16 affect- sic Q ||
 18 reliquerunt Q, relinquerunt priore n exp. B, relioquerunt A
 || 19 Ineneruē Q B A, eneruem q cum plerisque ζ, inneruem π

- 9 abiectam. Huic rationem seruire iusserunt et fecerunt animalis generosissimi summum bonum demissum et ignobile, praeterea mixtum portentosumque et ex diuersis uni male congruentibus membris. Nam ut ait Vergilius noster in Scylla «prima hominis facies et pulchro pectore uirgo pube tenus, postrema inmani corpore pistrix delphinum caudas utero commissa luporum.» Huic tamen Scyllae fera animalia adiuncta sunt, horrenda, uelocia: at isti sapientiam ex quibus composuere portentis?
- 10 Prima ars hominis est ipsa uirtus: huic committitur inutilis caro et fluida, receptandis tantum cibus habilis, ut ait Posidonius. Virtus illa diuina in lubricum desinit et superioribus eius partibus uenerandis atque caelestibus || animal iners ac marcidum attexitur. Illa utcumque altera quies nihil quidem ipsa praestabat animo, sed impedimenta remouebat: uoluptas ultro dissoluit et omne robur emollit. Quae inuenietur tam discors 15 inter se iunctura corporum? fortissimae rei inertissima adstruitur, seuerissimae parum seria, sanctissimae intemperans usque ad incesta. «Quid ergo?» inquit «si uirtutem nihil impeditura sit bona ualitudo et quies et dolorum uacatio, non petes illas?»

Schweighaeuser: et enervem conii. *Rosbach* || 2 generosissimum Q B A q, generosissimi unus ζ vulg., generosissimi summum *Buecheler Hense* | dim- Q | ignobile Q recte, ignobilem A et pr. B || 3 ut ex d. *Aem. Hermes* | animalis Q A q, ex a. malis B: ex diuersis uni discongruentibus vel ex diverso animali congr. *Gronovius*, ac male congruentibus *Schweighaeuser*: scriptura animalis perperam constata ex uni male uidetur || 4 uirg- Q | primi pr. Q || 6 delphinum Q recte, delphium A et pr. B || 8 Adistis Q | comp- sic Q || 9 ars pr. Q cum B A, pars corr. m. rec. idque exhibent q alii ζ vulg. || 10 possid- Q || 11 desinit ex desiit Q || 13 attex- sic Q | v. illa utcumque — emollit transponi iubet *Ribbeck* post honesto inhonestum (§ 6), sed imperfectis praestabat — remouebat sententiam illo ipso imemate comprehensam revocari ideoque intervallo aliquo ab eo apte distare animadvertit *Eug. Albertini* (op. c. p. 192) | altera Q B A q rell.: alta *Erasm.*² vulg. idque defendit *Guil. Gemoll* sed recte revocat *Fichert* horum alterum utcumque cet. ex § 6 || 14 imp- sic Q || 16 instruitur Q q, adstruitur (sed adst in ras.) B cum vulg.: *Quirini* scriptura discordem inter se iuncturam corporum fort. aptius exprimit || 18 ingesta, om. ad Q, ingesta B A: corr. *Gruterus* | imp- sic Q || 19 uacatio Q B A, uacatio q alii ζ

Quidni petam? non quia bona sunt, sed quia secundum natu-
 ram sunt, et quia bono a me iudicio sumentur. Quid erit tunc
 in illis bonum? hoc unum, bene eligi. Nam <cum> uestem qua-
 lem decet, sumo, cum ambulo ut oportet, cum ceno quemad-
 5 modum debeo, non cena aut ambulatio aut uestis bona sunt,
 sed meum in his propositum seruantis in quaque re rationi
 conuenientem modum. Etiamnunc adiciam: mundaе uestis
 electio adpetenda est homini; natura enim homo mundum et
 elegans animal est. Itaque non est bonum per se munda uestis,
 10 sed mundaе uestis electio, quia non in re bonum est, sed in
 electione quali: actiones nostrae honestae sunt, non ipsa quae
 aguntur. Quod de ueste dixi, idem me dicere de corpore existima.
 Nam hoc quoque natura ut quandam uestem animo circumdedit,
 uelamentum eius est. Quis autem umquam uestimenta aesti-
 15 mauit arcula? nec bonum nec malum uagina gladium facit.
 Ergo de corpore quoque idem tibi respondeo: sumpturum qui-
 dem me, si detur electio, et sanitatem et uires, bonum autem
 futurum iudicium de illis meum, non ipsa. « Est quidem » inquit
 14 « sapiens beatus: summum tamen illud bonum non consequitur,
 nisi illi et naturalia instrumenta respondeant. Ita miser quidem
 20 esse, qui uirtutem habet, non potest, beatissimus autem non
 est, qui naturalibus bonis destituitur ut ualitudine, ut mem-

2 bona Q || 3 in illis tunc bonū Q q || 3 elegi Q et pr. B A
 ubi est corr. in eligi, legi q fort. recte | cum om. Q A et pr B,
 cum ante uestem exhibet q et add. m. recentissima in B: nam
 vestem qualem decet cum sumo prop. Buecheler, nam vestem
 quom qualem d. s. Hense || 4 caeno et sic mox caena Q || 6 in his
 Q, in iis B | iniqua quaere Q || 7 Etiamnunc adiciam Q cum
 vell. libb. et vulg.: et iam nunc ad. vel etiam hoc ad. Buecheler,
 « possis etiamnunc aliquid adiciam, sed uide de benef. III 8,2 »
 Hense | uestis Q B, uetus fere A ubi et punct. || 8 mundum
 ex mundus Q q, mundus B A || 10 s. in electione quali Q cum
 B: in electione, quali vel qua vel quia uulgo edd. ante Bueche-
 lerum, in el. quali primus recte iunxit Madvig adv. I p. 104 || 11
 actionis Q || 13 hoc iteratum Q || 14 v. Quis autem — gladium
 facit in suspicionem vocavit Ribbeck, quam seueriorem putat Hense
 coll. Diogene ap. Diog. Laert. VI 65 extr., reicit omnino Eug.
 Albertini (p. 192, adn. 2) || 18 de ipsa (pro non ipsa) Q ||
 21 beatus simus Q

- 15 brorum integritate.» Quod incredibilius uidetur, id concedis, aliquem in maximis et continuis doloribus non esse miserum, esse etiam beatum: quod leuius est, negas, beatissimum esse. Atqui si potest uirtus efficere, ne miser aliquis sit, facilius efficiet, ut beatissimus sit. Minus enim interualli a beato ad beatissimum 5 restat quam a misero ad beatum. An quae res tantum ualet, ut ereptum calamitatibus inter beatos locet, non potest adicere quod superest, ut beatissimum faciat? in summo deficit cliuo?
- 16 Commoda sunt in uita et incommoda, utraque extra nos. Si non
fol. 117^r est miser uir bonus, quamuis omnibus prematur || incommodis, 10 quomodo non est beatissimus, si aliquibus commodis deficitur? Nam quemadmodum incommodorum onere usque ad miserum non deprimitur, sic commodorum inopia non deducitur a beatissimo, sed tam sine commodis beatissimus est, quam non est sub incommodis miser, aut potest illi eripi bonum suum, si 15
- 17 potest minui. Paulo ante dicebam igniculum nihil conferre lumini solis: claritate enim eius quicquid sine illo luceret, absconditur. «Sed quaedam» inquit «soli quoque opstant.» At sol *in* integro est etiam inter opposita, et quamuis aliquid interiacet, quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur. 20 Quotiens inter nubila eluxit, non est sereno minor, ne tardior quidem, quoniam multum interest, utrum aliquid obstet tantum, an impediatur. Eodem modo uirtuti opposita nihil detrahunt:
- 18 non est minor, sed minus fulget. Nobis forsitan non aequae apparet ac nitet, sibi eadem est et more solis obscuri in occulto 25 uim suam exercet. Hoc itaque aduersus uirtutem possunt cala-

1 incredibilius *Q recte*, incredibilibus *pr. B A* || 3 s. Adqui *pr. Q* || 4 aliquid *sed d punct. Q* || 5 abeato *Q cum q* 5, beato, om. a *B A* (beata *pr. B*). *A codicum B A scriptura profectus praepositionis omissionem audacius defendere studet Baehrens (beitr. p. 241) et hic et in aliis huiusmodi enuntiatis ita ut altera praepositio alteri opposita supprimatur: cf. etiam Bourgery (op. c. p. 407 s.)* || 6 Anq; *Q* || 9 inuicta *Q B A*, iuncta *q*, in uita *alii* 5 *vulg.* || 12 utquē *Q cum A et pr. B* || 13 sicommodorum *Q* || 14 quinon *Q* || 18 inquit *Q* | ipsam a sole integra est *Q: vide praef. p. XLIV s.* || 20 cursuo *Q* || 21 quoties *pr. Q* | nubile luxit *Q* || 23 imp- sic *Q*

mitates et damna et iniuriae, quod aduersus solem potest ne-
 bula. Inuenitur, qui dicat sapientem corpore parum prospero 19
 usum nec miserum esse nec beatum. Hic quoque fallitur: exae-
 quat enim fortuita uirtutibus et tantundem tribuit honestis
 5 quantum honestate carentibus. Quid autem foedius, quid in-
 dignius quam comparari ueneranda contemptis? ueneranda
 enim sunt iustitia, pietas, fides, fortitudo, prudentia: e contrario
 uilia sunt, quae saepe contingunt pleniora uilissimis, crus so-
 lidum et lacertus et dentes et horum sanitas firmitasque. Dein- 20
 10 de si sapiens, cui corpus molestum est, nec miser habebitur
 nec beatus, sed <in> medio relinquetur, uita quoque eius nec
 adpetenda erit nec fugienda. Quid autem tam absurdum quam
 sapientis uitam adpetendam non esse? aut quid tam extra fi-
 dem quam esse aliquam uitam nec adpetendam nec fugendam?
 15 Deinde si damna corporis miserum non faciunt, beatum esse
 patiuntur: nam quibus potentia non est in peiorem transfe-
 rendi statum, ne interpellandi quidem optimum. «Frigidum» 21
 inquit «aliquid et calidum nouimus, inter utrumque tepidum
 est: sic aliquis beatus est, aliquis miser, aliquis nec beatus
 20 nec miser.» Volo hanc contra nos positam imaginem excutere.
 Si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum; si plus calidi
 adfudero, fiet nouissime calidum. At huic nec misero nec beato
 quantum||cumque ad miseras adiecero, miser non erit, quemad- fol. 117^v
 22 modum dicitis: ergo imago ista dissimilis est. Deinde trado tibi
 25 hominem nec miserum nec beatum. Huic adicio caecitatem,
 non fit miser; adicio debilitatem, non fit miser; adicio dolores

1 aduersū solem Q | nebulā pr. Q || 5 honestate Q recte,
 honestatem pr. B, honeste A || 7 Eccetrario pr. Q || 8 planiora
 Q et corr. B || 9 et horum] et oculorum prop. Aem. Hermes, et
 ceterorum Buechelev, et nervorum A. I. Kronenberg, et laterum
 Badstuebner: an tororum? || 11 medio Q B A q, in medio pauci
 5 || 13 adpetenda Q || 14 nec adfugiendā Q || 15 dampna Q ||
 16 transiendi Q B A q, transigendi vel transferendi 5: transiendi
 prop. Hense probabiliter. An transserendi? cf. ep. 123, 8 in. ubi
 transeunt B A q vell., transferunt «vetus lectio» Pinc. et vulg.,
 transerunt (scil. transserunt) Hense || 17 nec Q || 22 beato Q recte,
 beato pr. B et, ut videtur, A

- continuos et graues, miser non fit. Quem tam multa mala in miseram uitam non transferunt, ne ex beata quidem educunt.
- 23 Si non potest, ut dicitis, sapiens ex beato in miserum decidere, non potest in non beatum. Quare enim qui illa coepit *labi*, alicubi subsistat? quae res illum non patitur ad imum deuolui, 5 retinet in summo. Quidni non possit beata uita rescindi? ne remitti quidem potest, et ideo uirtus ad illam per se ipsa satis
- 24 est. « Quid ergo? » inquit « sapiens non est beatior, qui diutius uixit, quem nullus auocauit dolor, quam ille, qui cum mala fortuna semper luctatus est? » Responde mihi: numquid et melior est et 10 honestior? si haec non sunt, ne beatior quidem est. Rectius uiuat oportet, ut beatius uiuat: si rectius non potest, ne beatius quidem. Non intenditur uirtus, ergo ne beata quidem uita, quae ex uirtute est. Virtus enim tantum bonum est, ut istas accessiones minutas non sentiat, breuitatem aeuī et dolorem et corporum ua- 15 rias offensiones. Nam uoluptas non est digna, ad quam respiciat.
- 25 Quid est in uirtute praecipuum? futuro non indigere nec dies suos computare: in quantulo libet tempore bona aeterna consummat. Incredibilia nobis haec uidentur et supra humanam naturam excurrentia. Maiestatem enim eius ex nostra inbe- 20 cillitate metimur et uitii nostris nomen uirtutis inponimus. Quid porro? non aequē incredibile uidetur aliquem in summis cruciatibus positum dicere « beatus sum »? Atqui haec uox in ipsa officina uoluptatis audita est. « Beatissimum *hunc* » inquit « et ultimum diem ago » Epicurus, cum illum hinc urinae difficultas 25 torqueret, hinc insanabilis exulcerati dolor uentris. Quare ergo incredibilia ista sint apud eos, qui uirtutem colunt,

4 quiillacoepit Q cum B A q rell., qui labi coepit vulg. ex corr. Mureti: puto supplendum labi inter coepit et alicubi et seruandum illa, scil. ea via, ea ratione, in eam partem ut ex beato decidat in minus beatum || 5 non patitur illum Q et sic edd. usque ad *Ruhkopfium* || 6 in summum pr. Q || 9 aduoca/uit Q || 12 nec beatius quidem Q cum q et aliis s, ne beatus quidem B A || 15 dolorum Q B || 16 est digna om. Q || 18 suos om. Q fort. recte | inquantumlibet Q | consumat Q || 21 metimur Q cum q et aliis s, mentimur B A (ex mentitur B) || 23 atquia haec Q || 24 s. inquitetultimum Q: vide praef. p. XLV || 27 apud et sic mox utrobique Q,

cum apud eos quoque reperiantur, apud quos uoluptas imperauit?
 Hi quoque degeneres et humillimae mentis aiunt in summis
 doloribus, in summis calamitatibus sapientem nec miserum
 futurum nec beatum. Atqui hoc quoque incredibile est, immo
 5 incredibilis: non uideo enim, quomodo in infimum non agatur
 e fastigio suo deiecta uirtus. Aut beatum praestare debet, aut
 si ab hoc depulsa est, non prohibebit fieri miserum. || Stans fol. 118^r
 non potest mitti: aut uincatur oportet aut uincat. « Diis » inquit 27
 « immortalibus solis et uirtus et beata uita contigit, nobis umbra
 10 quaedam illorum bonorum et similitudo: accedimus ad illa,
 non peruenimus. » Ratio uero diis hominibusque communis est:
 haec in illis consummata est, in nobis consummabilis. Sed ad 28
 desperationem nos uitia nostra perducunt. Nam ille alter se-
 cundus est ut aliquis parum constans ad custodienda optima,
 15 cuius iudicium labat etiam nunc et incertum est. Desideret ocu-
 lorum atque aurium sensum, bonam ualitudinem et non fo-
 dum aspectum corporis et habitu manente suo aetatis praeterea
 longius spatium. Per hanc potest non paenitenda agi uita, at 29
 imperfecto uiro huic malitiae uis quaedam inest, quia animum
 20 habet mobilem ad praua, illa *alte haerens* malitia et ea agitata

apud Buecheler Roszbach Hense plane ex B A || 1 cum Q A,
 quom Buecheler Hense ex B ubi quã/cũ sed quam exp. et cum
 versui praepositum | reperiantur Q cum q et vell. ζ, aperiantur B
 A | uoluptas <semper> imperauit Aem. Hermes || 2 degeneres Q
 recte, generes pr. B, denegeres A || 4 Atq; Q || 5 infirmum Q, non
 infirmum B A : non in infimum vulg., non in imum Buecheler Hense:
 praefero in infimum non ut exhibent cod. Rehdig. I et inter varias
 lectiones q || 8 Diis sic Q || 10 quadam Q || 11 diis sic Q || 13 uina
 Q, A et, ut uidetur, B || 15 desiderat praeferit Madvig cum edd. supe-
 rioribus inde ab Erasmo* || 16 altitudinem Q idque fort. tolerabile
 est, scil. incrementum corporis per alimenta acquisitum || 17 habitu
 pr. Q, habitũ corr. m. rec. perperam | manent pr. Q muta-
 tum in manente m. rec., manentem « *vetus lectio* » Pinc. et vulg. :
 an habitu manentis suo ? || 18 spac- Q | Per hanc | Fer hunc :
 potest con. Gronovius, Opera potest Madvig | agitauit Q B A,
 agitare. ut q cum plerisque ζ et edd. vet. : agi uita, at Buecheler
 Hense || 19 utro Q A, uiro B || 20 immobilem Q | illa agitans (ns
 lineola subter notatum) malitia et ea agitata Q cum B A sed aita-
 rens in B A : vide praef. *ibid.*

abest [de bono]. Non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur :
 cuicumque autem deest aliquid ad bonum, malus est.
 30 Sed « si cui uirtus animusque in corpore praesens », hic deos
 aequat, illo tendit originis suae memor. Nemo improbe eo
 conatur ascendere, unde descenderat. Quid est autem cur non 5
 existimes in eo diuini aliquid existere, qui dei pars est? totum
 hoc, quo continemur, et unum est et deus: et socii sumus eius
 et membra. Capax est noster animus, perfertur illo, si uitia
 non deprimant. Quemadmodum corporum nostrorum habitus
 erigitur et spectat in caelum, ita animus, cui in quantum uult 10
 licet porrigi, in hoc a natura rerum formatus est, ut paria diis
 uellet: et si utatur suis uiribus ac se in spatium suum exten-
 31 dat, non aliena uia ad summa nititur. Magnus erat labor ire
 in caelum: redit. Cum hoc iter nactus est, uadit audaciter con-
 temptor omnium nec ad pecuniam respicit aurumque et argen- 15
 tum illis, in quibus iacere, tenebris dignissima non ab hoc
 aestimat splendore, quo imperitorum uerberant oculos, sed
 a uetere caeno, ex quo illa secreuit cupiditas nostra et effodit.
 Scit, inquam, aliubi positas esse diuitias quam quo congerun-
 32 tur: animum impleri debere, non arcam. Hunc inponere dominio 20
 rerum omnium licet, hunc in possessionem rerum naturae
 inducere, ut sua orientis occidentisque terminis finiat deorum-

1 Debono *ceteris intextum* Q A q (debono A q), in marg. B
manu alia adiectum versui qui desinit in abest || 2 autem de/est
 Q, aũ deest A, aũest pr. B || 4 impr- sic Q || 6 aliquid Q ||
 7 continemur ex continetur Q | unus (pro eius) Q sed v. unus
 et membra — animus videntur *ceteris intexta manu prope eadem*
in spatio vacuo: an huius? || 10 v. Ita ani]mus cui in quantum uult
 licet por[r]igi in rasura Q || 11 a om. Q | diis sic Q || 12 ante et
 si *distinguit puncto prima m. Q et sic recenter Buecheler Hense*
 | spac- Q || 13 uita Q B A, ui q alii 5: corr. Schweighaeuser ||
 16 s. adhoc aestimat. Splendorem Q cum B A, ad hunc aestimat
 splendorem *vett. edd. ex Gruteri coniec.*: ab hoc aest. splendore corr.
Rubenius || 17 quoc; Q | imperitor Q cum B A (inp- A, imperior
 B), imperitorum *cod. Velz. et vulg.* || 18 auertero caelo Q B A:
 a uetere caeno (vel potius a veteri coeno) *Rubenius* | offendit pr.
 Q || 22 fiat Q B A q (in q et compluribus aliis 5 *praecedentia sic*
leguntur ut suarum possessionum orientis occidentisque terminus),
 finiat *Schweighaeuser ex tertio mss. Argentoratensium quibus usus est*

que ritu cuncta possideat, cum opibus suis diuites superne
 despiciat, quorum nemo tam suo laetus est quam || tristis fol. 118v
 alieno. Cum se in hanc sublimitatem tulit, corporis quoque ut 33
 oneris necessarii non amator, sed procurator est nec se illi, cui
 5 impositus est, subicit. Nemo liber est, qui corpori seruit: nam
 ut alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo inuenit, trans-
 34 eas, ipsius morosum imperium delicatumque est. Ab hoc modo
 aequo animo exit, modo magno prosilit, nec quis deinde re-
 licti eius futurus sit exitus quaerit. Sed ut ex barba capilloque
 10 tonsa neglegimus, ita ille diuinus animus egressurus hominem, quo
 receptaculum suum conferatur, ignis illud exedat et excludat an
 terra contegat an ferae distrahant, non magis ad se iudica t perti-
 nere quam secundas ad editum infantem. Vtrum proiectum aues
 differant, an consumatur « canibus data praeda marinis », quid
 15 ad illum, qui nullus est? Sed tunc quoque, cum inter homines est, 35
 non timet ullas post mortem minas eorum, quibus usque ad
 mortem timeri parum est. Non conterret, inquit, me nec uncus
 nec proiecti ad contumeliam cadaueris laceratio foeda uisuris.

1 possideant Q B A, possideat q alii 5: possideat, ut Buecheler
 | diuites ex diuitis m. rec. Q || 3 uel Q B A q, uelut in B recentissima
 m. factum idque recepit vulg.: ut Buecheler Hense quos sequor cum uel
 ex ut male interpretato facile oriri potuerit || 4 armatos (pro amator)
 Q | sineilli (pro se illi) Q || 5 imp- sic Q | Nam in alios Q ||
 6 solitudo Q, solitudo pr. A || 7 morbosum Q B A sed in A b vide-
 tur corr. ex o || 8 Nequis Q cum A | relictis Q B A, reliquis q,
 reliquiis vulg. || 9 s. capillos detonsa Q A, ex capillosque tonsa
 B, capillos detonsos vulg.: capilloque detonsa Madvig, capillo-
 que tonsa Buecheler Hense || 10 quod Q || 11 excludat Q B A q,
 exurat nonnulli 5 vulg.: exedat Buecheler Hense¹, ex(urat an
 lapis in)cludat an terra O. Rossbach coll. rem. fortuit. 5,4 sed
 quattuor commata sic continuata orationem praegravare videntur.
 Puto scriptum fuisse exedat et excludat (scil. exedens omnino
 removeat, tollat) et librarii oculum ab altero ex ad alterum deer-
 rasse || 12 non magis Q recte, ex an magis B, non (altera n ex
 corr.) animagis A | iudicant sed n punct. Q || 14 consum/matur Q
 | praeda Latinis Verg. Aen. IX 485 || 15 qui nullus sed tunc Q
 B A: qui nullus est? Tunc Madvig, qui nullus est? sed tunc
 Hense | est timet ullas Q A, ex estimet u. B. est nullas minas
 timet. ullasne timebit q alii 5 cum vulg. (praecedente qui pro sed):
 est, timet nullas L. de Ian; est, non timet ullas Buecheler Hense
 || 17 conterret Q | inquit Q

Neminem de supremo officio rogo, nulli reliquias meas commendo. Ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit: quem saeuitia proiecerit, dies condet. Diserte Maecenas ait: «nec tumulum curo: sepelit natura relictos.» Alte cinctum putes dixisse: habuit enim ingenium et grande et uirile, nisi illud 5 secundis <dis>cinxisset. VALE.

L. ANNAEI SENECAE LIBER XIII EXPLICIT.

1 suppremo Q B (pre *compend.* Q) || 2 esset Q B A, sit q et *cod. Guelferb.* - *Guđ.* 10 sed hic scriptum super *versum*: exeat *coni. olim Buecheler*, extet *Leo et Windhaus* | prospicit Q B A q, *prospexit vulg.*: *prospecxit Buecheler Hense* || 3 sępe uitia (pro saeuitia) Q | proiecerit *pr. Q sed lineolam addidit supra i posteriorem m. rec.* | comedit Q, condit *ex comdit radendo B*, condet q 5 | Diserte Q || 6 secundis cinxisset Q B A (cinx- B A), secundis *discinxisset cod. Vatic.-Rom. 2205 idque probant Fickeri Rossbach et Hense*²: secundis rebus *discinxisset Buecheler Hense*¹, *secunda discinxissent Castiglioni sicut coniecerat Gruterus et in suam editionem receperat Haase*

INCIPIT LIBER XV.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

In epistula, qua de morte Metronactis philosophi quere- 1 Ep. XCIII
 baris, tamquam et potuisset diutius uiuere et debuisset, aequi-
 5 tatem *illam* desideravi, quae tibi in omni persona, in omni ne-
 gotio superest, in una re deest, in qua omnibus. Multos inueni
 aequos aduersus homines, aduersus deos neminem. Obiurgamus
 cotidie fatum: « quare ille in medio cursu raptus est? quare ille
 non rapitur? quare senectutem et sibi et aliis grauem extendit? »
 10 Vtrum, obsecro te, aequius iudicas te naturae an tibi parere natu- 2
 ram? quid autem interest, quam cito exeas, unde utique exeun-
 dum est? Non ut diu uiuamus curandum est, sed ut satis: nam ut
 diu uiuas, fato opus est, ut satis, animo. Longa est uita, si plena
 est: impletur autem, cum animus sibi bonum suum reddidit et ad
 15 se potestatem sui transtulit. Quid illum octoginta anni iuuant 3
 per inertiam exacti? non uixit iste, sed in uita moratus est,
 nec sero mortuus est, sed diu. Octoginta annis uixit. Interest,
 mortem eius ex quo die || numeres. At ille obiit uiridis. Sed 4
 officia boni ciuis, boni amici, boni filii executus est: in nulla 4
 20 parte cessauit. Licet aetas eius imperfecta sit, uita perfecta est. fol. 119^r
 Octoginta annis uixit. Immo octoginta annis fuit, nisi forte sic

1 Librorum indicium idem in Q B A (L. Q) || 3 ep̄la Q || 5
 utam Q, tuam *rell. mss. edd.*: puto Senecam scripsisse illam, quo-
 niam tuam propter seq. tibi supervacaneum videtur || 6 in quo Q
 || 12 s. non ut diu Q || 14 sibonum Q A (si punct. Q) || 16 inerc- Q
 || 19 secutus est Q || 21 Octaginta Q: v. Octoginta — arbores ui-
 uere ante At ille obiit *traiecit Haase; post sed diu potius trans-*
ponenda putat Eug. Albertini (op. c. p. 192 s.) | Ni forte Q
fort. recte, cf. Quinti. I. O. XI 2,27 ni forte tam numerosus (scil.
locus) ut cet.

- uixisse eum dicis, quomodo dicuntur arbores uiuere. Obsecro te, Lucili, hoc agamus, ut quemadmodum pretiosa rerum sic uita nostra non multum pateat, sed multum pendeat. Actu illam metiamur, non tempore. Vis scire, quid inter hunc intersit uegetum contemptoremque fortunae functum omnibus uitae humanae stipendiis atque in summum bonum eius euectum, et illum, cui multi anni transmissi sunt? alter post mortem quoque est, alter ante mortem perit. Laudemus itaque et in numero felicitium reponamus eum, cui quantulumcumque temporis contigit, bene conlocatum est. Vidit enim ueram lucem, non fuit unus e multis: et uixit et uiguit. Aliquando sereno usus est, aliquando, ut solet, ualidi sideris fulgor per nubila emicuit. Quid quaeris quamdiu uixerit? uiuit: ad posteros usque transiuit et se in memoriam dedit.
- 6 Nec ideo mihi plures annos accedere recusauerim; nihil tamen mihi ad beatam uitam defuisse dicam, si spatium eius inciditur. Non enim ad eum diem me aptaui, quem ultimum mihi spes auida promiserat, sed nullum non tamquam ultimum aspexi. Quid me interrogas, quando natus sim, an inter iuniores adhuc censear? habeo meum.
- 7 Quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus, sic et in minore temporis modo potest uita esse perfecta. Aetas inter externa est. Quamdiu sim, alienum est: quamdiu ero, ut sim, meum est. Hoc a me exige, ne uelut per

2 ꝑciosa Q || 3 pendeat Q B A q, pendat vulg. sed Hense confert ep. 66,30 ubi eadem occurrit consonantia: proverbialem aut poetae scaenici formulam subesse putat Buecheler || 4 qui pr. Q || 5 contemptorumq; Q || 8 perit Q B A: clausulae ratione commendatur || 13 fulgur Q | nubila emicuit Q, nubilaemicuit B, nubilemicuit A | uixerit ex uixeris Q || 14 uixit Q A, uiuit pr. B idque recepit Hense Windhausium secutus | transiuit Q B, transiliuit A || 15 nec ideo, inquit (scil. sapiens cuius vita in praeced. temate describitur), mihi prop. Ioannes Mueller | accendere sed n punct. Q || 16 spac- Q || 19 aspexit Q || 21 minore pr. Q, minorē perperam m. rec. | habitum Q | esse om. Q || 24 uero ut Q B A, uero uir bonus q, uero ut uir bonus uel uir bonus uel uero sum, ut uir bonus uel uero uir edd. veti. usque ad Haasium: uere ut, om. quamdiu prop. Madvig; ero, ut Buecheler Hense. An quamdiu ero, uere ut sim? | exie Q

tenebras aeuum ignobile emetiar, ut agam uitam, non ut
 praeteruehar. Quaeris quod sit amplissimum uitae spatium? 8
 usque ad sapientiam uiuere. Qui ad illam peruenit, attigit
 non longissimum finem, sed maximum. Ille uero glorietur
 5 audacter et diis agat gratias interque eos sibi, et rerum na-
 turae inputet, quod fuit. Merito enim inputabit: meliorem
 illi uitam reddidit quam accepit. Exemplar boni uiri posuit,
 qualis quantusque esset ostendit: si quid adiecisset, fuisset
 simile praeterito. Et tamen quo usque uiuimus? omnium re- 9
 10 rum cognitione frui sumus. Scimus a quibus principiis na-
 tura se attollat, quemadmodum ordinet mundum, per quas
 annum uices reuocet, quemadmodum omnia, quae usquam
 erant, cluserit et se ipsam finem sui fecerit. Scimus sidera
 impetu suo uadere, praeter terram nihil stare, cetera continua
 15 uelocitate decurrere. Scimus quemadmodum solem luna ||
 praetereat, quare tardior uelociorem post se relinquat, quo- fol. 119^v
 modo lumen accipiat aut perdat, quae causa inducat noctem,
 quae reducat diem: illuc eundum est, ubi ista propius aspicias.
 Nec hac spe, inquit sapiens ille, fortius exeo, quod patere 10
 20 mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti et iam
 inter illos fui animumque illo meum misi et ad me illi suum
 miserant. Sed tolli me de medio puta et post mortem nihil
 ex homine restare: aequae magnum animum habeo, etiam si
 nusquam transiturus excedo. Non tam multis uixit annis quam 11
 25 potuit. Et paucorum uersuum liber est et quidem laudandus
 atque utilis: annales Tanusii scis quam ponderosi sint et quid

1 ut non (pro non ut) Q cum nonnullis ζ. An et non? cf. Draeger² II p. 7 s. || 2 pre/teruear Q | spac- Q || 5 diis sic Q | interque deos prop. Castiglioni || 7 boni pr. Q mutatum in bono m. rec. || 9 similem pr. Q | uiuimus? recte sic distinxisse edd. a Mureto ad Schweighaeuserum monuit Madvig adv. I p. 105 et interrogandi signum restituerunt Buecheler et Hense || 10 fructi Q et pr. B, fructi B corr. et A | principalis Q B A vell.: corr. Lipsius || 11 attoll- sic Q B || 17 inreducat Q sed in punct. m. rec. deterius || 19 in- quid Q || 21 illi ex illum radendo Q || 24 Nam tam Q || 25 inter potuit et et paucorum uersuum genitivum nominis proprii, ut Catulli, intercidisse putat Rossbach || 26 Annales tanusii Q recte,

uocentur. Hoc est uita quorundam longa, et quod Tanusii
 12 sequitur annales. Numquid feliciorem iudicas eum, qui sum-
 mo die muneris, quam eum, qui medio occiditur? numquid
 aliquem tam stulte cupidum esse uitae putas, ut iugulari in
 spoliario quam in harena malit? non maiore spatio alter al- 5
 terum praecedimus. Mors per omnes it: qui occidit, conse-
 quitur occisum. Minimum est, de quo sollicitissime agitur.
 Quid autem ad rem pertinet, quam diu uites, quod euitare
 non possis? VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

10

Ep. XCIII 1 **E**am partem philosophiae, quae dat propria cuique personae
 praecepta nec in uniuersum componit hominem, sed marito
 suadet quomodo se gerat aduersus uxorem, patri quomodo
 educet liberos, domino quomodo seruos regat, quidam solam
 receperunt, ceteras quasi extra utilitatem nostram uagantes reli- 15
 querunt, tamquam quis posset de parte suadere nisi qui summam
 2 prius totius uitae complexus esset. Ariston Stoicus contrario hanc
 partem leuem existimat ut quae non descendat in pectus
 usque, anilia habentem praecepta: plurimum ait proficere ipsa
 decreta philosophiae constitutionemque summi boni; quam 20
 qui bene intellexit ac didicit, quid in quaque re faciendum

*ex annale est anusii B, anale est anusii A | nondedero si Q, non-
 derosi pr. A, non derosi B || 1 quorund- sic Q || 4 utgulari pr. Q
 || 5 spacio ex spacium m. rec. Q || 6 om̄s Q || 8 autem om. Q fort. recte
 || 11 parte pr. Q || 12 nec om. Q | cōponit Q || 16 sua/dere pr. Q
 mutatum in sua dicere m. rec. perperam || 17 complexus est. Sed
 ariston Q cum vell. mss. et edd.: complexus esset. Ariston prop.
 Klammer, qua emendatione et orationis constructio rector fit (cf. ep. 87,40
 in. ubi significaretur Q exhibet) et supervacaneum sed tollitur |
 Ariston Chius Madvig adv. I p. 39 | contrario Q B A, e contrario
 q ed. Ven. a. 1492 f. XXXXII^v et vulg. idque rectum videtur
 Hensio qui tamen confert nat. quaest. VI 13,4 ubi contrario omnes
 codd. habere testatur G. Mueller: cf. etiam de clem. I 31,4 ubi e om.
 L || 18 et quae omnes mss. et edd.: vide praef. ibid. || 19 anilla
 Q: vide praef. ibid. | perficere Q fort. non inepte || 20 constitio-
 nemq; Q*

sit sibi ipse praecipit. Quemadmodum qui iaculari discit, 3
 destinatum locum captat et manum format ad derigenda
 quae mittit, cum hanc uim ex disciplina et exercitatione
 percepit, quocumque uult illa utitur — didicit enim non
 5 hoc aut illud ferire, sed quodcumque uoluerit — : sic qui se
 ad totam uitam instruxit, non desiderat particulatim admo-
 neri, doctus in totum, non enim quomodo cum uxore aut
 cum filio uiueret, sed quomodo bene uiueret: in hoc est et
 quomodo cum uxore ac liberis uiuat. Cleanthes utilem qui- 4
 10 dem iudicat || et hanc partem, sed inbecillam nisi ab uniuerso fol. 120^r
 fluit, nisi decreta ipsa philosophiae et capita cognouit. In
 duas ergo quaestiones locus iste diuiditur: utrum utilis an inuti-
 lis sit, et an solus uirum bonum possit efficere, id est utrum
 superuacuus sit an omnes faciat superuacuos. Qui hanc par- 5
 15 tem uideri uolunt superuacuam, hoc aiunt: si quid oculis op-
 positum moratur aciem, remouendum est. Illo quidem obiecto
 operam perdit qui praecipit: sic ambulabis, illo manum por-
 riges. Eodem modo ubi aliqua res obcaecat animum et ad
 officiorum dispiciendum ordinem impedit, nihil agit qui prae-
 20 cipit: sic uiues cum patre, sic cum uxore. Nihil enim proficient
 praecepta, quamdiu menti error obfusus est: si ille discutitur,
 apparebit, quid cuique debeatur officio. Alioqui doces,

I p̄cepit Q cum B A q, praecipit cod. Palat. tertius Gruteri
 idque praeferunt recentiores edd. Madvigium secuti recte, quoniam
 praecepit ex praeced. intellexit ac didicit ortum uidetur || 2 dir-
 Q B A || 3 mittit Q rell. mss. et vulg.: mittet Hense^a | hunc Q |
 excitatione Q || 4 precepit Q || 5 ferire ex fieri m. rec. Q || 6 admonere
 Q || 7 enim exp. Erasm.^a non inepte quidem, quamuis doctus est,
 didicit sim. subaudire non durius videatur, ita ut enim italice cioè
 verti possit: an post seq. in hoc transferendum sit unde fiat in hoc
 enim est, dubitat Castiglioni || 8 s. v. in hoc - uiuat ab interpolatore
 potius inculcata quam a Seneca ipso projecta putat Rossbach ||
 13 s. utrum superuacuus sit an non, et an omnes prop. Gertz |
 om̄s Q, omnis pr. B || 15 supuacua Q | oppositū pr. Q mutatum
 in oppositā m. rec. perperam || 16 abiecto Q, obiecto B A q,
 non abiecto nonnulli 5 || 17 perdidit Q B A q vulg., perdit
 nonnulli 5 Hense Buechelerum et Windhausium secutus | p̄cipit Q
 cum B et sic mox || 18 obcecat Q A, ex occ- B || 21 obfusus Q
 A, ex off- B || 22 utiq; (pro cuique) Q

- 6 illi quid sano faciendum sit, non efficias sanum .Pauperi ut agat
diuitem monstras: hoc quomodo manente paupertate fieri pot-
est? Ostendis esurienti quid tamquam satur faciat: fixam
potius medullis famem detrahe. Idem tibi de omnibus uitis dico:
ipsa remouenda sunt, non praecipendum quod fieri illis ma- 5
nentibus non potest. Nisi opiniones falsas, quibus labora-
mus, expuleris, nec auarus, quomodo pecunia utendum sit,
7 exaudiet, nec timidus, quomodo periculosa contemnat. Effi-
cias oportet, ut sciat pecuniam nec bonum nec malum esse;
ostendas illi miserrimos diuites: efficias, ut quicquid publice 10
expauimus, sciat non esse tam timendum quam fama circum-
fert, nec dolorem quemquam nec mori saeuum. In morte, quam
pati lex est, magnum esse solacium, quod ad neminem redit:
in dolore pro remedio futuram obstinationem animi, qui le-
uius sibi facit, quicquid contumaciter passus est. Optimam 15
doloris esse naturam, quod non potest nec qui extenditur
magnus esse nec qui est magnus extendi: omnia fortiter ex-
8 cipienda, quae nobis mundi necessitas imperat. His decretis
cum illum in conspectum suae condicionis adduxeris et co-
gnouerit beatam esse uitam non quae secundum uoluptatem 20
est, sed secundum naturam, cum uirtutem unicum bonum ho-
minis adamauerit, turpitudinem solum malum fugerit, reli-
qua omnia, diuitias, honores, bonam ualitudinem, uires, im-
peria, scierit esse mediam partem nec bonis adnumerandam
nec malis, monitorem non desiderabit ad singula, qui dicat: 25
sic incede, sic cena: hoc uiro hoc feminae, hoc marito hoc cae-
9 libi conuenit. Ista enim qui diligentissime monent, ipsi facere

1 illo Q B A, illum q π cod. Rehdig. I m. sec. et vulg.,
aegrum cod. Palat. quartus Gruteri idque recepit Hauck: illud quod
nonnulli vet. edd., pronomen illum suspectum est Fickerto: puto fuisse
illi (scil. animo) et distingo post doces || 8 contēpnat Q || 9 pecunia Q
|| 11 quā pr. Q mutatum in quē m. rec. perperam || 12 dolere ex
dolore Q B, dolore A | quēquā Q cum B A plerisque ζ: vide
praef. p. XLV s. | indolore (pro in morte) Q || 13 solat-Q || 15 facit
sibi Q et sic vet. edd. || 19 condit-Q | adduxeris ex addix-Q
|| 20 uoluntatē Q cum B A q, uoluptatem ζ || 25 desiderauit Q
B A, desiderabit q alii ζ || 27 conuenit Q | Ita Q | ipsa Q

non possunt. Haec paedagogus puero, haec auia nepoti praecipit, et irascendum non esse magister iracundissimus disputat. || Si ludum litterarium intraueris, scies ista, quae ingenti fol. 120^v
 supercilio philosophi iactant, in puerili esse praescripto. Vtrum 10
 manifesta deinde an dubia praecipies? non desiderant manifesta monitorem, praecipienti dubia non creditur: superuacuum est ergo praecipere. Id adeo sic disce. Si id mones, quod obscurum est et ambiguum, probationibus adiuuandum erit: si probaturus es, illa per quae probas plus ualent satisque per se 10
 sunt. Sic amico utere, sic ciue, sic socio. Quare? quia iustum 11
 est. Omnia ista mihi de iustitia locus tradit. Illic inuenio aequitatem per se expetendam, nec metu nos ad illam cogi nec mercede conduci, non esse iustum, cui quicquam in hac uirtute placet praeter ipsam. Hoc cum persuasi mihi et perbibi, 15
 quid ista praecepta proficiunt, quae eruditum docent? praecepta dare scienti superuacuum est, nescienti parum. Audire enim debet non tantum, quid sibi praecipiat, sed etiam quare. Vtrum, inquam, ueras opiniones habenti de bonis 12
 malisque sunt necessaria an non habenti? Qui non habet, nihil a te adiuuabitur, aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit: qui habet exactum iudicium de fugiendis petendisque, scit, <quid> sibi faciendum sit, etiam te tacente. Tota ergo pars ista philosophiae summoueri potest. Duo sunt, propter quae delinquimus: aut inest animo pra- 13
 uis opinionibus malitia contracta aut, etiam si non est falsis 25

2 etsi (pro esse) Q et pr. B ubi esse scriptum supra et si ||
 3 scies ista om. Q || 4 supercilios sed s extr. punct. Q || 5 manifesta deinde Q q complures 5, manifesta demum vel deinde vulgo edd. usque ad Ruhkopfium, deinde m. posteriores edd.: Senecae in deliciis esse duarum aut plurium uocum nexum aliud quiddam inserendo interrumpere constat || 6 p̄cipiendi Q || 7 adeos Q | disci Q || 8 probationibus om. Q || 9 illa om. Q || 11 locutus Q || 12 prose Q || 13 n esse Q | quicq- sic Q A corr. B || 14 perhibi Q B A, perbibi 5 et vulgo edd. inde ab Erasmo³ || 21 quoniam habet Q: an qui uero habet? || 22 scit Q B A, scit quid q alii 5 | scit Q A B (ex sit B) π cod. Harlei. 2659 alii 5, sit quid non q alii 5: scit quid s. f. sit, scit etiam prop. Hense praeunte Windhausio qui tamen om. prius scit || 23 summoueri ex summouere Q || 24 prop̄tq; pr. Q

occupatus, ad falsa procliuis est et cito specie quo non oportet trahente corrumpitur. Itaque debemus aut percurare mentem aegram et uitii liberare, aut uacantem quidem, sed ad peiora pronam praeoccupare. Vtrumque decreta philosophiae
 14 faciunt: ergo tale praecipendi genus nil agit. Praeterea si
 praepcepta singulis damus, inconprehensibile opus est: alia enim dare debemus faeneranti, alia colenti agrum, alia negotianti, alia regum amicitias sequenti, alia pares, alia inferiores
 15 amatur. In matrimonio praecipies, quomodo uiuat cum uxore aliquis, quam uirginem duxit, quomodo cum ea, quae alicuius ante matrimonium experta est, quemadmodum cum locuplete, quemadmodum cum indotata. An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem et fecundam, inter prouetiorem et puellam, inter matrem et nouercam? Omnes species complecti non possumus: atqui singulae propria exigunt, leges
 16 autem philosophiae breues sunt et omnia alligant. Adice nunc, quod sapientiae praepcepta finita debent esse et certa: si qua finiri non possunt, extra sapientiam sunt: sapientia rerum terminos nouit. Ergo ista praepceptiua pars submouenda est, quia quod paucis promittit, praestare omnibus non potest,
 17 sapientia autem omnes tenet. Inter insaniam publicam || et
 fol. 121^r hanc, quae medicis traditur, nihil interest nisi quod haec morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex ualitudine, altera animi mala ualitudo est. Si quis furioso praepcepta det, quomodo loqui debeat, quomodo pro-
 25 cedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in priuato, erit ipso, quem monebit, insanior; ei bilis nigra curanda est

1 quod Q B A || 3 uagantē Q cum B A, uacantem q alii 5
 || 4 philosophia pr. Q || 5 praecipendi ex picip. m. rec. Q || 9 praecipias
 Q et sic edd. usque ad Haasium exc. Schweighaeusero || 11 s. locupletē (pro cum locuplete) Q || 12 cum indotā Q | annum Q || 14 omēs Q,
 omnis corr. in omnes B | specie completi Q || 17 debet pr. Q || 19 subm- sic Q || 21 omēs Q A | publicam] finitur fol. 120^v, initio
 folii 121^r omissum et hanc || 25 furiosum pr. Q || 27 in ipso Q sed in
 transf. m. rec. | Si. bilis Q cum q et compluribus 5, sibilis B A sed
 prior s e corr. in B, sed bilis cod. Ottob.-Rom. 1579 idque recepit Hauck,
 scilicet bilis Gruterus, ei bilis A. I. Kronenberg quem sequor

et ipsa furoris causa remouenda. Idem in hoc alio animi fu-
 rore faciendum est; ipse discuti debet: alioqui abibunt in ua-
 num monentium uerba. Haec ab Aristone dicuntur: cui respon- 18
 debimus ad singula. Primum aduersus illud, quod ait, si
 5 quid obstat oculo et impedit uisum, debere remoueri, fateor
 huic non opus esse praeceptis ad uidendum, sed remedio, quo
 purgetur acies et officientem sibi moram effugiat. Natura
 enim uidemus, cui usum sui reddit qui remouet obstantia:
 quid autem cuique debeatur officio, natura non docet. Deinde 19
 10 cuius curata suffusio est, is non protinus cum uisum recepit,
 aliis quoque potest reddere: malitia liberatus et liberat. Non
 opus est exhortatione, ne consilio quidem, ut colorum pro-
 prietates oculus intellegat, a nigro album etiam nullo monente
 distinguet: multis contra praeceptis eget animus, ut uideat,
 15 quid agendum sit in uita. Quamquam oculis quoque aegros
 medicus non tantum curat sed etiam monet. Non est, in- 20
 quit, quod protinus inbecillam aciem committas inprobo lu-
 mini: a tenebris primum ad umbrosa procede, deinde plus
 aude et paulatim claram lucem pati adsuesce. Non est quod
 20 post cibum studeas, non est quod plenis oculis ac tumentibus
 imperes: adflatum et uim frigoris in os occurrentis euita: alia
 eiusmodi, quae non minus quam medicamenta proficiunt.
 Adicit remediis medicina consilium. «Error» inquit» est causa 21
 peccandi: hunc nobis praecepta non detrahunt nec expugnant
 25 opiniones de bonis ac malis falsas.» Concedo per se efficacia
 praecepta non esse ad euertendam prauam animi persuasio-

2 ipsi Q | Alioquin Q || 4 agit Q | siquit ex sicut Q || 5 debere-
 moueri Q || 6 non opus esse Q et, ut videtur, A idque recipio cum
 Fickerto, qui nihil adnotat, et Haasio: cf. seq. § non opus est | om. prae-
 ceptis Q || 8 uitemus Q | remouit Q B A, remouit q sed e supra
 i ead. m., remouit aut remouet edd. || 9 debeatur pr. Q, debeatur
 m. rec. perperam | officia Q | nos Q A, ex non B; an nos non ?
 || 10 his Q || 11 liberatas Q || 12 exhortatione om. Q | et (pro ut)
 Q || 13 oculos intelligat Q | albo Q || 14 anim' ex animos m. rec. Q
 || 16 inquit Q || 18 adtenebris sed d punct. Q | procedet sed t punct. Q
 || 19 audi Q || 21 impleres Q | etflatum Q, at flatum B A sed ad
 pr. B || 23 inquit Q || 24 non expugnant Q et vulgo edd. usque ad
 Ruhkopfium || 25 concede Q

nem: sed non ideo aliis quidem adiecta *non* proficiunt. Primum memoriam renouant: deinde quae in uniuerso confusius uidebantur, in partes diuisa diligentius considerantur. An *non* isto modo licet et consolationes dicas superuacuas et exhortationes? atqui non sunt superuacuae, ergo ne monitiones
 22 quidem. «Stultum est» inquit «praecipere aegro, quid facere tamquam sanus debeat, cum restituenda sanitas sit, sine qua irrita sunt praecepta.» Quid, quod habent aegri quaedam sa-
 fol. 121^v nique communia, de quibus || admonendi sunt? tamquam ne auide cibos appetant, ut lassitudinem uitent. Habent quaedam 10
 23 praecepta communia pauper et diues. «Sana» inquit «auaritiam, et nihil habebis quod admoneas aut pauperem aut diuitem, si cupiditas utriusque consedit.» Quid, quod aliud est non concupiscere pecuniam, aliud uti pecunia scire? cuius auari modum ignorant, etiam non auari usum. «Tolle» inquit «er- 15
 rores: superuacua praecepta sunt.» Falsum est. Puta enim auaritiam relaxatam, puta adstrictam esse luxuriam, temeritati frenos iniectos, ignauiae subditum calcar: etiam remotis uitiiis quid et quemadmodum debeamus facere, discendum
 24 est. «Nihil» inquit «efficient monitiones admotae grauibus ui- 20

I non ideo aliis *Q* *rell.*: non i. ne aliis *Erasm.*² *vulg.*, non i. non aliis *Haase*, non ideo nihil ne aliis *Buecheler Hense*. *Malo integram librorum scripturam tueri cum Fickerto, sed hic interrogative distinguit post proficiunt, probabilius vero ante hoc uerbum non addunt codd. Vatic.- Rom. 2202 et 2208 et cod. Ottob.- Rom. 1670 teste Fickerto || 3 s. aninisto Q, aut inisto B A, aut etiam isto q alii ç, aut tu isto codd. Schweighauseri et vulg.: aut isto Buecheler et Hense, et praepositionis in additamenta ex librorum arbitrio probabiliter manantia cum in reliquis Senecae scriptis tum praecipue in epp. haud raro codd. exhibere animadverit A. Bourgeri (op. c. p. 386 adn. 1). Quiriniani scriptura anin corrupta ex aññ, scil. annon apparet, et interrogative distingo post exhortationes: cf. § 15 an non putas cet. || 4 exort- Q || 8 irr- sic Q || 9 admon- sic Q || 10 aut decibus Q A sed in Q m. rec. corr. t in i, in A auide superscr., aut cibos pr. B | app- sic Q || 11 sani pr. Q, sana corr. m. rec. idque exhibent q (Sanna q) et alii ç, saniat B A || 12 paup pr. Q || 13 si pr. om. B idque tollendum putat Fickert quem sequitur Haase || | considet Q B A vulg.: consedit aut consederit mauult Schweighauser, prius recipit Hense² | quicquid (pro quid, quod) Q || 17 s. temeritatis sed s punct. Q || 20 molitiones Q*

tiis.» Ne medicina quidem morbos insanabiles uincit, tamen
 adhibetur aliis in remedium, aliis in leuamentum. Ne ipsa qui-
 dem uniuersae philosophiae uis, licet totas in hoc uires suas
 aduocet, duram iam et ueterem animis extrahet pestem: sed
 5 non ideo nihil sanat, quia non omnia. «Quid prodest» inquit 25
 «aperta monstrare?» Plurimum: interdum enim scimus nec
 adtendimus. Non docet admonitio, sed aduertit, sed excitat,
 sed memoriam continet nec patitur elabi. Pleraque ante oculos
 10 posita transimus: admonere genus adhortandi est. Saepe ani-
 mus etiam aperta dissimulat; ingerenda est itaque illi notitia
 rerum notissimarum. Illa hoc loco in Vatinius Calui repetenda
 sententia est: «factum esse ambitum scitis, et hoc uos scire
 omnes sciunt.» Scis amicitias sancte colendas esse, sed non facis 26
 scis improbum esse, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alie-
 15 narum corruptor uxorū; scis ut illi nil cum adultero, sic tibi
 nil esse debere cum paelice, et non facis. Itaque subinde ad
 memoriam reducendus es: non enim reposita illa esse oportet,
 sed in promptu. Quaecumque salutaria sunt, saepe agitari
 debent, saepe uersari, ut non tantum nota sint nobis, sed etiam
 20 parata. Adice nunc, quod aperta quoque apertiora fieri solent.
 «Si dubia sunt» inquit «quae praecipis, probationes adicere de- 27
 bebis: ergo illae, non praecepta proficient.» Quid, quod etiam
 sine probationibus ipsa monentis auctoritas prodest? sic quo-
 modo iurisconsultorum ualent responsa, etiam si ratio non red-
 25 ditur. Praeterea ipsa, quae praecipuntur, per se multum ha-
 bent ponderis, utique si aut carmini intexta sunt aut prosa
 oratione in sententiam coartata, sicut illa Catoniana: «emas

1 medicinae sed e extr. punct. Q || 2 leuamentum pr. Q,
 leuiam- perperam m. rec. || 3 uerse Q | uis om. Q | intotos (pro
 totas) Q || 4 inuocet Q non inepte | extrahe Q || 5 uideo Q, u
 ante ideo rasum in B | quidest (pro quid prodest) Q || 6 apertum
 Q || 7 dicet Q | sed aduertit om. Q | excitam Q || 8 relabi Q || 9 spe
 (pro saepe) Q || 11 uaticinium Q || 13 om̄s Q | sancta compend. pr.
 Q || 15 sit Q B A, sic q uell. 5 || 16 s. reducendus es ad memoriã
 Q cum vulg., ad m. reducendus es Buecheler Hense plane ex B A
 || 18 promptu Q | quecūq; ex quocūq; Q || 22 ille Q B A || 23 mo-
 mentis pr. Q || 25 multã pr. Q

non quod opus est, sed quod necesse est; quod non opus est;
 28 asse carum est», qualia sunt illa aut reddita oraculo aut similia:
 «tempori parce», «te nosce». Numquid rationem exiges, cum tibi
 aliquis hos dixerit uersus? «iniuriarum remedium est obliuio»: ||
 fol. 122^r «audentes fortuna iuuat, piger ipse sibi obstat.» Aduocatum 5
 ista non quaerunt: affectus ipsos tangunt et natura uim suam
 29 exercente proficiunt. Omnium honestarum rerum semina ani-
 mi gerunt, quae admonitione excitantur, non aliter quam
 scintilla flatu leui adiuta ignem suum explicat. Erigitur uirtus,
 cum tacta est et impulsu. Praeterea quaedam sunt quidem 10
 in animo, sed parum prompta, quae incipiunt in expedito
 esse, cum dicta sunt: quaedam diuersis locis iacent sparsa,
 quae contrahere inexercitata mens non potest. Itaque in unum
 30 conferenda sunt et iungenda, ut plus ualeant animumque
 tollenda est, ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui di-
 cunt, non uident alium esse ingenii mobilis et erecti, alium
 tardi et hebetis, utique alium alio ingeniosiore. Ingenii uis prae-
 ceptis alitur et crescit nouasque persuasiones adicit innatis
 31 et deprauata corrigit. «Si quis» inquit «non habet recta decreta 20

I quid Q || 2 «fort. sunt et illa» adn. Hense² | oraculū Q, per
 oraculum cod. Urb.- Rom. 219 teste Fickerto || 3 parce pr. Q, parci
 perperam m. rec. | Numquid Q || 4 dixerim Q || 5 audientes sed i
 punct. Q, audentis pr. B: audentis Verg. Aen. X 284 | sibi ipse
 Q et vell. edd. usque ad Ruhkopfium, sed iam Gronovius in cod.
 membran. se legisse adnotat Piger ipse sibi obstat, ut hemistichion
 videatur | obstat Q, ex opstat B: v. piger — obstat priori hemistichion
 iunxit Buecheler Senecam totum versum in Vergili exemplari suo
 interpolato legisse ratus, sed Hensio vix sponderi posse videtur non
 de suo alterum colon Senecam addidisse || 6 aff- sic Q | natura
 Q recte, ex naturam B A || 8 quā ex qui m. rec. Q || 12 dicta Q
 vell.: elicita prop. Guil. Gemoll || 13 inexercita Q, inexercitata sed
 erc ex corr. B, inexcitata cod. Velz. || 15 alleuent pr. Q sed d supra
 l priorem punct. scr. ead. m. || 17 aliū pr. Q, aliud corr. m. rec. |
 ingenii/hominis (pro ingenii mobilis) Q: an ingenii hominem
 mobilis? | alium tradit pr. Q, ali tradit corr. m. recens, alium
 restituisse videtur m. recentissima quae tradit in tardi mutavit ||
 18 habetis pr. Q | Utiq; alium pr. Q sed alium in alius mutavit
 m. rec. | utiq; ingeniosior est (pro alio ingeniosiore) Q | ingenui
 Q || 19 aliter Q || 20 deprauati Q

quid illum admonitiones iuuabunt uitiosis obligatum?» Hoc scilicet, ut illis liberetur. Non enim extincta in illo indoles naturalis est, sed obscurata et oppressa. Sic quoque temptat resurgere et contra praua nititur, nacta uero praesidium et
 5 adiuta praeceptis eualescit, si tamen illam diutina pestis non infecit nec enecuit: hanc enim ne disciplina quidem philosophiae toto impetu suo conisa restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiae et praecepta, nisi quod illa generalia praecepta sunt, haec specialia? utraque res praecipit, sed altera
 10 in totum, particulatim altera. «Si quis» inquit «recta habet et honesta decreta, hic ex superuacuo monetur.» Minime: nam hic quoque doctus quidem est facere quae debet, sed haec non satis perspicit. Non enim tantum adfectibus impedimur, quo minus probanda faciamus, sed imperitia inueniendi quid quae-
 15 que res exigit. Habemus interdum compositum animum, sed residem et inexercitatum ad inueniendam officiorum uiam, quam admonitio demonstrat. «Expelle» inquit «falsas opinio- nes de bonis et malis, in locum autem earum ueras repone, et nihil habebit admonitio, quod agat.» Ordinatur ista sine
 20 dubio ratione animus, sed non ista tantum. Nam quamuis argumentis collectum sit, quae bona malaque sint, nihilominus habent praecepta partes suas: et prudentia et iustitia officii constat, officia praeceptis disponuntur. Praeterea ip-
 34

|| 1 ammon- Q | uitiosis Q B A q nonnulli ζ, uitii alii ζ vulg.
 || 2 etinillis (pro ut illis) Q || 3 obps/sa Q || 4 et contra praua nititur om. Q || 5 eualescit Q, eualescit B A q, conualescit nonnulli ζ et vulg. idque praefert Castiglioni | illa Q || 6 infecit Q vell. libb. prope omnes et vulg., efecit cod. Palat. sec. Gruteri teste Fickerto unde conici potest efecit quod cum seq. enecuit aptam gradationem efficere videtur: interfecit Buechelev Hense¹ Hauck || 7 tota Q | imp- sic Q | conisa pr. Q sed n alteram super add. ead. m. || 9 pcepit Q || 11 mouetur Q || 12 hae Q || 13 imp- sic Q || 14 probanata pr. Q, na transf. m. rec. unde probata sed probanata pro probanda plane librarius mendose exscripsit | imper- sic Q || 15 animum om. Q || 16 et superscr. ead. m. Q | adueniendā pr. Q cum B A, i ante ueniendā superscr. m. rec. || 19 s. ista sine dubio ratione Q vet. edd., quod hyperbaton Senecae consuetudini conuenit et in maiore lumine ista collocans bene quadrat cum seqq. sed non ista tantum || 23 officia Q recte,

sum de malis bonisque iudicium confirmatur officiorum executione, ad quam praecepta perducunt. Vtraque enim
 fol. 122^v inter se con||sentiunt; nec illa possunt praecedere ut non haec sequantur, et haec ordinem secuntur suum: unde apparet
 35 illa praecedere. « Infinita » inquit « praecepta sunt. » Falsum est: nam de maximis ac necessariis rebus non sunt infinita; tenues autem differentias habent, quas exigunt tempora, loca,
 36 personae, sed his quoque dantur praecepta generalia. « Nemo » inquit « praeceptis curat insaniam: ergo ne malitiam quidem. » Dissimile est: nam si insaniam sustuleris, sanitas reddita est; 10 si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendarum; ut sequatur, tamen admonitio conrobabit rectam de bonis malisque sententiam. Illud quoque falsum est, nihil apud insanos proficere praecepta. Nam quemadmodum sola non prosunt, sic curationem adiuuant; et denun- 15 tiatio et castigatio insanos coercuit. De illis nunc insanis loquor, quibus mens mota est, non erepta. « Leges » inquit « ut faciamus, quod oportet, non efficiunt, et quid aliud sunt quam minis mixta praecepta? » Primum omnium ob hoc illae non persuadent, quia minantur, at haec non cogunt, sed exorant. Deinde 20 leges a scelere deterrent, praecepta in officium adhortantur. His adice quod leges quoque proficiunt ad bonos mores, utique
 37 si non tantum imperant, sed docent. In hac re dissentio a Posidonio, qui « pro quo, inquit, Platonis legibus adiecta prin-

officio *pr.* B A | Preter Q cum B A, preterea q cum *rell.* 5 || 3 s. exsequantur (*pro* haec sequantur) Q || 4 etsi haec Q. Et si hec q, et haec *vulg.*: an et sic haec? aut et si haec ordinem secuntur suum, inde apparet *cet.*? | secuntur sic Q || 6 finita Q || 8 his Q *rell.*: de his *mavult Buecheler*, hic *Rosbach* || 9 inquit Q | ergo *iteratum* Q || 10 sustuleris Q *recte*, ex *corr.* B A | reddita est Q B A (reddita est A, ex re dicit B) q 5 *vulg.* idque defendit *Ein. Löfstedt* quod et *efficiacior oratio et numerosior clausula inde fiat: quod ad structuram si sustuleris* — reddita est *attinet*, cf. *Cic. fam. XII 6,2* qui si conservatus erit, vicimus. *Scr.* re dicit, at *Buecheler Hense Hauck* ex re dicit quod *habebat pr.* B || 12 admonitio Q *recte*, adinitio B A | conrobavit Q | 15 adiuuant *om.* Q | Et decuratio Q || 16 insanas coher/cuit Q || 20 ad Q, at ex ad B | non/noncogunt Q || 22 quod Q q 5, quo B A || 24 quipro eo quod Q cum A et *corr.* B: vide *praef. p. XLVI s.*

cipia sunt? legem enim breuem esse oportet, quo facilius ab
 imperitis teneatur. Velut emissa diuinitus uox sit: iubeat, non
 disputet. Nihil uidetur mihi frigidius, nihil ineptius quam lex
 cum prologo. Mone, dic, quid me uelis fecisse: non disco, sed
 5 pareo.» Proficiunt uero: itaque malis moribus uti uidebis ciuita-
 tes usas malis legibus. «At non apud omnis proficiunt.» Ne phi- 39
 losophia quidem: nec ideo inutilis et formandis animis inef-
 ficax est. Quid autem? philosophia non uitae lex est? Sed pu-
 temus non proficere leges: non ideo sequitur, ut ne monitio-
 10 nes quidem proficiant. Aut sic et consolationes nega proficere
 dissuasionisque et adhortationes, obiurgationes et laudatio-
 nes. Omnia ista monitionum genera sunt: per ista ad perfec-
 tum animi statum peruenitur. Nulla res magis animis honesta 40
 induit dubiosque et in prauum inclinabiles reuocat ad rectum
 15 quam bonorum uirorum conuersatio. Paulatim enim descen-
 dit in pectora et uim praeceptorum obtinet frequenter aspici,
 frequenter audiri. Occursus mehercules ipse sapientium iuuat,
 et est aliquid, quod ex magno uiro uel tacente proficias. Nec 41
 tibi facile dixerim quemadmodum prosit, sic ut illud intel-
 20 legam profuisse. «Minuta quaedam» ut ait Phaedon || «animalia fol. 123^r
 cum mordent non sentiuntur, adeo tenuis illis et fallens in peri-
 culum uis est: tumor indicat morsum et in ipso tumore nullum

4 cumprolego mene *Q*, cum prolegomene *B* sed ut e *paenultima* correcte in *o* sit, comprolegomene *A*: cum prologo. Mone *Erasm.*² et *vulg.*, cum prologo. Domine *Madvig*, [cum] prolegomene *Haase*, cum prologo. memini *Buecheley* || 5 proficiuntur *Q B* sed ur *punct. in Q*, profitiuntur *A* ubi post iti *rasa littera fuit*, proficiunt *q* plerique ζ : proficiunt uero *corr. Schweighaeuser* || 6 Ad *pr. Q* | om̄s *Q* || 11 et *om. ante* obiurgationes *Q* et sic *cod. Rehdig. I teste Fickerto et vet. edd. aptius, ut uidetur, ad orationis efficacitatem et agilem cursum quo uerba contraria in duos nexus nitide distinctos diuiduntur* || 13 animis *pr. Q* sed *o supra alteram i m. rec. perperam* || 16 et in pectora *Q fort. recte* || 17 sapientiā *Q* || 18 iacente *Q B A q*, tacente *pauci* ζ || 19 sicut ille *Q*, sicut illud *rell. libb. ut uidetur: cum illud cons. Baehrens*, licet illud *Buecheley* | interrogā *Q*, intelligam uel intelleg- *rell. libb.:* intelligo *Schweighaeuser* || 20 minuta *Q*, minutam *pr. B A* | fedron *Q*, phaedron *A* et ex *corr. B* || 21 in periculis suis *Q*, in periculis uis *comptures* ζ , in periculum uis *q* cum *B A* et *vulg.* || 22 nullus *pr. Q*

uulnus apparet. Idem tibi in conuersatione uirorum sapien-
 tium eueniet: non deprehendes, quemadmodum aut quando
 42 tibi prosit, profuisse deprendes.» Quorsus, inquis, hoc pertinet?
 Aequae praecepta bona, si saepe tecum sint, profutura quam
 bona exempla. Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus
 43 templum deorumque simulacra ex uicino cernentibus et ali-
 cuius oraculi opperientibus uocem. Quis autem negabit feriri
 quibusdan praeceptis efficaciter etiam imperitissimos? uelut
 his breuissimis uocibus, sed multum habentibus ponderis:
 «nil nimis», «auarus animus nullo satiatur lucro», «ab alio ex- 10
 spectes, alteri quod feceris». Haec cum ictu quodam audimus,
 nec ulli licet dubitare aut interrogare «quare?»: adeo etiam
 44 sine ratione ipsa ueritas ducit. Si reuerentia frenat animos ac
 uitia compescit, cur non et admonitio idem possit? si inponit
 pudorem castigatio, cur admonitio non faciat, etiam si nudis 15
 praeceptis utitur? Illa uero efficacior est et altius penetrat,
 quae adiuuat ratione quod praecipit, quae adicit, quare quid-
 que faciendum sit et quis facientem oboedientemque prae-
 ceptis fructus exspectet. Si imperio, et admonitione profi-
 45 citur: atqui proficitur imperio: ergo et admonitione. In duas 20
 partes uirtus diuiditur, in contemplationem ueri et actio-

3 fuisse *pr.* Q | deprehendas Q | quorsus *sed prior s punct.*
 Q || 4 tecum Q *recte*, tectum A et *pr.* B || 5 pythagoras Q ||
 6 simulacra *om.* Q || 7 operientibus Q B A q | negabit Q B
 A q, negabit *cod. bibl. Univ. Patav.* 913 *quo confirmatur*
Buecheleri et Windhausii emendatio, negauerit *vulg.* || 8 imper-
 sic Q || 10 nihilminus Q, Nichil minus *sed nimis superscr.*
ead. m. q | expectas Q || 12 Ideo Q || 13 dicit Q: *lucet*
coni. Koch, elucet *Aem. Hermes* || 13 s. aut uitia Q *vett.*
edd. || 14 cōpescit Q | non admonitio, *om.* et Q q *vett. edd.*
 || 15 admonitionē faciat Q || 16 efficacior Q | penetratq; Q || 17 s.
 quidquae Q || 19 exp- Q | Si imperio et admonitione proficitur
 Q *cum q aliis* 5: si imp. et admon. proficitur *vetustissimi*
edd., si imp. proficitur, et admon. proficitur *edd. a Mureto ad*
Ruhkopfium, si imp. proficitur, et admon. *edd. recentiores.* *Quiri-*
miani scripturam recipere malo distinguens post imperio, cum in
eiusmodi detractionibus vox omissa in priore enuntiatu membro
saeptus a nostro subaudiatur || 20 aequae Q *cum A et corr. B*: atqui
Erasm. 2 || 21 in *om. ante contemplationem Q fort. recte*

nem: contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. Virtutem et exercet et ostendit recta actio: acturo autem si prodest qui suadet, et qui monet proderit. Ergo si recta actio uirtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio
 5 demonstrat, et admonitio necessaria est. Duae res plurimum 46
 roboris animo dant, fides ueri et fiducia: utramque admonitio facit. Nam et creditur illi et, cum creditum est, magnos animus spiritus concipit ac fiducia impletur: ergo admonitio non est superuacua. M. Agrippa, uir ingentis animi, qui solus ex
 10 is, quos ciuilia bella claros potentesque fecerunt, felix in publicum fuit, dicere solebat multum se huic debere sententiae: « nam concordia paruae res crescunt, discordia maximae dilabuntur. » Hac se aiebat et fratrem et amicum optimum factum. Si eiusmodi sententiae familiariter in animum receptae for- 47
 15 mant eum, cur non haec pars philosophiae, quae talibus sententiis constat, idem possit? Pars uirtutis disciplina constat, pars exercitatione: et discas oportet et quod didicisti agendo confirmes. || Quod si est, non tantum scita sapientiae prosunt, fol. 123^v
 sed etiam praecepta, quae affectus nostros uelut edicto coercent et ablegant. « Philosophia » inquit « diuiditur in haec, scientiam et habitum animi. Nam qui didicit, et facienda ac uitanda 48
 20 percepit, nondum sapiens est, nisi in ea, quae didicit, animus

2 uirtute Q || 6 fiduciã Q | Utraq; Q cum B A q, utrumque π utramque « *vetus lectio* » Pinc. || 7 animos Q q || 9 Magister Agrippa Q | ex his Q q || 12 Nonconcordia Q sed non transf. m. rec., nam concordia vell. libb. et vulg.: nam abesse malebat Schweighaeuser, idem senserat quidam Gruteri amicus ratus hanc vocem ortam esse ex Nō (Nota) primum margini adscripto, cui suspitioni Quiriniani lectio suffragatur | discordiae sed e puncto Q || 13 agebat Q || 15 cur n̄ haec pars. cur non haec philosophiae Q || 17 discat Q et pr. B | agendū Q || 8 in fol. 123^v pristina scriptura in Q est prope evanida et alicubi parum perspicua propter atramentum diffusum: aliqui autem versus relecti sunt et in paenultimo v. inde a verbis Et ideo in (§ 54) incipit alia eiusdem aetatis scriptura eaque nitida || 19 effectus Q | coercent Q || 20 ablegant Q B A, alligant q complures c (ubi adlig- vel allig-) et vulg.: ablegant receperunt Hense et Hauck, iam commendauerat Ianus et sic explanat Buecheler « ablegatio ut coercitio fit ex edicto » | scientia pr. Q || 22 p̄cipit Q | mea (pro in ea) Q

eius transfiguratus est. Tertia ista pars praeciendi ex utroque est, et ex decretis et ex habitu: itaque superuacua est ad
 49 implendam uirtutem, cui duo illa sufficiunt.» Isto ergo modo
 et consolatio superuacua est, — nam haec quoque ex utroque
 est — et adhortatio et suasio et ipsa argumentatio; nam et haec 5
 ab habitu animi compositi ualidique proficiscitur. Sed quamuis
 ista ex optimo habitu animi ueniant, optimus animi habitus
 50 ex his est: et facit illa et ex illis ipse fit. Deinde istud, quod
 dicis, iam perfecti uiri est ac summam consecuti felicitatis
 humanae. Ad haec autem tarde peruenitur: interim etiam 10
 imperfecto sed proficienti demonstranda est in rebus agendis
 uia. Hanc forsitan etiam sine admonitione dabit sibi ipsa sa-
 pientia, quae iam eo perduxit animum, ut moueri nequeat
 nisi in rectum. Inbecillioribus quidem ingeniis necessarium
 51 est aliquem praeire: hoc uitabis, hoc facies. Praeterea si ex- 15
 pectat tempus, quo per se sciat quid optimum factu sit, interim
 errabit et errando impediatur, quo minus ad illud perueniat,
 quo possit se esse contentus: regi ergo debet, dum incipit posse
 se regere. Pueri ad praescriptum discunt; digiti illorum tenen-
 tur et aliena manu per litterarum simulacra ducuntur, deinde 20
 imitari iubentur proposita et ad illa reformare chirographum:
 sic animus noster dum eruditur ad praescriptum, iuuatur.
 52 Haec sunt, per quae probatur hanc philosophiae partem super-
 uacuam non esse. Quaeritur deinde, an ad faciendum sa-
 pientem sola sufficiat. Huic quaestioni suum diem dabimus: 25
 interim omissis argumentis nonne apparet opus esse nobis
 aliquo aduocato, qui contra populi praecepta praecipiat?

1 s. ex utraq; et sic mox Q || 3 sufficiant Q A, sufficiunt pr. B,
 suffitiant q || 6 comp- Q || 7 ueniunt Q || 8 v. ex his est — deinde
 istud unum fort. uersum in archetypo complectentia om. Q q ||
 9 hac Q | felicitas Q || 11 impfecte Q || 14 inbecillioribus Q || 15 ali-
 quid ex aliquo ut uidetur Q¹, aliquem q || 16 factum Q A, pr. B,
 q || 17 imp- sic Q || 19 etad Q q || 20 dicuntur Q q || 21 praeposita (prae
 compend. Q) Q B A, proposita q 5 | cyr- Q A, pr. B, q ||
 22 iuuat uel uiuat Q A, uiuat B, iuuat sed supra t scr. i tur q
 || 23 p sequae Q || 24 quaerit Q | an om. Q || 26 omissis Q
 || 27 pcp/ant Q

Nulla ad aures nostras uox inpune perfertur: nocent qui op- 53
 tant, nocent qui execrantur. Nam et horum inprecatio falsos
 nobis metus inserit et illorum amor male docet bene optando.
 Mittit enim nos ad longinqua bona et incerta et errantia, cum
 5 possimus felicitatem domo promere. Non licet, inquam, ire 54
 recta uia; trahunt in prauum parentes, trahunt serui; nemo
 errat uni sibi, sed dementia spargit in proximos accipitque
 inuicem. Et ideo in singulis uitia populorum sunt, quia illa
 10 populus dedit. Dum facit || quisque peiorem, factus est: di- fol. 124^r
 10 dicit deteriora, dein<de> docuit, effectaque est ingens illa
 nequitia congesto in unum quod cuique pessimum scitur. Sit 55
 ergo aliquis custos et aurem subinde peruellat abigatque ru-
 mores et reclamet populis laudantibus. Erras enim, si existimas
 nobiscum uitia nasci: superuenerunt, ingesta sunt. Itaque moni-
 15 tionibus crebris opiniones, quae nos circumsonant, repellantur.
 Nulli nos uitio natura conciliat: nam illa integros ac liberos 56
 genuit, nihil quo auaritiam nostram inritaret, posuit in aperto:
 pedibus aurum argentumque subiecit calcandumque ac pre-
 20 mendum dedit quicquid est propter quod calcamur ac pre-
 mimur. Illa uultus nostros erexit ad caelum et quicquid magni-
 ficum mirumque fecerat, uideri a suspicientibus uoluit: ortus
 occasusque et properantis mundi uolubilem cursum, interdiu
 terrena aperientem, nocte caelestia, tardos siderum incessus si
 conpares toti, citatissimos autem si cogites, quanta spatia
 25 numquam intermissa uelocitate circumeant, defectus solis ac
 lunae inuicem obstantium, alia deinceps digna miratu, siue
 per ordinem subeunt siue subitis causis mota prosiliunt,

2 exsecr- sic Q || 3 inserūt Q sed litteras refecit m. recentior ||
 6-8 v. nemo errat — inuicem vix leguntur in Q propter atramentum
 diffusum || 10 dein Q B A, deinde q 5 || 15 repellantur om. Q ||
 16 nulla Q B et pr. A, nos illa q nonnulli 5 et vet. edd. illa nos
 alii 5: puto fuisse nā illa et minore interpunctione distingo post
 genuit. In marg. autem hoc scholion Non nascuntur nobiscum uitia
 habet Q, De rebus quas natura ordinauit ad ualitude nram (uel
 ualicato nram) A || 17 apta pr. Q || 19 calamus, om. quod, pr. Q corr.
 calcamur m. rec. || 24 toti] soli prop. Aem. Hermes || 25 uelocitatē Q

ut nocturnos ignium tractus et sine ullo ictu sonituque fulgores
caeli patescentis columnasque ac trabes et uaria simulacra
57 flammaram. Haec supra nos itura disposuit, aurum quidem
et argentum et propter ista numquam pacem agens ferrum,
quasi male nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem, 5
propter quae pugnaremus, extulimus, nos et causas periculo-
rum nostrorum et instrumenta disiecto terrarum pondere erui-
mus, nos fortunae mala nostra tradidimus nec erubescimus
58 summa apud nos haberi, quae fuerant ima terrarum. Vis scire,
quam falsus oculos tuos deceperit fulgor? nihil est istis, quam- 10
diu mersa et inuoluta caeno suo iacent, foedius, nihil obscu-
rius, quidni? quae per longissimorum cuniculorum tenebras
extrahuntur. Nihil est illis, dum fiunt et a faece sua separantur,
informius. Denique ipsos opifices intueri, per quorum manus
sterile terrae genus et infernum perpurgatur: uidebis quanta 15
59 fuligine oblinantur. Atqui ista magis inquinant animos quam
corpora, et in possessore eorum quam in artifice plus sordium
est. Necessarium itaque admoneri est, habere aliquem aduo-
catum bonae mentis et in tanto fremitu tumultuque falsorum
unam denique audire uocem. Quae erit illa uox? ea scilicet, 20
quae tibi tantis clamoribus ambitionis exsurdato salubria

1 etnocturni Q, ut nocturni B A sed in fine s rasi videtur in B :
corr. Buecheler || 2 patescentes Q B A q | columnaeque unus 5 et vulg.
quae scr. nocturni || 3 sup Q | itura Q B q, iturandisposuit ex ituranats-
posuit ut videtur A, natura nonnulli 5 vet. edd. Buecheler | qui-
dem Q B, ex quedem A || 4 propi stagnū quā (pro propter ista
numquam) Q || 5 conmm- Q | Non (pro Nos) Q || 8 tradimus
Q et sic vetustissimi edd. || 10 falsos Q || 12 quidni? quando unus
5 et nonnulli edd.: quam quae prop. Guil. Gemoll || 13 extra-
hant Q | a om. Q || 15 inferrū Q, informe q alii 5 vulg. ||
16 oblinantur (plane pro obliniantur) Q, oblimantur vel obliniantur q,
oblinantur vulg. qua scriptura vitatur clausula heroica || 18 admo-
neri et Q B A, est admoneri q, est admoneri et vulg.: admoneri est
Buecheler Hense || 19 e tanto Q, nonnulli 5, etantanto B A, et in
tanto π ut coniecit Schweighauser, eque tanto q vulg. An neces-
sarium i. admoneri <est> et habere al. adu. b. mentis, e tanto
fremitu cet. ? ut scr. Fickert qui posuit est ante admoneri ||
20 unam] veram prop. Pincianus, unam d. veram P. Thomas, sed
unam sufficere apteque opponi praeced. tanto recte animadvertit
Castiglioni || 21 ambitiosis Q, ambiciosiis q alii 5

insurret uerba, quae dicat: non est quod inuideas istis, quos 60
 magnos felicesque populus uocat, non est quod tibi compositae
 mentis habitum et sanitatem || plausus excutiat, non est quod fol. 124^v
 tibi tranquillitatis tuae fastidium faciat ille sub illis fascibus
 5 purpura cultus, non est quod feliciorum eum iudices cui sum-
 mouetur, quam te quem lictor semita deicit. Si uis exercere
 tibi utile, nulli autem graue imperium, summoue uitia. Multi 61
 inueniuntur qui ignem inferant urbibus, qui inexpugnabilia
 saeculis et per aliquot aetates tuta prosternant, qui aequum
 10 arcibus aggerem attollant et muros in miram altitudinem educ-
 tos arietibus ac machinis quassent. Multi sunt qui ante se
 agant agmina et tergis hostium [et] graues instent et ad mare
 magnum perfusi caede gentium ueniant, sed hi quoque, ut
 uincerent hostem, cupiditate uicti sunt. Nemo illis uenientibus
 15 restitit, sed nec ipsi ambitioni crudelitatisque restiterant: tunc,
 cum agere uisi sunt alios, agebantur. Agebat infelicem Alexan- 62
 drum furor aliena uastandi et ad ignota mittebat. An tu
 putas sanum, qui a Graeciae primum cladibus, in qua erudi-
 tus est, incipit? qui quod cuique optimum est, eripit, Lacedae-
 20 mona seruire iubet, Athenas tacere? non contentus tot ciui-
 tatum strage, quas aut uicerat Philippus aut emerat, alias
 alio loco proicit et toto orbe arma circumfert; nec subsistit

1 uerba; *pr. Q* | quae inuideas *Q* || 5 purpura *Q* || 6 quamte
 quam *Q* sed posterius quam mutatum in quem *m. rec.*, quam te quem *q*
comptures ζ , quam te, *om.* quem *B A* : quom te *coni.* *Roszbach*
 | exerceri *Q* || 8 inferat *pr. Q* || 9 prosternunt *Q* || 10 attollent *Q*
 et *pr. B* | adductos *Q*, adductis *q* || 11 machinas *pr. Q* | quas-
 sant *Q* | <uicta> ante se agant agmina *dubitanter Castiglioni* ||
 12 hostium et graues *Q B A*, hostium graues *q alii* ζ : agmina
 hostium et tergis graues *coni. Buechelev*, et tergis hostium hostiles
 et graues *dubitanter Hense*, et t. h. infesti et gr. *Roszbach* | istent *Q*
 || 13 magnum] magna *Koch probabiliter* | hii *ex in Q*, hii *B A (ex hi B)* ||
 14 cupiditatem sed *m punct. Q* || 15 s. tunc cum agere uisi sunt alios
Q (alias pr. Q) et vet. edd., tunc agere cum uisi sunt alios
q : t. cum a. alios uisi sunt *Fickert et posteriores edd.*, sed ordo
 uerborum in *Q* magis ad sententiae vim et ad clausulae numerum
 quadrat || 19 Lacedemonia sed *i punct. Q*, Lacedemonã *perperam*
m. rec. || 20 ciuitatum sed *i punct. in ti Q* | 21 stage (ag *ex corr.*) *Q*
 | phyl- *Q* | alia *pr. Q*

usquam lassa crudelitas inmanium ferarum modo, quae plus
 63 quam exigit fames mordent? Iam in unum regnum multa re-
 gna coniecit, iam Graeci Persaeque eundem timent, iam etiam
 a Dareo liberae nationes iugum accipiunt: it tamen ultra ocea-
 num solemque, indignatur ab Herculis Liberique uestigiis 5
 uictoriam flectere, ipsi naturae uim parat. Non ille ire uult,
 sed non potest stare, non aliter quam in praeceps deiecta pon-
 64 dera, quibus eundi finis est iacuisse. Nec Gnaeo quidem Pom-
 peio externa bella ac domestica uirtus aut ratio suadebat, sed
 insanus amor magnitudinis falsae. Modo in Hispaniam et Ser- 10
 toriana arma, modo ad colligandos piratas ac maria pacanda
 uadebat: hae praetexebantur causae ad continuandam poten-
 65 tiam. Quid illum in Africam, quid in septentrionem, quid in
 Mithridaten et Armeniam et omnis Asiae angulos traxit? in-
 finita scilicet cupido crescendi, cum sibi uni parum magnus 15
 uideretur. Quid C. Caesarem in sua fata pariter ac publica in-
 misit? gloria et ambitio et nullus supra ceteros eminendi mo-
 dus. Vnum ante se ferre non potuit, cum res p. supra se duos

1 inman- sic Q | quae ex q; Q || 2 famis pr. Q cum B A,
 fames corr. m. rec. idque habent q rell. 5 || 3 coicit pr. Q ut
 proposuit Windhaus, sed usitatiorum apud Senecam clausulam efficit
 coniecit ut habent A et corr. B et vulg., coiecit Q¹ et pr. B |
 persequi (pro Persaeque Q || 4 Id pro it Q || 6 uictoriam Q rell. :
 victor uiam Buecheler || 8 Nec grammaticus neo Q sed gneo corr. m.
 recentior, nec etiam q alii 5 et vetustissimi edd.: cf. J. H. Schmalz
 lat. synt. u. stil. 1910 p. 637 || 9 aut domestica Q vet. edd. || 10
 modo in Hispaniam ad Sertoriana arma prop. Castiglioni, quam scrip-
 turam inesse codd. Ottob.-Rom. 1579 et 2090 et Vatic.-Rom. 2216 testatur
 Fickert; sed in valet aduersus, contra et particula et, ut saepe, pe-
 culiarem rem (S. arma) generali (Hispaniam) adiungit || 11 colligendos
 Q B A q (colig- q) vulg.: cogendos Muretus, colligendos Mad-
 vig quem sequor cum Buechelero Hauckio Hensio. Librorum scrip-
 turam defendit Lipsius et nuper O. Roszbach coll. Vell. II 32,4:
 cohibendos coni. P. Thomas probante Guil. Gemollio, sed cf.
 Cic. phil. XI 2,4 impetumque furentis... conligavit, ib. 11,26
 ni Brutum colligassemus in Graecia, Thes. l. l. III 1624 | pyr-
 Q || 12 haec Q q | continendam Q || 14 et Armeniam om. Q |
 omnis Q || 15 & cum Q | 16 C. om. Q A, pr. B, q | facta Q et
 pr. B || 17 modus ex modis Q || 18 Uno monte (pro unum
 ante) Q | cumres supra sed res ferr& Q: an cum res p.

ferret. Quid, tu || C. Marium semel consulem — unum enim 66
 consulatum accepit, ceteros rapuit — cum Teutonos Cimbros- fol. 125^r
 que concideret, cum Iugurtham per Africae deserta sequere-
 tur, tot pericula putas adpetisse uirtutis instinctu? Marius
 5 exercitus, Marium ambitio ducebat. Isti cum omnia concute- 67
 rent, concutiebantur turbinum more, qui rapta conuoluunt,
 sed ipsi ante uoluuntur et ob hoc maiore impetu incurrunt,
 quia nullum illis sui regimen est ideoque cum multis fuerunt
 malo, pestiferam illam uim, qua plerisque nocuerunt, ipsi
 10 quoque sentiunt. Non est quod credas quemquam fieri aliena
 infelicitate felicem. Omnia ista exempla, quae oculis atque 68
 auribus nostris ingeruntur, retexenda sunt et plenum malis
 sermonibus pectus exhauriendum: inducenda in occupatum
 locum uirtus, quae mendacia et contra uerum placencia ex-
 15 stirpet, quae nos a populo, cui nimis credimus, separet ac
 sinceris opinionibus reddat. Hoc est enim sapientia, in natu-
 ram conuerti et eo restitui, unde publicus error expulerit.
 Magna pars sanitatis est hortatores insaniae reliquisse et ex 69
 isto coitu inuicem noxio procul abisse. Hoc ut esse uerum
 20 scias, aspice, quanto aliter unusquisque populo uiuat, aliter
 sibi. Non est per se magistra innocentiae solitudo nec fruga-
 litatem docent rura, sed ubi testis ac spectator abscessit, uitia
 subsidunt, quorum monstrari et conspici fructus est. Quis eam, 70

supra se tres (duos *vell. libb. et omnes edd.*) ferret? *cf. quod noster per ironiam ait in ep. 104,29 nisi forte Cn. Pompeium et Caesarem et Crassum putas libertatis socios fuisse || 1 quod compend. Q | grammaticus (pro C.) Q || 2 consutum pr. Q mutatum in consuetum m. rec. | theutonos ex theot- Q | cymbr- Q || 6 concutebantur pr. Q || 8 illis om. Q || 10 sentium Q || 11 felicitate Q q et pr. B || 13 exaur- Q B A | Indocenda Q cum B pr.: est post inducenda addunt Buecheler Hauck Hense¹ cum vet. edd. || 14 uirtusq; (pro uirtus quae) Q | exturp& Q || 17 inde pr. Q || 18 et om. ante ex isto Q || 19 coitu Q B A edd. vetustissimi et recentiores, cetu q, coetu 5 vulg.: illud seruandum putat Buecheler comparans Stati silv. III 1, 86 (ubi coitusque pr. codd. vet.) aliaque exempla || 19 noxia Q || 20 uiuet Q || 21 magistra sollicitudo (ci punct.) innocentiae Q, magistra solitudo innocentie q et hunc uerborum ordinem habent vulgo edd. ante Schweighaeuserum || 23 conspicit Q | eius (pro est) Q*

quam nulli ostenderet, induit purpuram? quis posuit secretam
 in auro dapem? quis sub alicuius arboris rusticae proiectus
 umbra luxuriae suae pompam solus explicuit? Nemo oculis
 suis lautus est, ne paucorum quidem aut familiarium, sed ap-
 paratum uitiorum suorum pro modo turbae spectantis expan-
 71 dit. Ita est: inritamentum est omnium, in quae insanimus,
 admirator et conscius. Ne concupiscamus efficies, si ne osten-
 damus effeceris. Ambitio et luxuria et inpotentia scaenam de-
 72 siderant: sanabis ista, si absconderis. Itaque si in medio urbi-
 um fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor et con- 10
 tra laudatores ingentium patrimoniorum laudet paruo diuitem
 et usu opes metientem. Contra illos, qui gratiam ac potentiam
 attollunt, otium ipse suspiciat traditum litteris et animum ab
 73 externis ad sua reuersum. Ostendat ex constitutione vulgi
 fol. 125^v beatos in illo inuidioso fastigio suo trementes || et attonitos 15
 longaque aliam de se opinionem habentes quam ab aliis ha-
 betur. Nam quae aliis uidentur excelsa, ipsis praerupta sunt.
 Itaque exanimantur et trepidant, quotiens despexerunt in
 illud magnitudinis suae praeceps: cogitant enim uarios casus
 74 et in sublimi maxime lubricos. Tunc adpetita formidant et 20
 quae illos graues aliis reddit, grauior ipsis felicitas incubat.
 Tunc laudant otium lene et sui iuris, odio est fulgor et fuga a
 rebus adhuc stantibus quaeritur. Tunc demum uideas philo-

1 illi ostenderit Q | porpurā Q || 2 protectus Q B A, proie-
 ctus 5 || 4 laustus Q sed s prior punct. | apparuit municiorum (pro
 apparatus uitiorum) Q || 5 spectationis (pro spectantis) Q || 7 haec
 concupiscamus Q: aut nec (pro ne) tamquam hec interpretatus est
 librarius aut suspicari licet fuisse haec ne concupiscamus || 10 coll-
 sic Q || 13 suscipiat Q A || 15 atton- sic Q || 16 longeq; Q cum
 rell., sed in B rasum est aliquid inier longe et que unde longe
 atque suspicatus est Aem. Hermes | habentis Q et pr. B || 17
 Namq; (pro nam quae) Q | uidentur excelsa Q et edd. ante
 Schweighaeuserum, excelsa uidentur edd. recentiores, sed illo uerborum
 ordine et excelsa in maiore lumine collocatur et pro clausula heroica,
 a qua etiam Seneca alienus uidetur, alia efficitur ei familiarissima ||
 18 examinantur Q et pr. B | disp- Q Q q || 20 adpetita formidant
 om. Q || 22 laudant Q recte, claudant A et pr. B | hostium Q,
 ostium A et pr. B | fulgur Q

sophantis metu et aegrae fortunae sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna et mens bona, ita melius in malis sapimus: secunda rectum auferunt. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

5 **P**etis a me, ut id, quod in diem suum dixeram debere ¹ Ep. XCV
 differri, repraesentem et scribam tibi, an haec pars philoso-
 phiae, quam Graeci paraeneticen uocant, nos praeceptiuam
 dicimus, satis sit ad consummandam sapientiam. Scio te in
 bonam partem accepturum, si negauero. Eo magis promitto
 10 et uerbum publicum perire non patior: «postea noli rogare,
 quod impetrare nolueris.» Interdum enim enixe petimus id, ²
 quod recusaremus, si quis offerret. Haec siue leuitas est siue
 uernilitas, punienda est remittendi facilitate. Multa uideri
 uolumus uelle, sed nolumus. Recitator historiam ingentem
 15 attulit minutissime scriptam, artissime plectam et magna

¹ metus Q B A rell.: corr. Muretus. Ante metus, quod cum aliis et vet. et recent. retinet, distinguere uult Ribbeck non inepte | sane Q || 2 sint ex sunt Q || 3 rectum Q || 5 debere pr. Q, deberet perperam corr. m. rec. || 6 represente pr. Q, i ante hoc uerbum add. supra vers. m. rec. || 7 paraeneticen sed prior t abrasa Q || 8 consumenda Q cum A, consummandam B, consummādam q cum rell. 5 ubi consumm- | Scitote (pro Scio te) Q || 10 u. postea — nolueris pro uersu com. habuit O. Ribbeck || 11 quod Q B A rell., quom O. Ribbeck | imperare Q | obnixae Q A et corr. B et edd. ante Fickertum, enixe pr. B et recentiores edd. rectius quidem, nisi forte illud sermonem uulgarem redolens praepotatum hoc loco sit ut allitteratio cum praeced. enim uitaretur, quae et in florido Senecae stilo molestior apparet || 12 sine ante leuitas pr. Q || 13 promittendi Q q 5 uulg., mutendi B A sed in B addito signo quo corruptela indicari uidetur: mutua promittendi coni. Madvig adv. cr. III p. 209, annuendi Windhaus et Buecheler idque recepit Hense. Puto fuisse remittendi (scil. concedendi, obsequendi): promittendi traditum fort. propter praeced. promitto || 15 minutissime Q A, corr. B, q rell. 5 uulg., minutissimis pr. B idque rectum esse opinatur Fickert: litteris minutissimis prop. Aem. Hermes | scripta pr. Q | placita ex placita Q, plectam B A, plectam q alii 5: plectam habent uetustissimi edd. et restituit Hense coll. Stati silv. IV 9,29 replicatae probatque Buecheler

parte perfecta «desinam» inquit «si uultis.» Adclamatur «recita»
 ab is, qui illum obmutescere illic cupiunt. Saepe aliud uolu-
 mus, aliud optamus et uerum ne diis quidem dicimus, sed
 3 dii aut non exaudiunt aut miserentur. Ego me omissa miseri-
 cordia uindicabo et tibi ingentem epistulam inpingam, quam 5
 tu si inuitus leges, dicit: «ego mihi hoc contraxi» teque inter
 illos numera, quos uxor magno ducta ambitu torquet, inter
 illos, quos diuitiae per summum adquisitae sudorem male habent,
 inter illos, quos honores nulla non arte atque opera petiti discru-
 4 ciant, et ceteros malorum suorum compotes. Sed ut omissio 10
 principio rem ipsam adgrediar, «beata» inquit «uita constat
 ex actionibus rectis; ad actiones rectas praecepta perducunt:
 ergo ad beatam uitam praecepta sufficiunt.» Non semper ad
 actiones rectas praecepta perducunt, sed cum obsequens in-
 genium est: aliquando frustra admouentur, si animum opi- 15
 5 niones obsident prauae. Deinde etiam si recte faciunt, nesciunt
 fol. 126^r facere se recte. Non potest || enim quisquam nisi ab initio for-
 matus et tota ratione compositus omnes exsequi numeros, ut
 sciat, quando oporteat et in quantum et cum quo et quem-
 admodum et quare. Non potest toto animo honesta conari, 20
 ne constanter quidem aut libenter, sed respiciet, sed haesitabit.

1 desinam ex dis- Q | simultis pr. Q cum B (si multis B) A, a
 supra vers. (unde si a multis) perperam add. m. rec. in Q, si uul-
 tis q 5 | recitare. recita Q et pr. A, recita. recita pr. B || 2 his Q
 q | obm- sic Q | illiccupiunt Q, illic cupiunt B A q rell.: illico
 Erasm.² et sic edd. posteriores usque ad Schweighaeuserum, ilico
 Aem. Hermes: «sed ilico ubi Seneca? debuit oli cupiunt. nervosius
 hoc quam quod nuper proposuit C. Brakman scilicet cupiunt» adn.
 Hense || 3 diis et sic mox dii Q || 4 obm- Q || 5 eplam in-
 pinguam sed u punct. Q || 7 magna pr. Q | torp& Q || 8
 adquae/sitae Q || 10 om/missio Q || 13 erga Q || 16 v. Deinde —
 se recte suspectat Hilgenfeld, sed necessaria ad introducendam sen-
 tentiam seq. Non potest enim quisquam cet. recte ostendit Eug.
 Albertini (op. c. p. 193) || 17 s. formatos Q || 18 compositos omis
 Q | exsequi sic Q || 20 et om. ante quare Q: et quemadmodum.
 Quare non potest edd. ante Fickertum | tota animo tehonesta
 Q, toto animoteonesta B A, toto animo ad honesta q 5 vulg.:
 an toto animo rē honestā? | conari me Q A, conarime B, conari q,
 conari ne 5: coniti (receptio ad honesta), ne Madvig || 21 respiciat Q

«Si honesta» inquit «actio ex praeceptis uenit, ad beatam
 uitam praecepta abunde sunt: atqui <est> illud, ergo et hoc.»
 His respondebimus actiones honestas et praeceptis fieri, non
 tantum praeceptis. «Si aliae» inquit «artes contentae sunt prae-
 5 ceptis, contenta erit et sapientia; nam et haec ars uitae est.
 Atqui gubernatorem facit ille, qui praecipit: sic moue guber-
 culum, sic uela summitte, sic secundo uento utere, sic ad-
 uerso resiste, sic dubium communemque tibi uindica. Alios
 quoque artifices praecepta conformant: ergo in hoc idem pot-
 10 erunt artifice uiuendi.» Omnes istae artes circa instrumenta
 uitae occupatae sunt, non circa totam uitam. Itaque multa
 illas inhihent extrinsecus et impediunt, spes, cupiditas, timor.
 At haec, quae artem uitae professa est, nulla re, quo minus
 se exerceat, uetari potest: discutit enim impedimenta et tractat
 15 obstantia. Vis scire, quam dissimilis sit aliarum artium con-
 dicio et huius? in illis excusatus est uoluntate peccare quam
 casu, in hac maxima culpa est sponte delinquere. Quod dico,
 tale est. Grammaticus non erubescet soloecismo, si sciens
 fecit, erubescet, si nesciens; medicus si deficere aegrum non
 20 intellegit, quantum ad artem, magis peccat quam si se intel-
 legere dissimulat. At in hac arte uiuendi turpior uolentium

1 Sed honesta Q || 2 Atq; Q A et pr. B, Atqui q alii 5, atqui est «*vetus lectio*» Pinc. || 5 uitaest Q: «*aut et aut uitae melius abesset*» adn. Hense², sed *sententia sic expedienda uidetur* «nam et haec ars est et quidem uitae» || 6 Adqui Q | bernatorē pr. Q | pcepit pr. Q cum A, praecipit B et rec. m. Q unde etiam fit *clausula apud nostrum multo usitatior* || 9 conformant om. Q, confirmant B A rell.: corr. Hermes et Gertz || 10 artifices Q q 5, artifice B A: in hac idem poterunt arte uiuendi con. Gloeckner | Om̄s Q | strumenta pr. Q || 11 multas Q || 13 adhaec Q cum A et pr. B || 14 enim om. Q | tractat Q B A rell. vulg.: traicit con. Bartsch idque recepit Hense, tranat Baehrens, iactat Aem. Hermes, sed tractat (scil. vi secum trahit) et ad imaginem ex torrente aqua sumptam et ad poeticum Senecae sermonem quadrare uidetur || 15 aliarum om. Q | conditio Q || 16 excusatio Q, excusatus A q et pr. B || 17 causa Q | maxime Q | Speuitę (pro sponte) Q || 18 erubescit pr. Q | soloecismo pr. Q, soloecismo sed post is est alterum is vel si erasum in B || 19 facit Q vulg., fecit Schweighaeuser Hense plane ex B A || 20 intellegit et sic mox intelligere Q | ad super add. m. rec. Q || 21 Ad Q et pr. B | in om. Q | uolentium pr. Q

- culpa est. Adice nunc, quod artes quoque pleraeque, immo
 ex omnibus liberalissimae habent decreta sua, non tantum
 praecepta, sicut medicina. Itaque alia est Hippocratis secta,
 10 alia Asclepiadis, alia Themisonis. Praeterea nulla ars contem-
 platiua sine decretis suis est, quae Graeci uocant dogmata, 5
 nobis uel decreta licet appellare uel scita uel placita, quae et
 in geometria et in astronomia inuenies. Philosophia autem et
 contemplatiua est et actiua: spectat simul agitque. Erras enim,
 si tibi illam putas tantum terrestres operas promittere: altius
 spirat. Totum, inquit, mundum scrutor nec me intra contu- 10
 bernium mortale contineo suadere uobis aut dissuadere contenta.
 11 Magna me uocant supraque uos posita. «Nam tibi de summa
 caeli ratione deumque disserere incipiam et rerum primordia
 fol. 126^v pandam: unde omnis natura creet res, auctet alatque, || quo-
 que eadem rursus natura preempta resoluat», ut ait Lucretius. 15
 Sequitur ergo ut, cum contemplatiua sit, habeat decreta sua.
 12 Quid? quod facienda quoque nemo rite obibit nisi is, cui ratio
 erit tradita, qua in quaque re omnes officiorum numeros ex-
 sequi possit, quos non seruabit, qui in rem praecepta accepe-
 rit, non in omne. Inbecilla sunt per se et, ut ita dicam, sine 20
 radice, quae partibus dantur. Decreta sunt, quae muniant,
 quae securitatem nostram tranquillitatemque tueantur, quae
 totam uitam totamque rerum naturam simul contineant. Hoc
 interest inter decreta philosophiae et praecepta, quod inter

1 pleraque *Q B A* || 2 liberatissime *Q cum B A* || 3 hypocratis *Q*
 || 5 dignata (*pro dogmata*) *Q* || 6 et *om. ante in g. Q edd. vet.*
 || 9 opere *Q*, opera *B A*, operas *q* (*ubi terrestres promittere*
operas) alii ζ || 11 continuo *Q et pr. B* | aut *Q*, ac *rell.*
mss. et edd.: illud aptius uidetur || 12 magnā euocant *Q* || 14 om̄is
 naturae cre& *Q* | auct et *Q*, auctet *A*, ex auctet *B* | quoue
 eadem rursus *Lucr. I 57* || 15 eandem *Q* || 16 cum *om. Q B* |
 contempla *pr. Q* || 17 quicquid (*pro quid? quod*) *Q* | fatenda *Q*
 | his *Q* || 18 om̄s *Q* | exsequi *sic Q* || 19 in rem *Q B A vulg.:*
in rem praesentem con. Aem. Hermes idque recepit Hense du-
bitans an potius in rem praecipuam scribendum sit, in unam rem
prop. Linde, sed sufficere uidetur in rem cui opponitur in omne
 || 20 omne *Q B A q vulg.*, omnem *pauci* ζ *recepit Hense* | inbecillia
 sed posterior i punct. *Q* || 23 continent *Q*

elementa et membra: haec ex illis dependent, illa et horum
 causae sunt et omnium. «Antiqua» inquit «sapientia nihil aliud 13
 quam facienda ac uitanda praecepit, et tunc longe meliores
 erant uiri: postquam docti prodierunt, boni desunt. Simplex
 5 enim illa et aperta uirtus in obscuram et sollertem scientiam
 uersa est docemurque disputare, non uiuere.» Fuit sine dubio, 14
 ut dicitis, uetus illa sapientia cum maxime nascens rudis non
 minus quam ceterae artes, quarum in processu subtilitas cre-
 uit. Sed ne opus quidem adhuc erat remediis diligentibus. Non-
 10 dum in tantum nequitia surrexerat nec tam late se sparserat:
 poterant uitii simplicibus obstare remedia simplicia. Nunc
 necesse est tanto operosiora esse munimenta, quanto uehe-
 mentiora sunt, quibus petimur. Medicina quondam paucarum 15
 fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, uul-
 15 nera coirent; paulatim deinde in hanc peruenit tam multipli-
 cem uarietatem. Nec est mirum tunc illam minus negotii ha-
 buisse firmis adhuc solidisque corporibus et facili cibo nec
 per artem uoluptatemque corrupto: qui postquam coepit non
 ad tollendam, sed ad inritandam famem quaeri et inuentae
 20 sunt mille conditurae, quibus auuiditas excitaretur, quae desi-
 derantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor et 16
 neruorum uino madentium tremor et miserabilior ex crudita-
 tibus quam ex fame macies. Inde incerti labantium pedes et
 semper qualis in ipsa ebrietate titubatio; inde in totam cutem
 25 umor admissus distentusque uenter, dum male adsuescit plus
 capere quam poterat: inde suffusio luridae bilis et decolor

I membra num recte traditum sit, dubitat Badstuebner || 4 pro-
 dierunt om. Q || 5 nonobscuram pr. Q, in supra non scr. Q¹ | solertē
 Q cum B A || 7 dicitis Q || 8 ceteri pr. Q || 9 ad erat Q || 10 tantū
 lete (pro tam late) Q || 11 obstare media Q || 12 toto pr. Q |
 operosiora Q et pr. B || 13 petimus pr. Q, perimus corr. m. rec. |
 quodam pr. Q || 16 Necem pr. Q plane ex prava interpretatione
 compendii nec ē in scriptura continua, nec enim corr. m. rec. |
 illaminus Q || 22 uino om. Q || 23 fama pr. Q | labentiū Q cum
 B A q, labantium c || 25 humor Q et corr. B | uertendūmale (pro
 uenter dum male) Q || 26 lurididebilis Q

- vultus tabesque *intus* putrescentium et retorridi digiti articulis obrigescentibus neruorumque sine sensu iacentium torpor aut palpitatio ipsorum sine intermissione ui||brantium.
- fol. 127^r
- 17 Quid capitis uertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta et cerebri exaestuantis uerminationes et omnia, ⁵ per quae exoneramur, internis ulceribus adfecta? Innumera-bilia praeterea februm genera, aliarum impetu saeuientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore et multa
- 18 membrorum quassatione uenientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriae? Inmunes erant ab ¹⁰ istis malis, qui nondum se deliciis soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac uero labore durabant aut cursu defatigati aut uenatu aut tellure uersanda: excipiebat *exin* illos cibus, qui nisi esurientibus placere non posset. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum supel- ¹⁵ lectile nec tot ferramentis atque pyxidibus. Simplex erat ex causa simplici ualitudo: multos morbos multa fericula fecerunt. Vide, quantum rerum per unam gulam transiturarum
- 19 permisceat luxuria, terrarum marisque uastatrix. Necesse est

1 tabesque in se putrescentium *vulg.*: corporum *ante* in se *transferendum ex librorum collocatione post* palpitatio *putat Madvig*, tabesque viscerum putrescentium *P Thomas*, tabesque in se *p. dentium coni. Koch idque exhibet cod. Ottob.- Rom. 1579 teste Fickerto*, tabesque *intus p. Castiglioni cui adsentior* || 3 corporum *Q B A* *rell.*: *sustulit Muretus*, cordon *prop. Windhaus, tororum Rossbach, praecordiorum Buecheleer coll. ep. 74.3: palpitationem corporum tamquam tremorem ebrietati deditorum oppositum nervorum torpori explanari posse putat A. Bourgery (op. c. p. 258)*. Conicio ipsorum || 5 crebri *Q et pr. B* | exstuantis *pr. Q* || 8 aliarumrenui *pr. Q* | horrere *Q et pr. B* || 9 uiuentium *Q et pr. B* || 10 Inm- *sic Q* || 11 diliciis *pr. Q cum A* || 13 tollere *Q B A*, tellurem *q aliquot* ζ tellure *alii* ζ || uersantia *Q B A q* *rell.*: uersata *iam ed. Meniel.*, uersanda *corr. Windhaus*, durabant aut cursu defatigata aut uenatu aut tellure uersantia *q*: durabant. Aut *c. defatigatos aut u. aut tellure uersata excipiebat illos cibus cet. Aem. Hermes* || 14 exillos *Q*, illos *rell.*: *puto scriptum fuisse exi illos* | cibus *Q* || 15 suppell- *Q* || 16 ferramenta *Q*, ferramentu *pr. B* | pixidibus *radendo ex pux- Q*, puxidibus *pr. B* || 17 fericula *Q A* *vulg.*, fericula *pr. B* || 19 maris, *om. que Q*

itaque inter se tam diuersa dissideant et hausta male digerantur aliis alio nitentibus. Nec mirum, quod inconstans uariusque ex discordi cibo morbus est et illa ex contrariis naturae partibus in eundem compulsa redundant. Inde tam multo aegrotamus genere quam uiuimus. Maximus ille medicorum et huius scientiae conditor feminis nec capillos defluere dixit nec pedes laborare: atqui et capillis destituuntur et pedibus aegrae sunt. Non mutata feminarum natura, sed uicta est: nam cum uirorum licentiam aequauerint, corporum quoque uirilium incommoda aequarunt. Non minus peruigilant, non minus potant, et oleo et mero uiros prouocant; aequae inuitis ingesta uisceribus per os reddunt et uinum omne uomitu remetiuntur; aequae niuem rodunt, solacium stomachi aestuantis. Libidine uero ne maribus quidem cedunt: pati natae, di illas deaque male perdant! adeo peruersum commentae genus impudicitiae uiros ineunt. Quid ergo mirandum est maximum medicorum ac naturae peritissimum in mendacio prendi, cum tot feminae podagricae caluaeque sint? Beneficium sexus sui uitii perdiderunt et, qua feminam exuerant, damnatae sunt morbis uirilibus. Antiqui medici nesciebant dare cibum saepius et uino fulcire uenas cadentes, nesciebant sanguinem

1 hausta ex austrā Q | mala Q: hausta male male d. Gertz quem sequitur Hense² | digger- Q || 2 uariosq; pr. Q || 4 compsic Q A: in eundem locum vel ventrem compulsā coni. Stephanus | repugnant coni. Schultess | nullo Q B A q uell.: nullo non coni. Stephanus, nouo P. Thomas, multo Haupt idque recipio cum Hensio || 6 necapillos Q | dixit om. Q || 7 destituuntur pr. Q cum B, mutauit in discutiuntur m. rec. || 8 uicta Q B A complures 5 et uetustissimi edd., restituit Hense praecunte Madvigio: uita q alii 5 vulg. || 10 aequarus pr. Q, posteriorem ductum in u puncto notauit m. rec. || 11 putant Q || inuitis ex inuitiis Q B || 12 uomitu ex uomitum radendo Q || 13 aestimantis Q || 14 edi sed e punct. Q || 15 de aeq; Q | ideo Q | colente (pro commentae), extr. e punct. Q || 16 ueros pr. Q || 17 anaturae (pro ac n.) Q | inmeditatio pr. Q, etiam deterius mutauit in inmeditatione m. rec. || 18 sui Q B, suis A || 19 qua Q: accommodatius uidetur quam vulg. quia | feminaexuerant Q || 20 uiribus Q | Antiquis sed s abrasa Q, Antiquis pr. B | cibum] scyphum Pinciani « correctissimum exemplar » || 21 cadentis pr. Q B

mittere et diutinam aegrotationem balneo sudoribusque la-
 fol. 127^v xare, || nesciebant crurum uinculo brachiorumque latentem uim
 et in medio sedentem ad extrema reuocare. Non erat necesse
 circumspicere multa auxiliorum genera, cum essent pericu-
 23 lorum paucissima: nunc uero quam longe processerunt mala 5
 ualitudinis! Has usuras uoluptatum pendimus ultra modum
 fasque concupitarum. Innumerabiles esse morbos non miraberis:
 cocos numerata. Cessat omne studium et liberalia professi sine
 ulla frequentia desertis angulis praesident. In rhetorum
 ac philosophorum scholis solitudo est: at quam celebres cu-
 linae sunt, quanta circa nepotum focos iuuentus premit!
 24 Transeo puerorum infelicium greges, quos post transacta
 conuiuia aliae cubiculi contumeliae expectant. Transeo ag-
 mina exoletorum per nationes coloresque discripta, ut eadem
 omnibus leuitas sit, eadem primae mensura lanuginis, eadem 15
 species capillorum, ne quis, cui rector est coma, crispulis
 misceatur. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum,
 per quos signo dato ad inferendam cenam discurritur. Di boni,
 25 quantum hominum unus uenter exercet! Quid? tu illos boletos,
 uoluptarium uenenum, nihil occulti operis iudicas facere, etiam 20
 si praesentanei non fuerunt? Quid? tu illam aestiuam niuem
 non putas callum iocineribus obducere? Quid? illa ostrea,
 inertissimam carnem caeno saginatam, nihil existimas limosae

1 balneos odorib; q; pr. Q, balneis m. rec. perperam || 2 brachiorum
 om. que Q | uim om. Q || 3 reuocar & pr. Q || 7 concubitarum Q
 | non miraberis] non mirari vis? prop. Madvig, sed recte si-
 milem structuram enotauit Hense ex ep. 42,4 ubi, ut hic, ex asyn-
 deto non praefractor oritur sententiarum ordo: quod ad ep. 90,16
 attinet, cf. p. 13,16 s. adn. || 8 cess & Q || 9 rethorum Q A, ex rhe-
 torum B || 10 scolis Q | adquam Q || 11 pmit Q cum A q vulg.,
 premitur coni. Pincianus idque cum Haasio et P. Thomas recepit
 Hense adnotans sic fort. legendum esse in B ubi premit cum di-
 stinctionis signo: se premit Linde, se iuuentus premit Loeffstedt,
 sed premit per se sufficere uidetur et fort. occurrebat Senecae Ver-
 gilianum illud premeret Troiana iuuentus (Aen. I 467): sic etiam
 fit optima clausula || 14 discripta Q et pr. B, descr- A || 15 sit eadem
 ex sit aedem Q, ex sit taedem B || 16 crispulis Q || 18 signa
 pr. Q | inferendam pr. Q | cenā Q, cenam B caenam A | di Q
 vell. | 22 obduxere pr. Q || 23 inartissimā Q | caena pr. Q

grauitatis inferre? Quid? illud sociorum garum, pretiosam
malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe prae-
cordia? Quid? illa purulenta et quae tantum non ex ipso igne
in os transferuntur, iudicas sine noxa in ipsis uisceribus extin-
5 gui? Quam foedi itaque pestilentesque ructus sunt, quantum
fastidium sui exhalantibus crapulam ueterem! scias putre-
scere sumpta, non concoqui. Memini fuisse quondam in sermone 26
nobilem patinam, in quam quicquid apud lautos solet diem
ducere, properans in damnum suum popina congesserat: ue-
neriae spondylique et ostrea eatenus circumcisa, qua edun-
10 tur, interuenientibus distinguebantur echinis; totam turdi
structique sine ullis ossibus nulli constrauerant. Piget esse 27
iam singula: coguntur in unum sapes. In cena fit, quod
fieri debet saturo in uentre: expecto iam, ut manducata po-
15 nantur. Quantulo autem hoc minus est, testas excerpere
atque ossa et dentium opera cocum fungi? «Graue est
luxuriari per singula: omnia semel et || in eundem saporem
uersa ponantur. Quare ego ad unam rem manum porrigam?
plura ueniant simul, multorum ferculorum ornamenta coeant

fol. 128^r

2 falsa Q A, pr. B, q || 4 inrâsferuntur (pro in os transferuntur)
Q: an intra os feruntur? || 6 exal- Q | crapulã ex orap- Q:
crapulam hesternam conî. Cornelissen et Aem. Hermes, crapu-
lam. in ventre Gertz fort. rectius. An crapulam! in uentrem (uen-
trem unus ç vetustissimi edd.) ubi in uentrem ex sumpta pendeat?
|| 7 conloqui pr. Q || 8 sola pr. Q, solã m. rec. (pro solet) ||
10 spondiliq; Q | circumcisaq; dantur Q || 11 echini totã Q:
vide praef. p. XLVII | districtiq; Q, destructique B A, distinc-
tisque q alii ç, districtique aut destructique aut distractique vell.
ç et sic varie edd., destricti Schweighaeuser: cf. praef. ibid. || 12 multi
Q et pr. B | constrauerunt Erasm.¹ | iam esse nonnulli ç et vulg.
|| 13 conteguntur Q, coguntur B A sed punctum supra n priorem
B, congeruntur q alii ç ed. Mentel. ut coniecit Windhaus idque
ad congeriem ciborum saporumque una cumulatorum significandam
accommodatius fort. esset quam vulg. coguntur nisi ex praec. con-
gesserat interpolatum videretur | saporis Q B A | caena: Q |
quod Q et pr. B, qui q et corr. B, quid A || 14 debet sat Q et
pr. B, debet saturo A q et corr. B et sic vulg.: debebat conî. Gertz
idque recepit Hense | expecta Q fort. recte || 16 fugi Q | graue est
Q A, grauest pr. B idque recepit Hense || 17 omnia Q || 18 ponuntur
Q | ergo Q || 19 simultorum Q | ordimenta Q

- 28 et cohaereant. Sciant protinus hi, qui iactationem ex istis peti
et gloriam aiebant, non ostendi ista, sed conscientiae dari.
Pariter sint, quae disponi solent, uno iure perfusa; nihil in-
tersit: ostrea, echini, spondyli, mulli perturbati concoctique
29 ponantur.» Non esset confusior uomentium cibus. Quomodo
ista perplexa sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur,
sed inexplicabiles, diuersi, multiformes: aduersus hos et me-
dicina armare se coepit multis generibus, multis observa-
tionibus. Idem tibi de philosophia dico. Fuit aliquando sim-
plicior inter minora peccantes et leui quoque cura remediabiles:
30 aduersus tantam morum euersionem omnia conanda sunt. Et
utinam sic denique lues ista uindicetur! Non priuatim solum,
sed publice furimus. Homicidia compescimus et singulas caedes:
quid bella et occisarum gentium gloriosum scelus? Non auaritia,
non crudelitas modum nouit. Et ista quamdiu furtim et a
31 singulis fiunt, minus noxia minusque monstruosa sunt: ex se-
natus consultis plebisque scitis saeua exercentur et publice
iubentur uetata priuatim. Quae clam commissa capite luerent,
tum quia paludati fecere, laudamus. Non pudet homines,

1 existi Q cum B pr. || 2 agebant Q || 4 ostria Q et pr. B | echinis
pondus li Q, echini spondus li pr. B | mulli Q B et pr. A ubi
mullis; ut videtur corr. m. rec. || 5 est & (pro esset) Q | uomen-
tium Q recte, ex corr. B A || 7 aduersus hos Q expeditius quam
vulg. aduersus quos, cum praesertim ita vividior exstet comparatio
inter medicinae et philosophiae munera perplexiora hominum vitio
facta || 8 multigeneribus observationibus coni. Lipsius idque
repperunt Schweighaeuser et P. Thomas, multis remediis, multis
obs. G. Gemoll, multis remediorum generibus, multis obs. dubi-
tante Hense coll. § 22 extr., sed locutioni multis generibus (quam
exhibent libb. omnes) scil. multis modis vel rationibus (cf. § 19
extr.) facile subaudiri potest remediorum vel medendi vel aliud
simile, cum praesertim vis subiecta voci genus tam late pateat
|| 10 peccantis Q et pr. B | cura remediabiles Q cum B et pr.
A: medicabiles Erasm.² || 11 tantū Q | euersionē ex euersione est
m. rec. Q || 12 leues (pro lues) Q | uindicatur Q et pr. B || 13 pu-
lice pr. Q || 16 monstrosa Q et pr. B || 18 ue & a Q, uetata B A
q, uetata § et vulg.: uetata recepit Hense coll. vetavit Pers. V 90
et probat Ein. Loeffstedt clausulae causa | quaedam (pro quae
clam) Q | luerentur cod. Rehdig. I al. m. teste Fickertio, ut coni.
Haase et recepit P. Thomas || 19 tunc Q, tum B A (eadem super-
scr. m. rec. in A) | put & Q cum B A, pudet q vell. § | hominis Q

mitissimum genus, gaudere sanguine alterno et bella gerere
gerendaque liberis tradere, cum inter se etiam mutis ac feris
pax sit. Aduersus tam potentem explicitumque late furorem 32
operosior philosophia facta est et tantum sibi uirium sumpsit,
5 quantum is, aduersus quae parabatur, accesserat. Expeditum
erat obiurgare et indulgentes mero et petentes delicatiorum
cibum, non erat animus ad frugalitatem magna ui reducendus,
a qua paullum discesserat: «nunc manibus rapidis opus est, 33
nunc arte magistra.» Voluptas ex omni quaeritur, nullum intra
10 se manet uitium: in auaritiam luxuria praeceps est. Honesti
obliuio inuasit: nihil turpe est, cuius placet pretium. Homo,
sacra res homini, iam per lusum ac iocum occiditur et quem
erudiri ad inferenda accipiendaque uulnera nefas erat, is
iam nudus inermisque producitur satisque spectaculi ex ho-
15 mine hominis mors est. In hac ergo morum peruersitate 34
desideratur solito uehementius aliquid, quod mala || inuete- fol. 128v
rata discutiat: decretis agendum est, ut reuellatur penitus falso-
rum recepta persuasio. His si adiunxerimus praecepta, conso-
lationes, adhortationes, poterunt ualere: per se inefficaces

3 furor est (pro furorem) Q || 5 quantumuis Q, quantum
his q | aduersus quã Q cum B pr. | accesserit Q et pr. B |
expeditum tunc (vel tum) erat prop. Aem. Hermes, ante expe-
ditum e. Hense || 6 obiurgare & Q cum B pr. unde facile eruitur
obiurgare et | indulgentis Q et pr. B | potentis Q | delator
est Q, delatorem pr. B || 7 magna pr. Q, magnã m. rec.
perperam || 8 paulum Q et pr. B, paululum A et corr. B,
paulũ q cum aliis 5: paullum Haase | nunc — magistra] cf.
Verg. Aen. VIII 442 et VI 261 || 10 inauaritia Q | honestis
Q plane pro honestatis quod habent nonnulli 5 et vulgo edd. ante
Schweighaeuserum || 11 turpe est Q B A sed turpest pr. B idque
recepit Hense || 13 ad om. Q: an erudiri in inf. ? | is om. Q || 14
spectaculo Q | in homine vet. edd. a Rom. ad Lips.⁴, et ex homine
«vetus lectio» Pinc.: ex hominis morte est con. G. Gemoll, vix
hominis mors est Linde. Puto fuisse ex homine hominis mors,
scil. mors ab homine homini illata: plane noster significat meri-
diana circi spectacula de quibus cf. epp. 7, 3-5; 90, 45, huiusmodi
vero structurae saepe occurrunt apud nostrum cf. P. Thomas, Sé-
nèque. Morceaux choisis cet. Remarques p. 32 et A. Bourgeroy, op. c.
p. 370 s. || 16 desiderat Q | solitus Q, solitu A || 17 reuelatur
Q || 18 si om. Q | consolationis Q || 19 adorationes Q

- 35 sunt. Si uolumus habere obligatos et malis, quibus iam tenentur, auellere, discant, quid malum, quid bonum sit, sciant omnia praeter uirtutem mutare nomen, modo mala fieri, modo bona. Quemadmodum primum militiae uinculum est religio et signorum amor et deserendi nefas, tunc deinde facile cetera 5 exiguntur mandanturque iusiurandum adactis, ita in is, quos uelis ad beatam uitam perducere, prima fundamenta iacienda sunt et insinuanda uirtus. Huius quadam superstitione teneantur; hanc ament; cum hac uiuere uelint, sine hac nolint. «Quid ergo? non quidam sine institutione subtili euaserunt probi ma- 10 gnosque profectus adsecuti sunt, dum nudis tantum praeceptis obsecuntur?» Fateor, sed felix illis ingenium fuit et salutaria in transitu rapuit. Nam ut dii immortales nullam didicere uirtutem cum omni editi et pars naturae eorum est bonos esse, ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem in ea, quae 15 tradi solent, perueniunt sine longo magisterio et honesta complexi sunt, cum primum audiere: unde ista tam rapacia uirtutis ingenia uel ex se fertilia. Illis autem hebetibus et obtusis aut mala consuetudine obsessis diu robigo animorum effricanda est. Ceterum, ut illos in bonum pronos citius educit ad sum- 20

1 Si uolumus habere obligatos et malis *Q cum B A q* (oblig- *B A q*, et *om. q*): si nolumus (sic unus *5*) habere obligatos, set malis *conl. Baehrens*, si bono (uel bonis) uolumus habere obligatos et *m. Hense*, sed emendatione aut supplemento opus esse non uidetur, cf. quae mox dicuntur de sacramenti religione ac vi | tenetur *Q* | 2 auellere *Q B A* sed auellere *superscr. m. rec. in A* || 3 malefieri *Q et pr. B* || 4 malitiae *Q* || 5 singulorum *Q B A q* sed ignorum *superscr. m. rec. in A* | deferendi *Q* | ceterę *Q cum B A* || 6 mandanturq; *Q cum A et pr. B* | his *Q* || 7 et ad *Q* || 8 quaedam *Q* || 10 subtile *Q et pr. B* || 13 dii sic *Q B A* || 15 ex hominibus — in ea *om. Q* || 16 compl- sic *Q* || 17 audire *Q et pr. B*: audierunt, *om. unde Madvig* | unde] inde *Bartsch et Hilgenfeld*, sunt (sunt enim *Rosbach*) *Windhaus et P. Thomas*, abunde *A. I. Kronenberg*, sed nihil mutandum in hoc enuntiato relativo recte putat *Eug. Albertini* (*op. c. p. 193*) cum unde per brachylogiam significet «et sic explicantur» | iste *Q* || 18 et illis aut *Q cum B A* sed at *supra et scr. m. rec. in A*, at illis aut *vulg.*, Illis autem *cod. Harlei. 2659* idque recepit *Hense*² quem sequor | obt- sic *Q* || 19 rubigo *Q* | offerenda *Q* || 20 ut *Q B A*: et *Bartsch Madvig Hermes* || educit *Q B A q*: educet *Bartsch Madvig Hermes*

ma, et hos inbecilliores adiuuabit malisque opinionibus extrahet, qui illis philosophiae placita tradiderit: quae quam sint necessaria, sic licet uideas. Quaedam insident nobis, quae nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt; nec haec audacia re-
 5 primi potest nec illa inertia suscitari, nisi causae eorum eximuntur, falsa admiratio et falsa formido. Haec nos quamdiu possident, dicas licet: « hoc patri praestare debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus»: temptantem auaritia retinebit. Sciet pro patria pugnandum esse, dissuadebit timor; sciet pro amicis de-
 10 sudandum esse ad extremum usque sudorem, sed deliciae uetabunt; sciet in uxore grauissimum esse genus iniuriae paelicem, sed illum libido in contraria inpinget. Nihil ergo proderit dare praecepta, nisi prius amoueris obstatura praeceptis, non magis quam proderit arma in conspectu posuisse
 15 propiusque admouisse, nisi usurae manus expediuntur. Vt ad praecepta, quae damus, possit animus ire, soluendus est. Putemus aliquem facere, quod oportet: non faciet assidue, 39 non faciet aequaliter; nesciet enim, || quare faciat. Aliqua fol. 129^r uel casu uel exercitatione exhibunt recta, sed non erit in manu
 20 regula, ad quam exigantur, cui credat recta esse, quae fecit. Non promittet se talem in perpetuum, qui bonus casu est. Deinde praestabunt illi fortasse praecepta, ut quod oportet 40

1 ita (pro et) nonnulli ζ : non opus esse summa, ita et recte monet Hense | adiuuauit Q || 2 quae quam sint om. Q || 3 scilicet & Q cum B A, si licet nonnulli ζ : sic licet Haase | ad alia pigros Q cum q ζ , ad agros pigros B et pr. A || 5 exinuntur Q || 9 esse, sed diss. Koch | dissuadendum Q, desuadendum pr. B sed a exp., desudandum A sed a supra aliter e add. m. rec. || 10 usq; sudorem Q cum A q Harlei. 2659, usque ad sudorem pr. B: sudorem suspectavit Gruterus et uncis inclusit Hense, sed et sudorem ut desudandum translate dictum esse et clausulae numero commendari monet Ein. Loeffstedt | dil- Q || 11 in uxorem Aem. Hermes cum vet. edd. et sic P. Thomas sed recte confert Hense ep. 81, 16 || felicem (pro paelicem) Q || 12 inpingit Q B (inpinguit pr. B) | A q: inpinget Erasmi. || 15 admonuisse Q || 17 alique Q | assidue Q || 19 uel eas uel (pro uel casu uel) Q || 20 regule pr. Q | adquam Q, at quam B A || 21 casus Q B A, casu q alii ζ || 22 praestabunt tibi Q vell.: puto fuisse praestabunt illi (scil. ei qui facit quod oportet, qui bonus casu est) et corruptelam ex dittographia litterae t post praestabunt esse ortam

faciat, non praestabunt, ut quemadmodum oportet: at si hoc non praestant, ad uirtutem non perducunt. Faciet quod oportet monitus, concedo: sed id parum est, quoniam quidem
 41 non in facto laus est, sed in eo, quemadmodum fiat. Quid est cena sumptuosa flagitiosius et equestrem censum consumente? 5
 quid tam dignum censoria nota, si quis, ut isti ganeones loquuntur, sibi hoc et genio suo praestet? et deciens tamen sestertio aditiales cenae frugalissimis uiris constiterunt. Eadem res, si gulae datur, turpis est, si honori, reprehensionem
 42 effugit: non enim luxuria, sed impensa sollemnis est. Mullum 10
 ingentis formae — quare autem non pondus adicio et aliquorum gulam inrito? quattuor pondo et selibram fuisse aiebant — Tiberius Caesar missum sibi cum in macellum deferri et ueniri iussisset: « amici » inquit « omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apicius emerit aut P. Octauius. » Ultra spem illi 15
 coniectura processit: liciti sunt, uicit Octauius et ingentem consecutus est inter suos gloriam, cum quinque sestertiis emisset

1 facias Q B A q vulg. sed faciat ut videtur pr. B et hoc tuentur Gertz et Hense quos sequor | etsi Q q edd. vet.: puto fuisse at si || 3 munitus Q | concede pr. Q, concedet m. rec. deterius | qm̄ (scil. quoniam) Q B || 4 fuit Q || 5 caena Q cum B A | cc. Nam (litterae cc intervallo disiunctae et inter c. et Nam spatium vacuum) Q, cę nam sed nam transfossus B, caenam A ubi censum superscr. m. rec., censū q || 6 ganeoses Q B A, n supra s priorem scr. m. rec. in Q || 7 dociens Q, docens B A, totiēs q 5 vulg.: deciens corr. Aem. Hermes idque propius confirmat Quiriniani scriptura: « est senatorius census, quo similiter utitur de benef. VII 9,2 » adn. Hense || 8 adic- Q | frugalissimi Q | eodem Q || 9 singulae datur Q, singulae- datur B, singula edatur pr. A, ex facili corruptela | rephensionē Q, rephensionem Hense plane ex B A || 10 solemnis Q | multum Q || 12 inritant. inrito Q: an inuitans inrito? | agebant Q et pr. B || 13 T et spatium vacuum ad rell. litteras nominis Tiberius continendas sufficiens Q | ueniri Q q et pr. B A et vetustissimi edd., recepit Hense coll. Diomede p. 368,24 K. || 14 et (pro me) Q || 15 malum Q, mallum pr. A | aspicius quidem emerat Q ubi quidem emerat interpolatum apparet ex ne Apicius quidem emerat quod infra legitur | po&a octauius Q | ilico iactura Q, illi coiectura pr. B || 16 liciti sunt Q B A vetustissimi edd. idque revocaverunt Hermes et Hense, licitati vulg. | ingente/inconsecutus pr. Q || 17 est om. Q | sestertius Q A sed prior ductus litterae u punct. in Q, millib. sestertium

piscem, quem Caesar uendiderat, ne Apicius quidem emerat.
 Numerare tantum Octauio fuit turpe, non illi, qui emerat,
 ut Tiberio mitteret, quamquam illum quoque reprehende-
 rim: admiratus est rem, qua putauit Caesarem dignum.
 5 Amico aliquis aegro adsidet: probamus. At hoc hereditatis 43
 causa facit: uultur est, cadauer expectat. Eadem aut turpia
 sunt aut honesta: refert, quare aut quemadmodum fiant.
 Omnia autem honeste fient, si honesto nos addixerimus idque
 unum in rebus humanis bonum iudicariimus quaeque ex eo
 10 sunt; cetera in diem bona sunt. Ergo infigi debet persuasio ad 44
 totam pertinens uitam: hoc est, quod decretum uoco. Qualis
 haec persuasio fuerit, talia erunt, quae agentur, quae cogita-
 buntur: qualia autem haec fuerint, talis uita erit. In particu-
 las suasisse totum ordinanti parum est. M. Brutus in eo libro, 45
 15 quem *περὶ καθήκοντος* inscripsit, dat multa praecepta et
 parentibus et liberis et fratribus: haec nemo faciet, quemad-
 modum debet, nisi habuerit, quo referat. Proponamus oportet
 finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum
 nostrum dictumque respiciat: ueluti nauigantibus || ad aliquod fol. 129^v
 20 sidus derigendus est cursus. Vita sine proposito uaga est: quod 46
 si utique proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta.

corr. m. rec. in A: at quinque sestertiis neutro genere idem esse ac quinque millibus sestertium constat || 1 quae pr. Q B | uendiderat ex uind- Q | aspicius Q | quidem emerat quidem sed alterum quidem exp. Q || 2 numerar& Q | tantum hoc octauio Q | non Q et pr. B, nam B corr., A q vulg. | ille Q B A q vulg.: non illi «vetus lectio» Pinc. || 3 rephenderim Q, reprenderim Schweighaeuser Hense || 5 ad Q et pr. B || 7 fiunt Q || 8 honeste Q et pr. B et sic vulg., honesta ex corr. B idque praefert Hense cum aliis | fiant Q | idq; inunum Q || 9 iniudicaremus Q, iudica/remus pr. B ubi ue in fine lineae add. et e in i corr. alia m.: iudicariimus fuisse suspicatus est Fickert idque cum Haasio recipio, iudicauerimus vulg. || 10 infide Q, infidi pr. B, infundi q alii 5 || 12 fuerit sed i in ras. Q | alia Q | cogitabantur Q et pr. B || 14 Magister brutus Q || 15 quaein (pro quem) Q | perichante contes Q | dat ex dati Q B || 17 nihil (pro nisi) Q | pferat Q cum B A q, referat cod. Vatic.-Rom. 2207 teste Fickerto et sic Muretus || 18 atq; (pro ad quem) Q et pr. B || 19 respiciunt Q | aliquod ex aliquot Q || 20 dirig- Q B A

Illud, ut puto, concedes, nihil esse turpius dubio et incerto ac timide pedem referente. Hoc in omnibus rebus accidet nobis, nisi eximuntur, quae reprimunt animos et detinent et
 47 *parere* conarique totos uentant. Quomodo sint dii colendi, solet praecipui. Accendere aliquem lucernas sabbatis prohibeamus, 5 quoniam nec lumine dii egent et ne homines quidem delectantur fuligine. Vetemus salutationibus matutinis fungi et foribus adsidere templorum: humana ambitio istis officiis capitur; deum colit, qui nouit. Vetemus linthea et strigiles Ioui ferre et speculum tenere Iunoni: non quaerit ministros deus. Quidni? 10 ipse humano generi ministrat, ubique et omnibus praesto est.

48 Audiatur licet, quem modum seruare in sacrificiis debeat, quam procul resilire a molestis superstitionibus: numquam satis profectum erit, nisi qualem debet deum mente conceperit,

49 omnia habentem, omnia tribuentem, beneficium gratis. Quae 15 causa est diis bene faciendi? natura. Errat, si quis illos putat nocere nolle: non possunt. Nec accipere iniuriam queunt nec facere: laedere etenim laedique coniunctum est. Summa illa ac pulcherrima omnium natura quos periculo exemit, ne

1 inputo (*pro ut puto*) Q || 2 actu. Modo pede referente Q, actumodo *etiam pr. B*, actu modo pedē referente, modo producente q: ac timido pedē modo referēte modo producēte *ed. Ven. a. 1490 fol. XLVI^v et sic vulg.*; actu, modo progrediente, modo pedem referente *Haase*, ac timide p. proferente *Aem. Hermes*, ac motum modo p. referente *Io. Mueller*, actu ac timide p. ref. *P. Thomas*, ac timide p. ref. *Bartsch quem sequor cum Hensio* | accidit Q || 3 nisi Q q 5, *om. B A*: nisi non necessarium esse, si post nobis puncto distinguatur et eximuntur in eximantur mutetur, *putat Rossbach* | reprimunt Q q (*al reprehendunt i repellunt superscr. est in q*), reprimunt B A, reprimunt aliquot 5 | et *om. ante detinent Q*, ac q | & pconarique Q cum B A: *cf. praef. ibid.* || 4 dii sic Q B A || 5 sabbatis Q | prohibeamus Q B A, prohibemus q prohibeamus alii 5 || 6 dii sic Q B A | delectantur Q, dil- B A || 9 strigiles Q *recte, ex corr. B A* | ferri Q B A q, ferre 5 || 10 deos Q | quidni? | quid ita? *prop. Guil. Gemoll* || 12 quemadmodum Q q cum A et *pr. B* | quā ex quē Q || 13 resiliare Q | molestiis Q A et *pr. B*, molestiis et a s. q || 15 beneficium Q B A q (*benefit- q*), beneficium (*ut con. Windhaus et Madvig cod. Velz.* | dātē post gratis habet q sicut addidit in B m. recentissima, quod glossesema complures vet. edd. receperunt || 16 diis sic Q | beneficiendi Q

periculosos quidem fecit. Primus est deorum cultus deos credere: 50
 deinde reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem, sine
 qua nulla maiestas est; scire illos esse, qui praesident mundo,
 qui uniuersa ui sua temperant, qui humani generis tutelam
 5 gerunt interdum incuriosi singulorum. Hi nec dant malum
 nec habent: ceterum castigant quosdam et coercent et inro-
 gant poenas et aliquando specie boni puniunt. Vis deos propi-
 tiare? bonus esto. Satis illos coluit, quisquis imitatus est.
 Ecce altera quaestio, quomodo hominibus sit utendum. Quid 51
 10 agimus? quae damus praecepta? Vt parcamus sanguini hu-
 mano? quantum est ei non nocere, cui debeas prodesset!
 Magna scilicet laus est, si homo mansuetus homini est. Prae-
 cipiemus, ut naufrago manum porrigat, erranti uiam monstret,
 cum esuriente panem suum diuidat? Quandoque omnia, quae
 15 praestanda ac uitanda sunt, dicam? cum possim breuiter hanc
 illi formulam humani officii tradere: omne hoc, quod uides, quo 52
 diuina atque humana conclusa sunt, || unum est: membra su- fol. 130 r
 mus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex isdem
 et in eadem gigneret. Haec nobis amorem indidit mutuum et
 20 sociabiles fecit. Illa aequum iustumque composuit; ex illius
 constitutione miserius est nocere quam laedi: ex illius im-
 perio paratae sint iuuandis manus. Ille uersus et in pectore 53

1 L ante primus Q: dubito utrum compendium sit particulae
 uel qua superlatiui augeatur vis, an nota significans Lectio vel Lege
 quae ex margine in contextum irrepserit || 2 illis om. Q | magest- Q ||
 4 qui (pro ui) Q, ut B, pr. A, q || 5 curiosi Q B A q vell.: corr. Madvig
 || 6 coercent Q sed h supra oe add. ead. m. | interrogant Q ||
 9 quid inter hominibus et sit Q, quidē q alii 5 || 10 pareamus san-
 guine Q et pr. B || 11 et (pro ei) Q, pr. B, q || 12 hominem (pro ho-
 mini est) Q || 13 et (pro ut) Q et pr. B || 14 quando Q B A q vulg.
 cur autem con. Rossbach ex verbo curauerit quod aliquot 5 inter
 uitanda sunt et dicam inserunt, at quare mauult Aem. Hermes,
 quam diu Koch, quando tuenitur Windhaus et Hense. Opinor
 scribendum esse quandoque, scil. aliquo tempore, aliquando: cf. ep.
 107,22 ut quandoque moriaris al. || 16 fortunam Q et pr. B ||
 17 s. sunt (pro sumus) Q || 18 cumnatos Q | ex hisdem Q, existem B ||
 20 illis Q et sic mox || 22 iuuantis Q iuuantes corr. m. rec., illud ha-
 bent etiam complures 5 et edd.: iuuandis B A quos sequor cum Hen-
 sio, in ad iuuandum mutauit m. rec. in B idque exhibet q | illi Q B A

et in ore sit: «homo sum, humani nihil a me alienum puto.»
Ita habeamus: in commune nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quae casura, nisi in uicem obstarent, hoc ipso sustinetur. Post deos hominesque dispiciamus, quomodo rebus sit utendum. In superuacuum praecepta
 54 iactauimus, nisi illud praecesserit, qualem de quacumque re habere debeamus opinionem, de paupertate de diuitiis, de gloria de ignominia, de patria de exilio. Aestimemus singula
 55 fama remota et quaeramus, quid sint, non quid uocentur. Ad uirtutes transeamus. Praecipiet aliquis, ut prudentiam magni
 aestimemus, ut fortitudinem complectamur, iustitiam, si fieri potest, propius etiam quam ceteras nobis adplicemus; sed nihi aget, si ignoramus, quid sit uirtus, una sit an plures, separatae aut innexae, an qui unam habet, et ceteras habeat, quo inter
 56 se differant. Non est necesse fabro de fabrica quaerere, quod
 eius initium, quis usus sit, non magis quam pantomimo de arte saltandi: omnes istae artes si sciuntur, nihil deest. Non enim ad totam pertinent uitam: uirtus et aliorum scientia est
 57 et sui; discendum de ipsa est, ut ipsa discatur. Actio recta non erit, nisi recta fuerit uoluntas: ab hac enim est actio. Rursus
 uoluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit: ab hoc enim est uoluntas. Habitus porro animi non erit in optimo, nisi totius uitae leges perceperit et quid de quoque iudican-

et nonnulli edd., isti vet. ab editione Romana ad Erasmi alteram, illi versus hic et q: plane illi vel isti ecripturam iuuantis requirit ad eamque refertur || 1 Os humanum (pro homo sum, humani) Q, ho. sum *pr. B* | post puto *distinxit m. rec. in Q* || 2 habeamus Q *rell.: vide praef. p. XLVII s. || 3 s. obstaret Q B A q rell.: corr. Erasmi.² || 6 iactabimus prop. Lipsius, recepit Ruhkopf* || 8 singuli Q || 10 imprudentiā (pro ut pr.) Q || 11 compl- sic Q A || 12 nihil Q cum q (nichil q) *aliis 5 et vet. edd., nil B A* || 13 ag& Q cum B A *sed post aget aliquid rasi in B, agemus q alii 5 Fickert Haase, agetur vulg.: illud recipio cum Hensto* || 14 an innexae q *alii 5 vulg.* || 15 fabrica ex fabrico Q || 17 om̄s iste sesciunt Q: *vide praef. p. XLVIII* | nihilde est Q, nichil eis deest q cum *aliis 5* || 19 deipso Q | inipsa (pro ut ipsa) Q || 20 hac ex hoc Q || 21 uoluptas Q et *pr. B* || 22 animi *pr. Q in anim' mutatum perperam m. rec.* || 23 pceperit ex pcep- Q | et om. ante quid Q

dum sit, exegerit, nisi res ad uerum redegerit. Non contingit
 tranquillitas nisi inmutabile certumque iudicium adeptis:
 ceteri decidunt subinde et reponuntur et inter missa adpe-
 titaque alternis fluctuantur. Causa iis quae iactationis est? 58
 5 quod nihil liquet incertissimo regimine utentibus, fama. Si
 uis eadem semper uelle, uera oportet uelis. Ad uerum sine de-
 cretis non peruenitur: continent uitam. Bona et mala, honesta
 et turpia, iusta et iniusta, pia et impia, uirtutes ususque uir-
 tutum, rerum commodarum possessio, existimatio ac dignitas,
 10 ualitudo, uires, forma, sagacitas sensuum: haec omnia aesti-
 matorem desiderant. Scire || liceat, quanti quidque in censum fol. 130^v
 sit deferendum. Falleris enim et pluris quaedam quam sunt 59
 putas, adeoque falleris, ut, quae maximi inter nos habentur,
 diuitiae, gratia, potentia, sestertio nummo aestimanda sint. Hoc
 15 nescies, nisi constitutionem ipsam, qua ista inter se aestiman-
 tur, inspexeris. Quemadmodum folia per se uirere non possunt,
 at ramum desiderant, cui inhaereant, ex quo trahant su-
 cum: sic ista praecepta, si sola sunt, marcent: infigi uolunt
 20 ipso confirmari illa, quo tolluntur. Quid enim dicunt? 60

3 subinde *om. Q* | et *om. Q* | intermissa *Q B A*: *distinxit Schweighaeuser* || 4 causa usq; *Q*: *vide praef. ibid.* || 5 incertissima *Q* || 6 uera *om. Q* || 7 bonã *Q* || 8 turpis *Q* || 9 dignitatis *Q B A q* || 10 ualitudo *ex ualido Q* | sagacitas *Q q 5*, sagittas *in sanitas corr. B*, sanitas *A* | sensum *Q B A* || 12 sit *om. Q*, *anteponit voci* deferendum *q*, quem uerborum ordinem praefero *vulgato* deferendum sit quia et sit post censum *facilius in Q* *intercidere potuit et clausula apud Senecam non minus usitata efficitur* || 13 maxima *Q q 5 vulg.*, maxime *B A*: maximi *corr. Windhaus quem sequor cum Hensio, quamvis non solum maximi rarum sit ei maxima idem valeat atque res maximi pretii, sed etiam dubium sit utrum maxima an maxime ex formae aequandae cum praeced. quae studio ortum sit* || 14 aestimanda sint *om. Q* || 15 nescies *Q q 5 «vetus lectio» Pinc.*, nescias *B A* | quia *sed i punct. Q* | interra aestimantur *Q*, inter aestimantur *pr. B*: rite aestimantur *coni. Gertz* || 16 foliae *sed e punct. Q* | uiuere *Q* || 17 ramum enim desiderant *prop. Aem. Hermes: malo supplere ante ramum particulam at quae propter extremam syll. praecedentis vocis possunt facile intercidere potuit* || 18 mercent *pr. Q*

praeceptis uitam satis explicari, superuacua esse secreta sapientiae, id est dogmata. Atqui hoc ipsum, quod dicunt, decretum est tam <me>hercules quam si nunc ego dicerem recedendum a praeceptis uelut superuacuis, utendum esse decretis, in haec sola studium conferendum: hoc ipso, quo negarem cu-
 61 randa esse praecepta, praeciperem. Quaedam admonitionem in philosophia desiderant, quaedam probationem et quidem multa quae inuoluta sunt uixque summa diligentia ac summa subtilitate aperiuntur. Si probationes *necessariae*, necessaria sunt et decreta, quae ueritatem argumentis colligunt. Quaedam aperta 10 sunt, quaedam obscura: aperta, quae sensu comprehenduntur, quae memoria; obscura, quae extra haec sunt. Ratio autem non impletur manifestis: maior eius pars pulchriorque in occultis est. Occulta probationem exigunt, probatio non sine de-
 62 cretis est: necessaria ergo decreta sunt. Quae res communem 15 sensum facit, eadem perfectum, certa rerum persuasio: sine qua si omnia in animo natant, necessaria sunt decreta, quae
 63 dant animis inflexibile iudicium. Denique cum monemus aliquem, ut amicum eodem habeat loco, quo se, ut ex inimico cogitet fieri posse amicum, in illo amorem incitet, in hoc 20 odium moderetur, adicimus: «iustum est et honestum.» Iustum autem honestumque decretorum nostrorum continet ratio:

1 supuacuum Q et pr. B (superuac- B) | secr&a Q: vide praef. p. XLVIII s. | sapientia Q || 2 adqui Q | quo dicunt Q et pr. B || 3 tam hercules Q B A (-lus A), tam me hercules q cod. Velz. || 4 a praeceptis — utendum om. Q: plane scriptum erat recedendum esse a praeceptis — utendum esse cet. ut scr. Schweighaeuser, et librarii oculus ab altero ad alterum esse aberravit || 7 desiderat pr. Q || 8 multa quae Q: vide praef. p. XLIX || 9 s. necessariasunt et decreta Q: vide praef. ibid. || 12 memoriae obscure Q || 14 occulta pr. Q, occultâ m. rec. perperam || 16 certa/rumrerum Q et sic q alii 5 edd. usque ad Ruhkopfium, certarum B A sed in certum corr. B: certa rerum Schweighaeuser || 17 quasi Q B sed si punct. B, qua si A || 18 commonemus (pro cum monemus) Q || 19 eodem pr. Q, eadem m. rec. perperam | quae pr. Q || 21 iustum est honestum Q et pr. B | iustumq; decretori/um (pro iustum autem honestumque decretorum) Q q (decretorum q): etiam in B, qui lacuna non laborat, ante u una litt. rasa est in decretorum

ergo haec necessaria est, sine qua nec illa sunt. Sed utrum-
 que iungamus: namque et sine radice inutiles rami sunt et 64
 ipsae radices is, quae genuere, adiuuantur. Quantum utilitatis
 manus habeant, nescire nulli licet, aperte iuuant: cor illud,
 5 quo manus uiuunt, ex quo impetum sumunt, quo mouentur,
 latet. Idem dicere de praeceptis possum: aperta sunt,
 decreta uero sapientiae in abdito. Sicut sanctorum tantum
 initiati sciunt, ita in philosophia arcana illa
 admissis receptisque in sacra ostenduntur; at praecepta et
 10 alia huiusmodi profanis quoque nota sunt. Posidonius non
 tantum praeceptionem — nihil enim nos hoc uerbo uti prohi-
 bet — sed etiam suasionem et consolationem et exhortationem
 necessariam iudicat. His adicit causarum inquisitionem, aetio-|| fol. 131r
 logian quam quare nos dicere non audeamus, cum grammatici,
 15 custodes Latini sermonis, suo iure ita appellent, non uideo.
 Ait utilem futuram et descriptionem cuiusque uirtutis: hanc
 Posidonius ethologian uocat, quidam characterismon appellant,
 signa cuiusque uirtutis ac uitii et notas reddentem, quibus inter
 se similia discriminentur. Haec res eandem uim habet quam
 20 praecipere; nam qui praecipit, dicit: «illa facies, si uoles tem-
 perans esse», qui describit, ait: «temperans est, qui illa facit,
 qui illis abstinet.» Quaeris, quid intersit? alter praecepta uir-
 tutis dat, alter exemplar. Descriptiones has et, ut publicanorum

I utraq; Q et sic plerique edd. usque ad Schweighaeuserum
 || 3 his Q q plerique edd. usque ad Schweighaeuserum, is pr. B
 «fort. recte» adm. Hense || 4 habeat Q B A q, habeant s | liceat
 Q || 8 sunt (pro sciunt) Q | in om. Q | arcana illa om. Q || 9 ad
 Q et pr. B || 10 huiusmodi Q et sic vet. edd. usque ad
 Ruhkopfium, eiusmodi vell. mss. et edd. recentiores | Possid- Q ||
 13 s. ethiologiam Q et pr. B (-gian B), ethimologian A et corr. B
 || 14 nos dicere non Q q vetustiores et castigatiores codd. Romani, non
 (ñ A) dicere non B A sed prius non exp. B || 15 sermones pr. Q
 || 16 s. hanc Posidonius om. Q || 17 ethiologiam Q, ethologian B A
 sed n ex m ut videtur A | uocant Q | characteres ex caractens ñ
 (plane pro characterismon) corr. m. rec. in Q, characterismon B A
 || 19 similem Q | eam demum Q B A (demũ B A), eam uim demũ
 q, eandem uim (ut scripserat Erasm.¹) cod. Velz. quam scriptu-
 ram prave divisam et interpolatam in eam demum latere liquet ||
 20 uolens Q || 23 alta pr. Q, altera compend. corr. m. rec.

- utar uerbo, iconismos ex usu esse confiteor: proponamus
 67 laudanda, inuenietur imitator. Putas utile dari tibi argumenta,
 per quae intellegas nobilem equum, ne fallaris empturus, ne
 operam perdas in ignauo? Quanto hoc utilius est, excellentis
 animi notas nosse, quas ex alio in se transferre permittitur. 5
 68 « Continuo pecoris generosi pullus in aruis altius ingreditur
 et mollia crura reponit: primus et ire uiam et fluuios temptare
 minantis audet et ignoto sese committere ponti, nec
 uanos horret strepitus. Illi ardua ceruix argutumque caput,
 breuis alius obesaque terga, luxuriatque toris animosum pec- 10
 tus. Tum, si qua sonum procul arma dederunt, stare loco ne-
 scit, micat auribus et tremit artus conlectumque premens uol-
 69 uit sub naribus ignem.» Dum aliud agit, Vergilius noster de-
 scripsit uirum fortem: ego certe non aliam imaginem magno
 uiro dederim. Si mihi M. Cato exprimendus sit, inter fragores 15

1 iconismo Q B A (icon- B A), iconismos *cod. Velz.* | exusus Q | propinamus *pr. Q* || 2 imitatur Q A et *pr. B* | dari *ex clari Q* || 3 intelligas Q | aequum Q | fallaris/empturus Q *cum B pr. recte* | eo operam (*pro ne op.*) Q B A, ne op. q *alii* § || 5 transferre *pr. Q sed lineolam supra a addidit m. rec.*: ex illo in se transf. *con. Aem. Baehrens* || 6-13 continuo — ignem] *cf. Verg. georg. III 75-85*: pusillus Q | inanus *pr. Q (plane pro in aruis), inanis ut videtur corr. m. rec. deterius* | ingreditur Q *recte*, increditor B A || 7 cruta Q | exire (*pro et ire*) Q | temperare *pr. Q* || 8 minantis *pr. Q*, minantes *m. rec.* | ignoto sese Q *recte*, ignotos esse B A | pontio *sed i punct. Q*, ponti A et *pr. B* || 9 argutumq; *pr. Q* | capud Q || 10 breues *pr. Q cum B A*, breuis *corr. m. rec. in Q* | alius *pr. Q* | pectus. tunc si qua Q *cum optimis libb. ubi tum legitur: v. Honesti — et gilvo quae inter pectus et Tum leguntur in Verg. georg. III 81-3 plus minusve accurate exhibent q aliique* §, *sed Senecam ex sua consuetudine locum sententiarum nexui accommodasse liquet, omissis eis quae de equorum colore honesto et deterrimo a Vergilio addita ad viri fortis imaginem exprimendam nihil conferre videbantur* || 11 dedef Q q *cum B A*, dedere *vulg. et Verg.* || 12 extremit (*pro et tremit*) Q | coniectumq; Q *nonnulli* § *et vetustissimi edd.*, conlectum *ex corr. B*, conectum A, collectumque q *Verg.* || 13 aliut Q | uirg- Q || 15 simihicato Q *cum B A sed praenomina initiali litterae spatio relicto in A, M. om. etiam q cum plerisque* § *et edd. usque ad Schweighaeuserum* | *post exprimendus superscr. fuerit q: sit mihi Cato expr. scr. Schweighaeuser, sit post expr. supplevit Aem. Hermes quem sequor cum Hensio*

bellorum ciuiliū inpauidus et primus incessens admotos iam
 exercitus Alpibus ciuilique se bello ferens obuuium: non alium
 illi adsignauerim uultum, non alium habitum. Altius certe nemo 70
 ingredi potuit quam qui simul contra Caesarem Pompeiumque
 se sustulit et aliis Caesareanas opes, aliis Pompeianas [tibi]
 fountibus utrumque prouocauit ostenditque aliquas esse
 et rei publicae partes. Nam parum est in Catone dicere:
 «nec uanos horret strepitus.» Quidni? cum ueros uici-
 nosque non horreat, cum contra decem legiones et Gallica
 10 auxilia et mixta barbarica arma ciuilibus uocem liberam mit-
 tat et rem publicam hortetur, ne pro libertate decidat, sed
 omnia experiatur, honestius in seruitutem casura quam itura.
 Quantum in illo uigoris ac spiritus, quantum in publica tre- 71
 pidatione fiduciaest! Scit se unum esse, de cuius statu non
 15 agatur: non enim quaeri, an liber Cato, sed an inter liberos
 sit: inde periculorum gladiatorumque contemptus. Libet || ad- fol. 131^v
 mirantem inuictam constantiam uiri inter publicas ruinas
 non labantis dicere: «luxuriatque toris animosum pectus.»
 Proderit non tantum quales esse soleant boni uiri, dicere for- 72
 20 mamque eorum et lineamenta deducere, sed quales fuerint

1 incessens Q | admotus Q B A, admotos q «*vetus lectio*» Pinc.
 || 2 ferens *iteratum* in Q || 5 cesare aneas pr. Q, cesari aneas corr.
m. rec., caesareaneas pr. B | alii pompeianus Q | tibi fountibus Q
 B A sed tib transfodit m. ut videtur recentior in B: vide praef. p. XLIX s.
 || 6 ostendit (om. que) Q || 7 rei publicae totis litteris Q, rei .p.
 B A | partes ex artes Q || 8 uanus pr. Q | quidni] quid ita Guil.
Gemoll | uiros Q B A q, ueros 5 || 9 horret Q || 11 decidat/de-
 cidat Q | sed non omnia Q: sed omnia q cod. Harlei. 2659 π; omnia
om. B A in fine folii et quaternionis: extrema prop. Aem. Her-
mes. Quiriniani scriptura adducor ut suspicer sed uero omnia:
de aduersativo nexu sed uero quo alterum membrum efficacius
opponitur, cf. Draeger synt.² II p. 99 || 13 hac Q || 14 fiduciaest
 Q, fiduciae ē q | statum sed m transf. Q || 15 post quaeri ad-
 dunt oportet aut debet nonnulli 5 || 16 gladiatorumq; pr. Q, su-
 pra a flexum addidit m. rec. deterius; gladiatorumque B A, gla-
 diorumque unus 5 | libet Q recte, libet Q A sed prius li
transf. B || 19 proderint Q B A sed n deleta est in B | soleant
 pr. Q | formamque Q || 20 linimenta Q, liniamenta A q et pr. B
 | didi/cere Q

narrare et exponere, Catonis illud ultimum ac fortissimum uulnus, per quod libertas emisit animam, Laeli sapientiam et cum suo Scipione concordiam, alterius Catonis domi forisque egregia facta, Tuberonis ligneos lectos, cum in publicum sternerent, haedinasque pro stragulis pelles et ante ipsius Iouis 5 cellam adposita conuiuuis uasa fictilia. Quid aliud paupertatem in Capitolio consecrare? Vt nullum aliud factum eius habeam, quo illum Catonibus inseram, hoc parum credimus? censura 73 fuit illa, non cena. O quam ignorant homines cupidi gloriae, quid illa sit aut quemadmodum petenda! Illo die populus 10 Romanus multorum suppellectilem spectauit, unius miratus est. Omnium illorum aurum argentumque fractum est et [in] milliens conflatum, at omnibus saeculis Tuberonis fictilia durabunt. VALE.

EXPLICIT LIBER XV.

15

2 uulnus *sed t punct. Q* | amisit *Q B A q vell.*: emisit *Henr. Stephanus* | laeti *Q et pr. B, Laelii corr. B et vulg., Laeli Hense.* || 3 foris quae *Q* || 4 lectos *ex lectus Q B, lectulos «vetus lectio» Pinc. et sic nonnulli vet. edd.* || 5 sternerentur *q vet. edd. vulgo usque ap Ruhkopfium: sterneret coni. Aem. Hermes, sed sternerent recte interpretatur A. Bourgery (op. c. p. 387): v. cum in publicum sternerent tamquam glossema suspectat Eug. Albertini (op. c. p. 195 adn. 1)* | haedinas quae *Q, haedinasque A* || 6 celle *Q* | conuiuuis *vulg. edd. a Mureto ad Schweighaeuserum idque praefert Aem. Hermes, conuiuuis, non conuiuuis ut enotauerat Fickert, legi in cod. Rehdig. I affirmat Rossbach* | paupertate *Q* || 7 factam *Q* || 8 catonibus *Q recte, cationibus B A* || 9 caena *Q* || 10 petendo *ex -da ut videtur Q* || 11 suppellectile *Q, supellectile B A sed una litt. rasa est in B post e extr. supra quam addidit lineolam m. rec.* | miratus *Q recte, ex miseratus B A* || 12 factum *Q* | & inmilliens *Q cum A B sed alteram n deleuit m. rec. in B, et milies pauci ζ, uile res (r punct.) q, in uile es alius ζ et ed. Mentel. (scil. in vile aes, in vilem pecuniam): codicis q scriptura fort. corrupta est ex in mile (pro mille) res quod apparet glossema pristinae lectionis milies vel milliens* || 15 EXPLICIT LIBER XV. INCIPIT LIBER XVI. VALE. SENECA LVCILIO SVO SAL. Q

INCIPIT LIBER XVI.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Tam intus indignaris aliquid aut quereris et non intellegis 1 Ep. XCVI
 nihil esse in istis mali nisi hoc unum, quod indignaris et que-
 5 reris? Si me interrogas, nihil puto uiro miserum nisi aliquid
 esse in rerum natura, quod putet miserum. Non feram me,
 quo die aliquid ferre non potero. Male ualeo: pars fati est.
 Familia decubuit, faenus offendit, domus crepuit, damna,
 uulnera, labores, metus incucurrerunt: solet fieri. Hoc parum
 10 est: debuit fieri. Decernuntur ista, non accidunt. Si quid cre- 2
 dis mihi, intimos affectus meos tibi cum maxime detego: in
 omnibus, quae aduersa uidentur et dura, sic formatus sum:
 non pareo deo, sed adsentior; ex animo illum, non quia necesse
 est, sequor. Nihil umquam mihi incidet, quod tristis excipiam,
 15 quod malo uultu: nullum tributum inuitus conferam. Omnia
 autem, ad quae gemimus, quae expauescimus, tributa uitae
 sunt: horum, mi Lucili, nec speraueris immunitatem nec pe-
 tieris. Vesicae te dolor inquietauit, epistulae uenerunt parum 3
 dulces, detrimenta continua, propius accedam, de capite ti-
 20 muisti. Quid, tu nesciebas haec te optare, cum optares senec-
 tutem? Omnia ista in longa uita sunt, quomodo in longa uia et
 puluis et lutum et pluuias. « Sed uolebam uiuere, carere tamen 4

3 Tamen tu *Q q vell. mss. et edd.: vide praef. p. L* | queris
Q || 6 patet *Q* || 9 labores *ex -ris Q* || 14 nihilū/quam *Q B* ||
 16 adque *ex atq; Q* || 18 Uesicaetē *Q*, uesica te *B A*, uesice te *q* |
 Epistulae *Q*, Epulle *q* epulae *alii ζ et vet. edd.* | uero erunt *Q B*
A q vell. : fuerunt corr. Muretus, uenerunt de Ian || 19 Propius
Q q ζ, propitius B A

fol. 132^r incommodis omnibus.» || Tam effeminata uox uirum dedecet.
 Videris, quemadmodum hoc uotum meum excipias: ego illud
 magno animo, non tantum bono facio: neque dii neque deae
 5 faciant, ut te fortuna in deliciis habeat. Ipse te interroga, si
 quis potestatem tibi deus faciat, utrum uelis uiuere in ma-
 cello an in castris. Atqui uiuere, Lucili, militare est. Itaque
 hi, qui iactantur et per operosa atque ardua sursum ac deor-
 sum eunt et expeditiones periculosissimas obeunt, fortes uiri
 sunt primoresque castrorum; isti, quos putida quies aliis la-
 borantibus molliter habet, turturillae sunt, tuti contumeliae 10
 causa. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XCVII 1 **E**rras, mi Lucili, si existimas nostri saeculi esse uitium
 luxuriam et neglegentiam boni moris et alia, quae obiecit suis
 quisque temporibus. Hominum sunt ista, non temporum: 15
 nulla aetas uacauit a culpa. Et si aestimare licentiam cuius-
 que saeculi incipias, pudet dicere, numquam apertius quam
 2 coram Catone peccatum est. Credat aliquis pecuniam esse
 uersatam in eo iudicio, in quo reus erat P. Clodius ob id adul-
 terium, quod cum Caesaris uxore in operto commiserat uio- 20
 latis religionibus eius sacrificii, quod pro populo fieri dicitur
 sic summotis extra consaeptum omnibus uiris, ut picturae

1 uox uirum Q sed x ui ex corr. || 2 illum Q B A (illū A) q.
 illud 5 || 3 magno ex magnum Q | dii pr. Q, dei corr. m. recentior
 || 4 deliciis Q | interrogas si Q, interrogas si q || 6 Atq; pr. Q ||
 7 atq; deorsum (e super add.) Q cum q edd. vet. || 9 castrorum
 Q q 5, castrorum B A | putica Q B A, putrida q putida alii 5 |
 || 10 toti pr. Q || 14 obiecit Q B A, obicit q edd. vet. || 16 uacauit
 sed posteriore a aliquo modo correcta Q B || 19 a Clodius Q cum
 B A, Clodius q 5 et vulgo edd. usque ad Haasium, P. Clodius Hense ex
 ed. Mentel. || 20 aperto Q B A q, operto 5 || 21 legionibus, oni punct. Q
 || 22 consaeptum Q q edd. usque ad Schweighaeuserum, consaeptum
 B et pr. A: voce consaeptum iam docuit Ianus idem significari
 quam quod Cic. parad. 4,32 appellauit opertum Bonae Deae, et
 hoc paulo ante laudatur ab ipso Seneca ||

quoque masculorum animalium contegantur? Atqui dati iudicibus nummi sunt et, quod hac etiamnunc pactione turpius est, stupra insuper matronarum et adolescentulorum nobilium stillari loco exacta sunt. Minus crimine quam absolute 3
 5 peccatum est: adulterii reus adulteria diuisit nec ante fuit de salute securus, quam similes sui iudices suos reddidit. Haec in eo iudicio facta sunt, in quo, si nihil aliud, Cato testimonium dixerat. Ipsa ponam uerba Ciceronis, quia res fidem 4
 10 « Accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. Iam uero — o di boni, rem perditam! — etiam noctes certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. » Non uacat de pretio 5
 15 dabo illam. Vis diuitis huius? *hunc* quoque tibi praestabo concubitum. Adulterium nisi feceris, damna. Illa formosa, quam desideras, ueniet; illius tibi noctem promitto nec differo: intra comperendi||nationem fides promissi mei stabit.» fol. 132^v

I atq; Q cum B A, atqui q¹ alii 5 || 3 adol- Q || 4 stillari Q B A, stillari vel stillari vel stillaris 5, salarii q ed. Ven. a. 1492 f. XLVI^v (1 stillarii superscr. est in q), salarii cod. bibl. Univ. Patav. 913: « Sane stillarium aliquis interpretetur pro additamento vel auctario, quod supra legitimam mensuram in liquidis, velut stillando, datur. Et hinc metaphora. Ipse mox Seneca accessionem vocat: et Cicero mercedis cumulum » adn. Lipsius, ita ut stillarii loco idem valeat atque pro mercedis cumulo, ut ait Cicero in epistulae loco a Seneca infra allato. Buecheler salarii uerum uidetur, stillari recipit Hense: scribo stillari || 8 finem Q || 9 VALE post excedit habent B A ut uidetur (Hense uncis secludit nihil adnotans), recte om. Q | CYCERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER PRIMVS et deinde initialis litt. uerbi Accersiuit grandi forma in marg. tamquam incipiat epistula nova: cf. Cic. ad Att. I 16, 5 || 11 di Q q (dii q) 5 Cic., om. B A | nocte scortarum Q || 13 p̄cio Q cum A || 15 o uis diuitis huius/quoq; tibi Q q 5 (o om. q 5): vis diuitis? huius quoque tibi vulg., vis diuitis huius? tibi Buecheler et Hense plane ex B A ubi quoque omisum uidetur (Hense nihil adnotat). Suspicio inter huius et quoque excidisse hunc (scil. huius quoque uxoris concubitum) || 16 formosa Q, ex formosa B || 18 comparandi /nationem Q | meextrahit sed r punct. Q, me extabit B A sed extabit fort. ex ixtabit B, mei stabit q ed. Ven. a. 1492 f. XLVII^v et aliae posteriores, mei extabit vulg.

Plus est distribuere adulteria quam facere: hoc uero matribus
 6 familiae denuntiare est. Hi iudices Clodiani a senatu petierant
 praesidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium, et
 impetrauerant. Itaque eleganter illis Catulus absoluto reo
 « quid uos » inquit « praesidium a nobis petebatis? an ne num- 5
 mi uobis eriperentur? » Inter hos tamen iocos inpune tulit ante
 iudicium adulter, in iudicio leno, qui damnationem peius ef-
 7 fugit quam meruit. Quicquam fuisse corruptius illis moribus
 credis, quibus libido non sacris inhiberi, non iudiciis poterat,
 quibus in ea quaestione, quae extra ordinem senatusconsulto 10
 exercebatur, plus quam quaerebatur, admissum est? Quaere-
 batur, an post adulterium aliquis posset tutus esse: apparuit
 8 sine adulterio tutum esse non posse. Hoc inter Pompeium
 et Caesarem, inter Ciceronem Catonemque commissum est,
 Catonem inquam illum, quo sedente populus negatur permi- 15
 sisse sibi postulare Florales iocos nudandarum meretricum, si
 credis spectasse tunc seuerius homines quam iudicasse. Et
 fiet et facta <sunt> ista, et licentia urbium aliquando disciplina
 9 metuque, numquam sponte considet. Non est itaque quod
 credas nos plurimum libidini permisisse, legibus minimum. 20
 Longe enim frugalior haec iuuentus est quam illa, cum reus
 adulterium apud iudices negaret, iudices apud reum confite-
 rentur, cum stuprum committeretur rei iudicandae causa,
 cum Clodius isdem uitis gratiosus, quibus nocens, conciliaturas
 exerceret in ipsa causae dictione. Credat hoc quisquam? qui 25

2 Hi Q, hii B A | petier Q || 4 eleganter Q recte, elegenter B A || 5 inquit Q A | petebatis] postulabatis Cic. *ibid.* || 6 eriperentur] *add.* timebatis Cic. *ibid.* || 8 corruptus *pr.* Q | illis Q q ζ, illius B A || 13 totum *pr.* Q || 14 cyceronē Q || 16 nudandarum *pr.* Q, *mutavit in* nundinandarum *m. rec.* | sicredis Q B A, Si credis q: credis — iudicasse? *vulg.*: scilicet credas Gertz || 17 spectasse Q q ζ, spectasset B A || 18 facta ista Q B A, facta ista sunt q alii ζ, facta sunt ista *cod. Palat. quartus Gruteri teste Fickerto et editiones vet. nonnullae* || 19 metumq; Q || 20 non Q B et *pr.* A nūc q: nunc et deinde permissum esse *vulg.*: nos *corr.* Haase || 22 eum Q B A q, eum reum *cod. Coloniensis Gruteri teste Fickerto*, reum « *sincerior et fidelior lectio* » Pinc. || 23 causae Q || 24 hisdem Q B A || 25 causaedictione Q, causa edictione B A

damnabatur uni adulterio, absolutus est multis. Omne tem- 10
 pus Clodios, non omne Catones feret. Ad deteriora faciles su-
 mus, quia nec dux potest nec comes deesse, et res ipsa
 etiam sine comite procedit. Non *pronus* nutus tantum ad
 5 uitia, sed *praeceps*, et quod plerosque inemendabiles facit,
 omnium aliarum artium peccata artificibus pudori sunt
 offenduntque deerrantem, uitae peccata delectant. Non gau- 11
 det nauigio gubernator euerso, non gaudet aegro medicus elato,
 non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit, at contra
 10 omnibus crimen suum uoluptati est. Laetatur ille adulterio, in
 quod irritatus est ipsa difficultate: laetatur ille cicumscriptione
 furtoque, nec ante illi culpa quam culpa fortuna displicuit.
 Id praua consuetudine euenit. Alioquin ut scias subesse ani- 12
 mis efiam in pessima abductis boni sensum nec ignorari turpe,
 15 sed neglegi: omnes peccata dissimulant || et, quamuis feliciter fol. 133^r
 cesserint, fructu illorum utuntur, ipsa subducunt. At bona
 conscientia prodire uult et conspici: ipsas nequitia tenebras
 timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto: « potest no- 13
 centi contingere, ut lateat, latendi fides non potest », aut si
 20 hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum: « ideo
 non prodest latere peccantibus, quia latendi etiam si felicitatem
 habent, fiduciam non habent. » Ita est, tuta scelera esse
 possunt, *secura esse non possunt*. Hoc ego repugnare sectae 14

1 uni Q B A, uno q alii 5: uni *recepit Haase et nuper Hense qui laudat Gertzi adn. in Sen. de ben. VI 8, 3, uno vulg. idque restitui vult Guil. Gemoll* || 2 clodius *pr. Q* | addeteriora Q, ad deteriorae B A || 3 necomes Q | de esset *sed t punct. Q* || 4 Non prenuntius Q: *vide praef. p. L s.* || 7 delectent Q || 8 egro *ex ego Q* || 9 Ad Q || 12 furto quaenegante Q || 13 in (*pro id*) Q || 19 ut (*pro aut*) Q || 20 explicare Q *et pr. B* || 22 esse Q B, est/se A || 23 *secura esse non possunt om. Q B A q, tuta scelera esse, secura esse non possunt cod. Ottobon.-Rom. 1579 teste Fickerto, tuta sc. esse, secura non p. Erasm.², tuta sc. esse possunt, secura non p. Muretus vulg. (secura non p. add. in marg. m. rec. in A probabiliter ex editione Mureti): secura esse non possunt supplere maluit Hense² conl. ep. 113,4 singula esse possunt, multa esse non possunt et librarii oculos ab altero esse ad alterum deerrasse significat etiam scriptura cod. q aliorumque 5 tuta scelera esse non possunt*

nostrae, si sic expediatur, non iudico. Quare? quia prima illa et maxima peccantium est poena peccasse, nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac uindictet, impunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus et hae illam secundae poenae premunt ac secuntur, timere semper et expauescere et securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiam liberem? quare non semper illam in suspensio relinquam? Illic dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit nihil iustum esse natura et crimina uitanda esse, quia uitari metus non posse: hic consentiamus mala facinora conscientia flagellari et plurimum illi tormentorum esse eo, quod perpetua illam sollicitudo urget ac uerberat, quod sponsoribus securitatis suae non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum est, Epicure, natura nos a scelere abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est. Multos fortuna liberat poena, metu neminem. Quare nisi quia infixata nobis eius rei auersatio est, quam natura damnauit? Ideo numquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit illos conscientia et ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem et uindicem effugiunt et scripta supplicia, nisi illa naturalia et grauia de praesentibus soluerent et in locum patientiae timor cederet. VALE.

I primo Q A et pr. B, prima q || 2 et pr. Q mutauit in ex Q¹ || 8 illinc Q q || 10 posse pr. Q eum B A, posset corr. m. rec. in Q, possit q vet. edd., possint alii 5 || 12 urget Q || 14 ipsum iteratum pr. Q | est epicure Q recte sed -re corr. ex -ri ead. m., epicure A, epicuri ē corr. m. rec. in B ex ep/cure ubi post p una litt. rasi est || 23 pac- Q | scederet sed s punct. Q: an succederet?

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Numquam credideris felicem quemquam ex felicitate 1 Ep. XCVIII
 suspensum. Fragilibus innititur, qui aduenticio laetus est:
 exhibit gaudium, quod intrauit. At illud ex se ortum fidele
 5 firmumque est et crescit et ad extremum usque prosequitur:
 cetera, quorum admiratio est uulgo, in diem bona sunt. ||
 « Quid ergo? non usui ac uoluptati esse possunt? » Quis negat? fol. 133^v
 sed ita, si illa ex nobis pendent, non ex illis nos. Omnia, quae 2
 fortuna intuetur, ita fructifera ac iucunda fiunt, si qui habet
 10 illa, se quoque habet nec in rerum suarum potestate est. Er-
 rant enim, Lucili, <qui> aut boni aliquid nobis aut mali iudi-
 cant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum
 et initia rerum apud nos in malum bonumue exiturarum. Va-
 lentior enim omni fortuna animus est et in utramque par-
 15 tem ipse res suas ducit beataeque ac miserae uitae sibi causa
 est. Malus omnia in malum uertit, etiam quae cum specie 3
 optimi uenerant: rectus atque integer corrigit praua fortunae
 et dura atque aspera ferendi scientia mollit; idem et secunda

2 et eas felicitate Q, ea felicitate q alii 5: « sunt codices qui legant, et forte rectius Numquam credideris felicem quemquam esse ea felicitate suspensum, quae fragilibus innititur, qui aduenticio laetus est. Exhibet cet. » adn. Pincianus, sed ex Q potius eruendum videtur ex ea felicitate, deest autem quae ut in vell. optimis libb. || 4 ad Q | etse Q | artum radendo ex artium Q || 8 Omnia sed i superscr. Q || 9 fortuna pr. Q cum B, fortunã corr. m. rec. in Q et sic habet A cum q et aliis 5 | intuetur Q B A, intuentur q alii 5 | ioc- Q | siquis Q cum B A, si cū is qui q, si qui alii 5: si quis habens Erasmus, si quisquis habet Gruterus: an si cū quis (indefn.)? || 10 illas equoq; Q || 11 qui om. Q B A sed add. m. rec. in B et Errât qui legitur in glossa margin. Q, qui q vell. 5: si mavult Buecheler | mali Q q 5, malum (-lū A) B A quod recipiens Hense adnotat mali sane esse concinnius || 12 aut malorum Q q || 13 & superscr. ead. m. Q || 16 etiamque Q | spetiae Q || 18 Idem, om. que Q et sic ed. Mentel. et pr. cod. Guelferb. (Gud. 10) teste Fickerto: efficacius videtur quam vulg. idemque et molestiam tollit alterius que mox subsequenti in modesteque | secunde pr. Q

grate excipit modesteque et aduersa constanter ac fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat cuncta iudicio, licet nihil supra uires suas temptet, non continget illi bonum illud integrum et extra minas positum, nisi certus aduersus incerta
 4 est. Siue alios obseruare uolueris — liberius enim inter aliena 5 iudicium est — siue te ipsum fauore seposito: et senties hoc et confiteberis, nihil ex his optabilibus et caris utile esse, nisi te contra leuitatem casus rerumque casum sequentium instruxeris, nisi illud frequenter et sine querella inter singula
 5 damna dixeris: « dis aliter uisum est. » Immo mehercules ut carmen fortius ac iustius petam, quo animum tuum magis fulcias, hoc dicito, quotiens aliquid aliter quam cogitabas euerit: « di melius ». Sic composito nihil accidet. Sic autem componetur, si, quid humanarum rerum uarietas possit, cogitauerit, antequam senserit, si et liberos et coniugem et pa-
 15 trimonium sic habuerit tamquam non utique semper habiturus et tamquam non futurus ob hoc miserior, si habere desierit. Calamitosus est animus futuri anxius et ante miserias miser, qui sollicitus est, ut ea, quibus delectatur, ad extremum usque permaneant. Nullo enim tempore conquiescet et expectatione uenturi praesentia, quibus frui poterat, amittet. In
 20 aequo est autem amissae rei *dolor* et timor amittendae. Nec ideo praecipio tibi negligentiam. Tu uero metuenda declina; quicquid consilio prospici potest, prospice; quodcumque laesurum est, multo ante quam accadat speculari et auerte. In hoc 25

2 scit Q | faciet pr. Q || 4 extraminas positum Q cum uetustioribus libb. et q, extra minas fortunae positum nonnulli 5 sed recte Hense confert ep. 104,22 | certius Q || 5 liberius Q recte, libertus B A sed t punct. A || 7 caris Q et pr. B recte, carus A et corr. B | nihil te Q B et pr. A, nisi om. te q || 8 casum Q recte, casuum B et pr. A || 9 querela Q || 10 diis et sic infra dii Q | carme pr. Q || 13 siconcosto pr. Q, siconcosito corr. Q¹ || 17 et tamquã Q recte, et iamquam B A || 18 ansius pr. Q || 22 amisse rei et timor Q cum B A, dolor amisse rei et t. q cum cod. Harlei. 2659 et aliis 5 et uetustissimis edd., amissio rei et t. alii 5 et vulg.: post amissae rei addit miseratio Hense Buechelerum secutus, sed dolor aptius ad sententiam quadrat et ante et timor facilius excidit | admittende Q || 24 quicq- sic Q | laesurus pr. Q

ipsum tibi plurimum conferet fiducia et ad tolerandum || om- fol. 134^r
 ne obfirmata mens. Potest fortunam cauere, qui potest ferre:
 certe in tranquillo non tumultuatur. Nihil est nec miserius
 nec stultius quam praetimere: quae ista dementia est malum
 5 suum antecedere? Denique ut breuiter includam, quod sentio, 8
 et istos satagios ac sibi molestos describam tibi, tam intem-
 perantes in ipsis miseris quam sunt ante illas. Plus dolet quam
 necesse est, qui ante dolet quam necesse est. Eadem enim
 infirmitate dolorem non aestimat, qua non exspectat; eadem
 10 intemperantia fingit sibi perpetuam felicitatem suam, fin-
 git crescere debere quaecumque contigerunt, non tantum
 durare, et oblitus huius petauri, quo humana iactantur, sibi
 uni fortuitorum constantiam spondet. Egregie itaque uidetur 9
 mihi Metrodorus dixisse in ea epistula, qua sororem amisso
 15 optimae indolis filio adloquitur: « mortale est omne mortalium
 bonum. » De his loquitur bonis, ad quae concurritur. Nam illud
 uerum bonum non moritur, certum est sempiternumque, sa-
 pientia et uirtus: hoc unum contingit immortale mortalibus.
 Ceterum tam improbi sunt tamque obliti, quo eant, quo illos 10
 20 singuli dies deturbent, ut mirentur aliquid ipsos amittere
 amissuri uno die omnia. Quicquid est, cui dominus inscriberis,
 apud te est, tuum non est: nihil firmum infirmo, nihil fragili
 aeternum et inuictum est. Tam necesse est perire quam per-
 dere et hoc ipsum, si intellegimus, solacium est. Aeque animo

9 dolorem *pr. Q*, dolerem *m. rec. perperam* | exp- *Q* ||
 10 s. fingitsibi crescere *Q cum q et sic vulgo edd. usque ad*
Schweighaeuserum: sibi *om. edd. posteriores idque interpolatum ex*
praec. fingit sibi apparet || 11 debereq; cumq; *Q* || 12 iactanter
Q || 13 Egregiae *ex Egrig- Q* || 14 ea *om. Q q* | epla *Q* ||
 16 atq; (*pro ad quae*) *Q* || 18 contigit *Q et sic ed. cum notis*
J. F. Gronovii et aliorum (Amstelodami 1672), contigit rell. libb.
et vulg. || 20 turbant *Q*, turbent *Hense plane ex B A*, trahant
q alii 5 et nonnulli vett. edd.: trudent *Muretus ex Erasmi et*
Pinc. coniectura, proturbent *prop. Hense. Suspitor post dies exci-*
disse de, unde deturbent scil. praecipites mittant ex hoc statu,
ex hac vita || 21 cui dominus *Q q vulg.*, cui *om. B A et tres codd.*
Palat. Gruteri et sic Hense sed praefracrior inde orationis struc-
tura oriri videtur || 24 intellig- *Q* | solat- *Q A*

- 11 perde: pereundum est. Quid ergo aduersus has amissiones
 auxili inuenimus? hoc, ut memoria teneamus amissa nec cum
 ipsis fructum excidere patiamur, quem ex illis percepimus.
 Habere eripitur, habuisse numquam. Peringratus est, qui cum
 amisit, pro accepto nihil debet. Rem nobis eripit casus, usum 5
 fructumque apud nos relinquit, quem nos iniquitate desiderii
 12 perdidimus. Dic tibi: ex istis, quae terribilia uidentur, nihil
 est inuictum. Singula uicere iam multi: ignem Mucius, crucem
 Regulus, uenenum Socrates, exilium Rutilius, mortem ferro
 13 adactam Cato: et nos uincamus aliquid. Rursus ista, quae 10
 ut speciosa et felicia trahunt uulgum, a multis et saepe con-
 tempta sunt. Fabricius diuitias imperator reiecit, censor no-
 tauit: Tubero paupertatem et se dignam et Capitolio iudicauit,
 cum fictilibus in publica cena usus ostendit debere his homi-
 nem esse contentum, quibus dii etiamnunc uterentur. Hono- 15
 res reppulit pater Sextius, qui ita natus, ut rem publicam
 fol. 134^v deberet capessere, || latum clauum diuo Iulio dante non re-
 cepit: intellegebat enim quod dari posset, et eripi posse. Nos
 quoque aliquid et ipsi faciamus animose: simus inter exem-
 14 pla. Quare defecimus? quare desperamus? Quicquid fieri potuit, 20

1 p̄dere. pereundum Q cum B A (per eundum A: quod *superscr.*
 post perdere m. rec. in B), perdere quia (*superscr.* † quod) pereun-
 dum q, perdere quod pereundum vel perdendum vel perituum
 alii 5 et vulg.: *prop.* perde; pereundum Madvig quem sequor cum
 Hensio^a, perdere pereuntum (-tium) Buecheler et Hense¹ quae
 emendatio et ipsa probabilis uidetur nec pereuntum vel pereuntium
 minus commodum esse Gemollio assenserim, siquidem participium
 praesens futuram aliquam vim haud raro sumere constat ||
 2 auxili Q A, auxili pr. B quod clausulae causa cum Hensio
 recipio || 3 ex/cedere Q q || 4 pingratus Q recte, peringratis A et
 pr. B || 5 usum Q q 5, usus B A || 7 perdidimus cod. bibl. Univ.
 Patav. 913 ut coni. Muretus, at perfecto gnomiam vim inesse pa-
 tet | post tibi una litt. rasa in Q || 8 Singulare pr. Q, Singulas
 res corr. m. rec. || 10 ista quae ut Q q 5, ita quae (itaque A) uis
 B A || 11 uulgum] Hense in adn. ad ep. 104,31 apte confert ep.
 81,13; dial. VII 2,2; de benef. I 2,1; nat. qu. I praef. 15 ||
 12 reiecit pr. Q || 13 Tunc uero (pro Tubero) Q || 14 is B A, his q,
 om. Q fort. recte: cf. ep. 119,10, al. || 15 dii sic Q || 16 reppulit Q | sextius A
 et pr. Q B | rempublica Q || 17 debere pr. Q || 19 sumus Q B
 et pr. A || 20 defecimus Q B et pr. A, defecimus q 5 vulg.

potest: nos modo purgemus animum sequamurque naturam,
 a qua aberranti cupiendum timendumque est et fortuitis
 seruiendum. Licet reuerti in uiam, licet in integrum restitui:
 restituamur, ut possimus dolores, quocumque modo corpus
 5 inuaserint, perferre et fortunae dicere: « cum uiro tibi nego-
 tium est: quaere, quem uincas. »

* His sermonibus et his similibus lenitur illa uis ulce- 15
 ris, quam opto mehercules mitigari et aut sanari aut stare
 et cum ipso senescere. Sed securus de illo sum: de nostro damno
 10 agitur, quibus senex egregius eripitur. Nam ipse uitae plenus
 est, cui adici nihil desiderat sua causa, sed eorum, quibus
 utilis est. Liberaliter facit, quod uiuit. Alius iam hos cruciatus 16
 finisset: hic tam turpe putat mortem fugere quam ad mortem
 confugere. « Quid ergo? non, si suadebit res, exhibit? » Quidni
 15 exeat, si nemo iam uti eo poterit? si nihil aliud quam dolori
 operam dabit? Hoc est, mi Lucili, philosophiam in opere di- 17
 scere et ad uerum exerceri: uidere, quid homo prudens animi
 habeat contra mortem, contra dolorem, cum illa accedat,
 hic premat. Quid faciendum sit, a faciente discendum est.
 20 Adhuc argumentis actum est, an posset aliqui dolori resistere, 18
 an mors magnos quoque animos admota summittere. Quid
 opus est uerbis? in rem praesentem eamus: nec mors illum
 contra dolorem facit fortiorem nec dolor contra mortem. Contra
 utrumque sibi fidit nec spe mortis patienter dolet nec taedio
 25 doloris libenter moritur: hunc fert, illam expectat. VALE.

2 cupiditate (pro cupiendum) Q, cauendum († cupiendum *super-*
scr.) q || 7 * His sermonibus] *vide praef. p. LI s.* | et his] *an et aliis ?*
ut uidetur locutio his similibus *facili Senecae sermoni vix conueniens*
 | *laeniter pr. Q* || 9 ipsos *sed s extr. punct. Q* || 12 his Q B A q,
 hos ζ || 13 finis est Q B A q, finisset ζ | tantūreputat Q ||
 14 consurgere Q | exhibit *ex -bis ut uidetur Q* || 20 aliquid Q *et*
pr. B, aliqui A et corr. B, aliquis q ζ vulg. || 21 summitteret Q q
 (subm- q) *alii ζ Schweighaeuser alii edd., summittere fort. ex*
-teret B, submittere vulg. || 25 doloris Q *recte, doris B et pr. A*

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XCVIII 1 **E**pistolam, quam scripsi Marullo, cum filium paruulum amisset et diceretur molliter ferre, misi tibi, in qua non sum solitum morem secutus nec putavi leniter illum debere tractari, cum obiurgatione esset quam solacio dignior. Adflicto enim 5 et magnum uulnus male ferenti paulisper cedendum est; exsati- 2 et se aut certe primum impetum effundat: hi, qui sibi lugere sumpserunt, protinus castigentur et discant quasdam etiam lacrimarum ineptias esse. Solacia expectas? conuicia accipe. Tam molliter tu fers mortem filii? quid faceres, si amicum perdidisses? Decessit filius incertae spei, paruulus: pu- 3 sillum temporis perit. Causas doloris conquirimus et de for- fol. 135^r tuna etiam inique queri uolumus, quasi non sit iustas || querendi causas praebitura: at mehercules satis mihi iam uidebaris animi habere etiam aduersus solida mala, nedum ad 15 istas umbras malorum, quibus ingemescent homines moris

2 Epistolam Q | marullo pr. Q in marillo mutatum radendo, morullo B A || 3 amisset Q q 5, amisset B A || 5 solat- Q A et sic passim | digniora sed a punct. Q | Adflicto sed altera i punct. Q || 6 magno Q et pr. B | male ex mali Q | exsatiat sic Q A et corr. B || 7 Hi Q q, hii B A : v. hi, qui — ineptias esse in primum epistolae tmema includenda putat Eug. Albertini (p. 127, adn. 2) || 9 Solacia expectas?] «Hic ego incipere ipsam Epistolam ad Marullum (vel ut alii libri, Marillum) opinor, et totam deinceps ad finem poni» adn. Lipsius, a quo dissentiens Henr. Hilgenfeld animadvertit ab illis verbis epistolae initium fieri non posse et interdum aperte Senecam verba ad Marullum scripta mutauisse et Lucilianis epistulis accommodasse (Jahrbb. f. class. Phil. 17 Suppl. 1890 p. 668) | conuit- Q || 10 Tam molliter Q q vulg., tam om. Hense plane ex B A et deinde distinguit filii : quid sed interrogatiua forma conuiciorum initium efficacius facere videtur | filii pr. Q B || 11 incerta A et pr. Q B || 12 perit Q B A : clausulae ratione commendatur || 13 iniqui; Q et pr. B recte, iniquo pr. A et corr. B || 14 ad Q B A || 15 nedum ex nodum ut videtur Q : nedum aduersus istas con. Koch, sed plane ad asperi soni vitandi variandaeque formae causa || 16 ingemescent sic Q cum B et pr. A | amoris Q q plerique 5

causa. Quod damnorum omnium maximum est, si amicum
 perdidisses, danda opera erat, ut magis gauderes, quod habue-
 ras, quam maererer, quod amiseras. Sed plerique non com- 4
 putant, quanta perceperint, quantum gauisi sint. Hoc habet
 5 inter reliqua mali dolor iste: non superuacuum tantum, sed
 ingratus est. Ergo quod habuisti talem amicum, perit opera?
 tot annis, tanta coniunctione uitae, tam familiari studiorum
 societate nil actum est? Cum amico effers amicitiam? et quid
 doles amisisse, si habuisse non prodest? Mihi crede, magna
 10 pars ex his, quos amauius, licet ipsos casus abstulerit, apud
 nos manet. Nostrum est, quod praeteriit, tempus nec quic-
 quam est loco tutiore quam quod fuit. Ingrati aduersus per- 5
 cepta spe futuri sumus, quasi non quod futurum est, si modo
 successerit nobis, cito in praeterita transiturum sit. Anguste
 15 fructus rerum determinat, qui tantum praesentibus laetus
 est: et futura et praeterita delectant, haec exspectatione, illa
 memoria, sed alterum pendet et non fieri potest, alterum non
 potest <non> fuisse. Quis ergo furor est certissimo excidere?
 Adquiescamus is, quae iam hausimus, si modo non perforato
 20 animo hauriebamus et transmittente quicquid acceperat. In- 6
 numerabilia sunt exempla eorum, qui liberos iuuenes sine la-
 crimis extulerint, qui in senatum aut in aliquod publicum
 officium a rogo redierint et statim aliud egerint. Nec inmerito:
 nam primum superuacuum est dolere, si nihil dolendo profi-
 25 cias; deinde iniquum est queri de eo, quod uni accidit, omni-
 bus restat; deinde desiderii stulta conquestio est, ubi minimum
 interest inter amissum et desiderantem. Eo itaque aequiore
 animo esse debemus, quod quos amisimus, sequimur. Respice 7

5 doloris se Q, dolor isse B A, dolor i se q non inepte
 sed probabilius dolor iste aliquot codd. Romani teste Fickerto et
 Schweighaeuser ex sua coniectura || 6 perit Q B A || 7 uitae superscr.
 Q¹ || 8 nihil Q sed nil clausulae ratione commendatur || 10 his Q q ||
 14 successerit Q recte, suscesserit B A | imperita pr. Q || 16 expect-
 Q || 18 fuisse, om. non B et pr. Q A, non superscr. m. rec. in Q A, nō
 fuisse q | excedere Q || 19 his Q q || 20 acciperat Q || 24 dolere
 Q recte, ex dolore B A || 25 quaeri Q

celeritatem rapidissimi temporis, cogita breuitatem huius spatii, per quod citatissimi currimus, obserua hunc comitatum generis humani eodem tendentis minimis interuallis distinctum, etiam ubi maxima uidentur: quem putas perisse, praemissus est. Quid autem dementius quam, cum idem tibi iter 5
 8 emetiendum sit, flere eum, qui antecessit? Flet aliquis factum, quod non ignorauit futurum? aut si mortem in homine non cogitauit, sibi inposuit. Flet aliquis factum, quod aiebat non posse non fieri? quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur hominem fuisse. Omnis || eadem condicio deuinxit: 10
 9 cui nasci contigit, mori restat. Interuallis distinguimur, exitu aequamur. Hoc quod inter primum diem et ultimum iacet, uarium incertumque est: si molestias aestimes, etiam puero longum, si uelocitatem, etiam seni angustum. Nihil non lubricum et fallax et omni tempestate mobilius: iactantur cuncta 15
 et in contrarium transeunt iubente fortuna, et in tanta uoluntatione rerum humanarum nihil cuiquam nisi mors certum est. Tamen de eo queruntur omnes, in quo uno nemo decipitur. 10
 « Sed puer decessit. » Nondum dico melius agi cum eo, qui cito uita defungitur: ad eum transeamus, qui consenuit; quantulo 20
 uincit infantem? Propone temporis profundi uasitatem et

1 caeleritatē Q || 2 citatissime Q || 4 s. pmissus Q || 6 ementiendum sed prior n punct. Q || 7 futurum. Autsi mortē in hominē non cogitauit Q et sic plus minusue emendate vell. libb.: « uerba futurum? at (sic) si mortem in homine non cogitavit in contextu ommissa m. recens in marg. supplevit in A. D. Pappi manus adnotatum est, a Schweighausero fortasse. nec diuersum esse Pappum istum a recentis aevi correctore qui passim codicem interpolauit suspicatur Buecheler » adn. Hense || 8 aiebat Q q, agebat A et ex corr. B ubi g correctam esse ex cr vel ex huius simili duarum litterarum complexu adnotat Hense: cum uero Q plerumque agit, agebat pro ait, aiebat exhibeat, probabiliter coniecisse sciebat uidetur Bartsch || 9 s. mortuū esse quaeritur Q cum q (quer- q) vell. ζ, om. B et pr. A: infirmatur Buecheleri coniectura quis [quis] aliquem queritur hominem fuisse? || 10 condit-Q || 13 puro pr. Q || 14 uelocitatē Q, felicitatē superscr. m. rec. || 15 mobilius Q q ζ, mobilibus B A || 18 quaer-Q | om̄s Q || 19 non (pro nondum) Q | cito add. Geriz quem sequor cum Hensio, puer addi mauult C. Brakman, ita Rossbach

uniuersum complectere, deinde hoc, quod aetatem uocamus
humanam, compara immenso: uidebis, quam exiguum sit, quod
optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lacrimae, quantum
sollicitudines occupant? quantum mors, antequam ueniat,
5 optata, quantum ualitudo, quantum timor? quantum tenent
aut rudes aut inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur.
Adice labores, luctus, pericula, et intelleges etiam in longis-
sima uita minimum esse, quod uiuitur. Sed quis tibi con- 12
cedet non melius se habere eum, cui cito reuerti licet,
10 cui ante lassitudinem peractum est iter? Vita nec bonum nec
malum est: boni ac mali locus est. Ita nihil ille perdidit nisi
aleam in damnum certiozem. Potuit euadere modestus et
prudens, potuit sub cura tua in meliora formari, sed, quod
iustius timetur, potuit fieri pluribus similis. Aspice illos iuue- 13
15 nes, quos ex nobilissimis domibus in harenam luxuria proiecit;
aspice illos, qui suam alienamque libidinem exercent mutuo
inpudici, quorum nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo in-
signi flagitio dies exit: plus timeri quam sperari potuisse ma-
nifestum erit. Non debes itaque causas doloris accersere nec
20 leuia incommoda indignando cumulare. Non hortor, ut nitaris 14
et surgas; non tam male de te iudico, ut tibi aduersus hoc
totam putem uirtutem aduocandam. Non est dolor iste, sed
morsus: tu illum dolorem facis. Sine dubio multum philoso-
phia profecit, si puerum nutrici adhuc quam patri notiozem
25 animo forti desideras. Quid? nunc ego duritiam suadeo et in 15
funere ipso rigere uultum uolo et animum ne contrahi quidem

1 compl- Q || 2 comp- sic Q | inm- Q || 5 s. quantū tenent
aut Q cum *ueterioribus* *codd.*, quantum teneri aut q alii c et
nonnulli *edd.* || 8 s. concedit Q B, concedet A quod *recipio*
cum *Schweighaeusero* et *Hensio*,² concedat « *uetus lectio* » *Pinc.*
|| 12 aleam Q *recte*, alaeam B et *pr.* A || 14 iustius ex iustitia
ut *uidetur* Q || 15 arenam Q || 16 exerant Q | muto *pr.* Q ||
17 quorum nullis *pr.* Q || 18 potuisset *sed extr.* t *punct.* Q
|| 19 accersere ex *accessere* Q || 20 incommodia Q | *cumularem* *sed*
extr. m *transf.* Q | ortor Q || 22 totam, o *ex corr.* Q || 23 phy-
losophia Q, philophia B A || 24 profecit Q q || 26 contrahi Q
recte, contra hii B, contrahii A

fol. 136^r patior? || Minime. Inhumanitas est ista, non uirtus, funera
 suorum isdem oculis, quibus ipsos, uidere nec commoueri ad
 primam familiarium diuulsionem. Puta autem me uetare:
 quaedam sunt sui iuris: excidunt etiam retinentibus lacri-
 16 mae et animum profusae leuant. Quid ergo est? permittamus 5
 illis cadere, non imperemus; fluat, quantum adfectus eiecerit,
 non quantum poscet imitatio. Nihil uero maerori adiciamus
 nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus ostentatio
 doloris exigit quam dolor: quotus quisque sibi tristis est? Clarius,
 cum audiuntur, gunt et taciti quietique dum secretum est, 10
 cum aliquos uidere, in fletus nouos excitantur. Tunc capiti
 suo manus ingerunt, quod potuerant facere nullo prohibente
 liberius, tunc mortem comprecantur sibi, tunc lectulo deuoluun-
 17 tur: sine spectatore cessat dolor. Sequitur nos ut in aliis rebus,
 ita in hac quoque hoc uitium, ad plurium exempla componi 15
 nec quid oporteat, sed quid soleat, aspicere. A natura disce-
 dimus, populo nos damus nullius rei bono auctori et in hac
 re sicut in his omnibus inconstantissimo. Videt aliquem for-
 tem in luctu suo: impium uocat et efferatum; uidet aliquem
 conlabentem et corpori adfusum: effeminatum ait et eneruem. 20
 18 Omnia itaque ad rationem reuocanda sunt. Stultius uero
 nihil est quam famam captare tristitiae et lacrimas adpro-
 bare, quas iudico sapienti uiro alias permissas cadere, alias
 ui sua latas. Dicam quid intersit. Cum primus nos nuntius
 acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus e complexu nostro 25
 in ignem transiturum: lacrimas naturalis necessitas exprimit
 et spiritus ictu doloris impulsus quemadmodum totum cor-
 pus quatit, ita oculos, quibus adiacentem umorem perpremit

2 his dem Q q (hisd- q) || 4 renitentibus prop. Gruterus:
 « sed retinentib. de conatu, cf. ep. 104, 1 » adn. Hense recte || 5 profusa
 eleuant Q || 6 affectus pr. Q, adf- corr. Q¹ || 7 nunc (pro non) Q |
 poscet ex posset Q || 14 si (pro sine) Q || 15 plurimum Q || 16 quid
 soleat sed d in ras. Q, qui in quid corr. ead. m. in A || 18 his ante
 omnibus om. q et vulg.: aliis prop. Aem. Hermes, sed in his o.
 ualet in o. aliis rebus huiusmodi || 20 conlabentem Q || 25 acerui B
 et pr. Q A || 26 exprimat Q || 28 hum-Q | premit « *vetus lectio* » Pinc.

et expellit. Hae lacrimae per elisionem cadunt nolentibus 19
 nobis: aliae sunt, quibus exitum damus, cum memoria eorum,
 quos amissimus, retractatur, et inest quiddam dulce tristitiae,
 cum occurrunt sermones eorum iucundi, conuersatio hilaris,
 5 officiosa pietas: tunc oculi uelut in gaudio relaxantur. His
 indulgemus, illis uincimur. Non est itaque, quod lacrimas 20
 propter circumstantem adsidentemque aut contineas aut ex-
 primas: nec cessant nec fluunt umquam tam turpiter quam
 finguntur: eant sua sponte. Ire autem possunt placide atque
 10 composite: saepe salua sapientis auctoritate || fluxerunt tanto fol. 136^v
 temperamento, ut illis nec humanitas nec dignitas deesset.
 Licet, inquam, naturae obsequi grauitate seruata. Vidi ego 21
 in funere suorum uerendos, in quorum ore amor eminebat
 remota omni lugentium scaena: nihil erat nisi quod ueris da-
 15 batur affectibus. Est aliquis et dolendi decor: hic sapienti ser-
 uandus est et quemadmodum in ceteris rebus, ita etiam in
 lacrimis aliquid sat est: imprudentium ut gaudia sic dolores
 exundauere. Aequo animo excipe necessaria. Quid incredibile, 22
 quid nouum euenit? quam multis cum maxime funus locatur,
 20 quam multis uitalia emuntur, quam multi post luctum tuum

I cadent Q q || 3 tristitiae Q recte, fort. ex tristitiae B, tristitiae A
 || 4 ioc- Q || 6 uincimus Q || 7 propt circumstantem adsidentemq;
 Q cum rell. (circumstantes assidentesque nonnulli ζ): ante circum-
 stantem add. turbam Haase, circulum adstantem coni. O. Ross-
 bach, sed in librorum scriptura acquiescere licet (scil. «per chi ti
 sta intorno o vicino») || 8 tam om. Q | quam cum finguntur coni.
 Pincianus, quam quom f. O. Rossbach, quam si f. Baehrens, sed
 nullo supplemento probabilis sensus existit «turpius semper fin-
 guntur lacrimae quam cessant aut fluunt i. e., ut Ruhkopf inter-
 pretatur, omnium turpissimae habendae sunt lacrimae quae fictae sunt»
 || 9 s. placide atq; composite Q quam scripturam prae vulg. pla-
 cidis atque compositis commendat quod rei confirmandae causa
 addit continuo Seneca saepe... fluxerunt tanto temperamento, ut
 cet. || 11 temperamento Q B, tempor- A | de esset Q || 13 amore
 minebat Q, amor eminebat m. rec. || 14 Remotam Q | scena Q A, scaena
 B || 16 quemamm-Q || 17 aliquid Q, aliquid B A | imprudentiū Q q
 (impr- q) ζ, ut prudentium B A || 19 v. quam multis — locatur
 uncis inclusit Ruhkopf tamquam glossema sequentium quam multis
 uitalia emuntur, sed non eadem sententia est et trimembris enuntiandi
 ratio cum aliqua sermonis abundantia iis uerbis efficitur

lugent! Quotiens cogitaueris puerum fuisse, cogita et homi-
nem, cui nihil certi promittitur, quem fortuna non utique
23 perducit ad senectutem: unde uisum est, dimittit. Ceterum
frequenter de illo loquere et memoriam eius, quantum potes,
celebra: quae ad te saepius reuertetur, si erit sine acerbitate 5
uentura. Nemo enim libenter tristi conuersatur, nedum tri-
stitiae. Si quos sermones eius, si quos quamuis paruuli iocos
cum uoluptate audieras, saepius repete: potuisse illum im-
plere spes tuas, quas paterna mente conceperas, audacter
24 affirma. Obluisci quidem suorum ac memoriam cum cor- 10
poribus efferre et effusissime flere, meminisse parcissime, inhu-
mani animi est. Sic aues, sic ferae suos diligunt, quarum con-
tractus ac concitatus est amor et paene rabidus, sed cum amis-
sis totus extinguitur. Hoc prudentem uirum non decet: memi-
25 nisse perseueret, lugere desinat. Illud nullo modo probo, quod 15
ait Metrodorus: esse aliquam cognatam tristitiae uoluptatem,
hanc esse captandam in eiusmodi tempore. Ipsa Metrodori
uerba subscripsi. [Μητροδώρου ἐπιστολῶν συν(αγωγῆ) πρὸς τὴν
ἀδελφὴν.] Ἔστιν γάρ πως ἡδονὴ τῆ λύπη συγγεν(ής, ἣν χρῆ
26 θηρεῦειν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν). De quibus non dubito quid 20
sis sensurus: quid enim est turpius quam captare in ipso

1 gaudent *Q* sed punct. et in marg. lugent scr. ead. m. | Quoties
Q || 3 producit *Q q* | ubi pro unde *Bartsch*, sed recte *Hense* confert
ep. 88,34 *extr.* || 5 sine aceruitate *Q* cum *q* ζ (ubi acerb-), inea
ceruitate *B A* || 6 conuersatur *Q* recte, conuertatur *B* et *pr. A* |
tristitiae *Q* et *pr. B* recte, tristiae *A* || 7 paruuli sic *Q A* || 8 uolup-
tate *Q q* ζ , uoluntate *B A* || 10 aff- sic *Q* || 11 meminisse *Q q*
 ζ , memisse *B A* | partissime *Q* || 12 suos diligunt foetus « *vetus*
lectio » *Pinc. edd. Mentel. et Schweighaeuseri* (fetus *edd. Mentel.*
Schweigh.), fetus suos dil. *Muretus alii* | contrarius acconcitatus/
est amor *Q*: vide *praef. p. LIII* || 13 rapidus *Q q* | cum *Q q*
 ζ , eum *B A* || 15 quod *Q q* ζ , quid *B A* || 17 Hanc ipsam *Q* ut
scr. *Erasm.*² et inde alii, hanc ipse *B A*¹, Hanc *q* cum *peruet. ex.*
Pinciani et cod. Palat. secundo Grueri, hanc esse alii ζ : hanc
ipsam esse *prop. Windhaus* || 18-20 de *Metrodori uerbis graecis*
qualia in Q supersunt et in tabula II^a huius voluminis sunt expressa,
vide praef. p. LIII s. || 20 quid sis *Q q* ζ , quis sis (*s extr. ex corr.*)
B, quissii *A*: v. De quibus — sensurus praecedunt uerba graeca in *Q*
et post haec sequitur *Quid grandi littera initiali distinctum*

fluxerunt tanto temperamento ut illis ne humanitas nec dignitas de esset.
 Licet in qua natura obsequi grauitate seruati. Vidi ego in funere suorum
 utendos in quorum ore amore ymnebat. Remota omni luxentium scera
 Nihil erat nisi quod ueris dabitur affectibus. est. aliquis et dolendi decor.
 Hic sapientia seruandus est et quem ammodum in ceteris rebus ita etiam
 in lacrimis aliquid sit est imprudentium ut gaudi. sic dolores exundante
 re. aequo animo excipere necesse est. quid incredibile quid nouum euenit.
 qui multum cum maxime funus locatur quam multis uitalia emuntur. qui
 multiposte luctum tuum gaudent. quos tunc cogitaueris puerum fuisse cogita
 et hominem cum nihil certum promittatur. quem fortuna non utiq; producit
 ad senectutem. unde uisum est dicitur. Ceterum frequenter de illis loquere et
 memoria tuus. quantum poteris celebra. quae ad te sepius reuertatur si erit
 sine ueritate uentura. Nemo enim libenter tristitia conuersatur. nedum
 tristitia si quos sermone suus. si quos qui uis paruuli iocos cum uoluptate
 audieras. si sepius repete potuisset illum implere respectu. quas patere na
 mente conceperas audiret. et firma Obluisti quidem suorum ac memoria cum
 corporibus efferre. et effusissime flere in minimis paratissime in humanam
 animi est; sic ues sic ferre suos diligunt quarum contrarius. ac concitatus
 est amor. et pene rapidus sed cum amissis totus exanquatur. Hoc pruden
 tem uerum non deesse. meminisse psetueret lugere desinit. Illud nullo mo
 do probo quod ait metrodorus esse. ubi qui cogitatur in ista uoluptatem.
 Hunc ipsi in captandi in eiusmodi tempore. ipsi metrodori uerbis subscripsi.
 De quibus indubito quid sit sensurus. ΜΗΤΡΟΔΟΡΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ
 ΚΙΝΗΣΙΟΥ ΤΙΝΑ ΔΟΞΑΦΗ ΝΕΚΤΙΝΙ ΔΑΡΤΙΟΚΕΛΟΝΤΙΑ ΥΠΕΡ ΤΩΝ
 Quid enim est turpius quam captare in ipsoluctu uoluptate inimplacitū
 et inter lacrimas quoque quod iubeat querere. huiusmodi obicunt
 minimum rigorem et insamant peccata madurata. quod dicitur a mus dolorem
 aut admittendum in animū nō est ut cito expellendum. Utrū uidentur esse aut
 uicribilibus aut inhumanis nō sentire. amisso uinco. Dolorem in uolupta
 tem in ipsodolorem accipari. Nos quae peccamus honestam esse cum aliq; lacrima


Quae admodum in alio
 reb. non illam
 aliqd. sint
 7.

Lugens.



Obluisti suorum et corporibus efferre
 memoria. Thuanus ad 11

Tempus a uoluptate et luctu
 capere.
 No. Sic Aug. -



luctu uoluptatem, immo per luctum, et inter lacrimas quo-
 que quod iuuet, quaerere? Hi sunt, qui nobis obiciunt
 nimium rigorem et infamant praecepta nostra duritiae, quod
 dicamus dolorem aut admittendum in animum non esse
 5 aut cito expellendum. Vtrum tandem est aut incredibilius
 aut inhumanius non sentire amisso amico dolorem an uolup-
 tatem in ipso dolore aucupari? Nos quod praecipimus, hones- 27
 tum est: cum aliquid lacrima||rum affectus effuderit et, fol. 137^r
 ut ita dicam, despumauerit, non esse tradendum animum
 10 dolori. Quid, tu dicis miscendam ipsi dolori uoluptatem?
 sic consolamur crustulo pueros, sic infantium fletum infuso
 lacte conpescimus. Ne illo quidem tempore, quo filius ardet
 aut amicus expirat, cessare pateris uoluptatem, sed ipsum
 uis titillare maerorem? Vtrum honestius dolor ab animo sum-
 15 mouetur an uoluptas ad dolorem quoque admittitur? «Ad-
 mittitur» dico? captatur et quidem ex ipso. «Est aliqua» 28
 inquit «uoluptas cognata tristitiae.» Istuc nobis licet dicere,
 uobis quidem non licet. Vnum bonum nostis uoluptatem,
 unum malum dolorem: quae potest inter bonum et malum
 20 esse cognatio? Sed puta esse: nunc potissimum eruitur? et
 ipsum dolorem scrutamur, an aliquid habeat iucundum circa
 se et uoluptarium? Quaedam remedia aliis partibus corporis 29
 salutaria uelut foeda et indecora adhiberi aliis nequeunt, et
 quod aliubi prodesset sine damno uerecundiae, id fit inhones-
 20 tum loco uulneris: non te pudet luctum uoluptate sanare?

2 iubet Q | hi Q, hii B A || 3 duritia Q B A q vell. libb. et
 vulg.: duritiae corr. Maadvig, «fort. non necessario» Hense || 5 Utrū
 Q cum q 5, uirum B A || 7 dolorem (post in ipso) sed in punct.
 Q || 8 aff- sic Q || 11 consolamus pr. Q mutatum in consolamur
 m. rec., consolamur B A | fletū ex fletus Q || 12 conp- sic
 Q A | quod Q || 13 caessare Q || 14 mer- Q | Utrum Q, uirum
 B et pr. A | amico (pro animo) Q || 15 admittitur. admittatur
 Q || 17 tristitiae Q recte, tristiae B A || 21 dolorem iteratum pr.
 Q | scrutamus Q | an/aliquid Q cum q 5, aliquid B A: an quid
 scr. Hense ex Buecheleri coniectura, sed aliquid post an etiam
 alibi apud Senecam nullo quoque interiecto verbo | ioc- Q || 23 salu-
 taria Q, salutari B et pr. A | uelud feda Q || 24 ali ubi Q |
 damna Q | sit Q || 25 te Q, de A et pr. B

Seuerius ista plaga curanda est. Illud potius admone, nullum
 mali sensum ad eum, qui perit, peruenire: nam si peruenit, non
 30 perit. Nulla, inquam, res eum laedit, qui nullus est: uiuit, si
 laeditur. Vtrum putas illi male esse, quod nullus est, an quod
 est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse, 5
 quod non est: quis enim nullius sensus est? nec ex eo, quod est:
 31 effugit enim maximum mortis incommodum, non esse. Illud
 quoque dicamus ei, qui deflet ac desiderat in aetate prima
 raptum: omnes, quantum ad breuitatem aevi, si uniuerso
 compares, et iuuenes et senes, in aequo sumus. Minus enim 10
 ad nos ex aetate omni uenit quam quod minimum esse quis
 dixerit, quoniam quidem minimum aliqua pars est: hoc
 quod uiuimus, proximum nihilo est: et tamen, o dementia
 32 nostram, late disponitur. Haec tibi scripsi, non tamquam
 expectaturus esses remedium a me tam serum — liquet 15
 enim mihi te locutum tecum quicquid lecturus es — sed ut
 castigarem exigua illam moram, qua a te recessisti, et in
 reliquum adhortarer, contra fortunam tolleres animos et omnia
 eius tela, non tamquam possent uenire, sed tamquam utique
 essent uentura, prospiceres. VALE. 20

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. C I **F**abiani Papiri libros, qui inscribuntur ciuiliū, legisse
 fol. 137^v te cupidissime scribis, || et non respondisse expectationi tuae;

1 amhone Q | nullimalum pr. Q mutatum in nulli' mali m. rec.,
 nullum mali q rell. mss. et edd. || 2 perit sic Q B A et sic mox non
 perit: utraque forma contracta clausulae ratione commendatur ||
 3 Nullam sed m punct. Q, nullam sed m rasa in B || 4 mali Q
 11 s. quis dixerit / qm̄ Q cum q 5, dixeris pro dixerit B A
 (qui pr. A) || 13 proximo Q | nihilo est Q q (nichilo q) 5 vulg.,
 nihil est B A unde nihilost Hense || 14 nostram compend. Q ||
 15 ex/spect- sic Q | esse Q | remedium ame tamserū Q cum q 5
 vulg., a me om. Hense plane ex B A || 18 reliquum sic Q ||
 23 te cupidissime Q recte, ex te cupisd- A | et Q rell.: sed coni.
 Pinc., « sed (malo set) ut scribamus cum Pinciano, suadet cupidissime.

deinde oblitus de philosopho agi compositionem eius accusas. Puta esse quod dicis et effundi uerba, non figi. Primum habet ista res suam gratiam et est decor proprius orationis leniter lapsae: multum enim interesse existimo, utrum exciderit an
 5 fluxerit. *Adice* nunc, quod in hoc quoque, quod dicturus sum, ingens differentia est. Fabianus mihi non effundere uidetur 2 orationem, sed fundere: adeo larga est et sine perturbatione, non sine cursu tamen ueniens. Illud plane fatetur et praefert, non esse tractatam nec diu tortam. Sed ita, ut uis, esse cre-
 10 damus: mores ille, non uerba composuit et animis scripsit ista, non auribus. Praeterea ipso dicente non uacasset tibi partes 3 intueri: adeo te summa rapuisset, et fere quae impetu placent, minus praestant ad manum relata. Sed illud quoque multum est primo aspectu oculos occupasse., etiam si contemplatio
 15 diligens inuentura est quod arguat. Si me interrogas, maior 4 ille est, qui iudicium abstulit quam qui meruit: et scio hunc tutiorem esse, scio audacius sibi de futuro promittere. Oratio sollicita philosophum non decet: ubi tandem erit fortis et constans, ubi periculum sui faciet, qui timet uerbis? Fabia- 5
 20 nus non erat neglegens in oratione, sed securus. Itaque nihil

vide tamen Gertzi adn. in dial. p. 55,1 » adn. Hense. An at? || 1 phylosopho ex -phi ead. m. Q | accusa Q || 2 computa sed con punct. Q || 5 Nuncquod Q cum B A, Nunc q cum plerisque 5 et vulg.: adice ante nunc add. Hense, nunc quidem mauult Roszbach. Fort. fuerit numquid ñ in hoc quoque — differentia est? ut transitionis formula ad alterum argumentum || 6 ingens Q q 5, indigeus B A | non fundere — sed effundere coni. Pinc.: vide praef. p. LIV || 7 fundere, re superscr. ead. m. Q | turbatione Q | 8 Tamen ueniens Q cum rell. praeter B A ubi tamen s ueniens (sue-- A) sed ut prior s deleta sit: subueniens coni. Hense || 9 esset tractatam Q B A sed prima t puncti. et act ex corr. in Q : esse se tr. Muretus | diutortam Q B, diuturnã ex diuitornã A: diu tortam cum vulg. aut diu tornatam probat Hense | credam Q, credamus Q rell. mss. et omnes edd. || 10 comp- sic Q || 11 uacasset Q, uocasset B et pr. A || 12 imp- sic Q || 14 aspectu Q B, aconceptu A || 17 tutiorem Q, totiorem B, tociorem pr. A | scio audacius] istum audacius coni. Bartsch, audacius illum Castiglioni: cf. quae de huius loci interpretatione disputat G. H. Mueller animadv. ad L. A. Sen. epistulas quae sunt de oratione spectantes, 1910, p. 46 s.

inuenies sordidum: electa uerba sunt, non captata nec huius saeculi more contra naturam suam posita et inuersa, splendida tamen, quamuis sumantur e medio. Sensus honestos et magnificos habes, non coactos in sententiam, sed latius dictos. Videbimus, quid parum recisum sit, quid parum structum, 5 quid non huius recentis politurae: cum circumpexeris omnia, nullas uidebis angustias inanis. Desit sanae uarietas marmorum 6 et concisura aquarum a cuniculis cubicula interfluentium et pauperis cella et quicquid aliud luxuria non contenta decore simplici miscet: quod dici solet, domus recta est. Adice nunc, 10 quod de compositione non constat. Quidam illam uolunt esse ex horrido comptam, quidam usque eo aspera gaudent, ut etiam quae mollius casus explicuit, ex industria dissipent et 7 clausulas abrumpant, ne ad exspectatum respondeant. Lege Ciceronem: compositio eius una est, pedem seruat, curuat lenta 15 et sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinii salebrosa et exiliens et ubi minime exspectes, relictura. Denique omnia apud Ciceronem desinunt, apud Pollionem cadunt exceptis paucissimis, fol. 138^r quae ad certum || modum et ad unum exemplar adstricta sunt.

1 flecta Q || 3 sumantur e medio Q cum q 5 vulg. (ubi s. e medio), sumantur a medio B A (a medio A): s. de medio coni. Hense, s. a medio defendit A. Bourgery (op. c. p. 384) sed cf. Quint. V 7, 31 uerbis quam maxime ex medio sumptis | honestos Q recte, honestus B A || 5 uidebimus] «usus uerbi uidebimus in differendo et removendo ab eo, quod nunc agitur, frequens est apud Senecam» Madvig adv. II p. 487 | qui parum recisum Q || 6 non Q q 5, om. B A; minus coni. Hense | politare Q || 7 angustias] argutias Madvig, sed recte comparat Io. Mueller ep. 102,20 adsentiente G. H. Muellero (op. c. p. 52) et Hense adnotat non quadrare argutias in imaginem domus qualis continuo exprimitur || 8 aquarum acuniculis cubiculis Q, aquarum acuniculis q, aq. a cuniculis ed. Ven. a. 1492 f. XLVIII^v, aq. cubiculis A B vulg.: opinor fuisse aquarum a cuniculis cubicula interfluentium. Additamentum a cuniculis in maiore lumine operosa luxuriae inventa collocat, scil. aquarum a cuniculis inter cubicula fluentium || 10 rectaest Q B, recte est A: «fort. rectast» Hense || 11 comp- sic Q || 14 adspectatum Q, ad spectatum B q uetustissimi edd. fort. recte, ad exspectatum plerique 5 || 15 cycer- Q et sic deinde | seruat pedem curuat lenta Q cum q aliis 5: uide praef. ibid. || 16 Adcontra Q || 18 apud pollionem Q A, aput P. Hense ex B ut uidetur

Humilia praeterea tibi uideri dicis omnia et parum erecta: 8
 quo uitio carere eum iudico. Non enim illa humilia sunt sed
 placida et ad animi tenorem quietum compositumque formata,
 nec depressa sed plana. Deest illis oratorius uigor stimulative,
 5 quos quaeris, et subiti ictus sententiarum; sed totum corpus,
 uideris quam sit compositum, honestum est. Non habet oratio
 eius, sed debet dignitatem. Adfer, quem Fabiano possis prae- 9
 ponere. Dic Ciceronem, cuius libri ad philosophiam perti-
 nentes paene totidem sunt, quot Fabiani: cedam, sed non statim
 10 pusillum est, si quid maximo minus est. Dic Asinium Pollio-
 nem: cedam, et respondeamus: in re tanta eminere est post
 duos esse. Nomina adhuc T. Liuium; scripsit enim et dialogos,
 quos non magis philosophiae adnumerare possis quam histo-
 riae, et ex professo philosophiam continentis libros. Huic
 15 quoque dabo locum: uide tamen, quam multos antecedit, qui
 a tribus uincitur et tribus eloquentissimis. Sed non praestat 10
 omnia: non est fortis oratio eius, quamuis elata sit; non est
 uiolenta nec torrens, quamuis effusa sit; non est perspicua,
 sed pura. « Desideres » inquis « contra uitia aliquid aspere
 20 dici, contra pericula animose, contra fortunam superbe, con-
 tra ambitionem contumeliose. Volo luxuriam obiurgari, libi-
 dinem traduci, in potentiam frangi: sit aliquid oratorie acre,
 tragice grande, comice exile. » Vis illum adsidere pusillae rei,

2 s. Nonenī illa humilia sed placida/et ad animi tenorem Q:
 vide praef. p. LIV s. || 3 quietum sed t superscr. Q || 4 de est Q ||
 5 subicit (t punct.) Q pro subiti ictus | sententiarum Q recte,
 sententiarum B A || 6 s. oratiocius ex orationis Q || 7 de/bet Q B A
 q rell.; dabit Lipsius adprobante Madvigio, decet Haase, non
 habet gratiam oratio eius, sed habet (habet Bartsch) dignitatem
 Aem. Baehrens, sed argutam et poeticam locutionem graeco fonte
 deductam recte tueretur Hense conl. ἀφλοκάνειν (γέλωτα sim.) ||
 9 quod pr. Q cum B A, quot corr. m. rec. Q | Caedam Q ||
 11 cedam, sed ut respondeam conl. Erasmus², cedam, respondeam
 Buecheley. An cedam, at respondeamus? quamquam par-
 ticulae et apud Senecam saepe inesse sensum aduersatiuum con-
 stat | inrem. tanta enī res est Q cum q || 12 T. pr. Q mutatum in
 Titū m. rec. || 15 dialogum (pro locum) Q q || 21 s. libidinem tra-
 duci Q recte, libidem traduci B, libidinem traduci A || 23 traice
 Q | pusillae Q, pusille B A (s ex c A)

uerbis: ille rerum se magnitudini addixit, eloquentiam uelut
 11 umbram non hoc agens trahit. Non erunt sine dubio singula
 circumspecta nec in se collecta nec omne uerbum excitabit ac
 punget, fateor. Exhibunt multa nec ferient et interdum otiosa
 praeterlabetur oratio, sed multum erit in omnibus lucis, sed 5
 ingens sine taedio spatium. Denique illud praestabit, ut li-
 queat tibi illum sensisse quae scripsit. Intelleges hoc actum,
 ut tu scires quid illi placeret, non ut ille placeret tibi. Ad pro-
 fectum omnia tendunt, ad bonam mentem: non quaeritur
 12 plausus. Talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis 10
 reminiscor quam teneo haeretque mihi color eorum non
 ex recenti conuersatione familiariter, sed summatim, ut solet ex
 uetere notitia: cum audirem certe illum, talia mihi uideban-
 tur, non solida, sed plena, quae adulescentem indolis bonae
 fol. 138^v adtollerent et ad imitationem sui euocarent || sine desperatione 15
 uincendi, quae mihi adhortatio uidetur efficacissima. Deterret
 enim qui imitandi cupiditatem fecit, spem abstulit. Ceterum
 uerbis abundabat, sine commendatione partium singularum
 in uniuersum magnificus. VALE.

EXPLICIT LIBER XVI.

20

1 adduxit Q B A q, addixit 5 || 2 non post umbram om.
 Q q || 3 s. acpung& Q cum q 5, ag pugnet B A || 7 intelliges Q
 || 8 placer& tibi Q cum q 5, placere tibi B A || 12 exercenti
 pr. Q cum A || 14 adol-Q || 15 adtoll- sic Q | sine uocarent
 Q B A (siueuoc- A), sui euocarent q 5 || 18 habund- Q q | sine
 superscr. Q¹ || 20 EXPLICIT LIBER XVI. INCIPIT XVII.
 SENECA LVCILIO SVO SALVTEM Q

INCIPIT XVII.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Omnis dies, omnis hora quam nihil simus ostendit et ¹ Ep. CI
 aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitos: tum
 5 aeterna meditados respicere cogit ad mortem. Quid sibi iustud
 principium uelit quaeris? Senecionem Cornelium, equitem
 Romanum splendidum et officiosum, noueras: ex tenui prin-
 cipio se ipse promouerat et iam illi decliuus erat cursus ad
 cetera. Facilius enim crescit dignitas quam incipit. Pecunia ²
 10 quoque circa paupertatem plurimum morae habet; dum ex
 illa erepat haeret. Iam Senecio diuitiis imminebat, ad quas
 illum duae res ducebant efficacissimae, et quaerendi et custo-
 diendi scientia, quarum uel altera locupletem facere potuisset.
 Hic homo summae frugalitatis, non minus patrimonii quam ³
 15 corporis diligens, cum me ex consuetudine mane uidisset,
 cum per totum diem amico grauiter adfecto et sine spe iacenti
 usque in noctem adsedisset, cum hilaris cenasset, genere

3 omnis hora Q | sumus ostendit Q q vetustissimi edd. Schweig-
 hauser, sumostendit B A, simus ostendit 5: coniunctiuum et ipse
 recipio, quamquam poeticus Senecae sermo adducit ut et indicati-
 uum non absonum esse existimem, cum praesertim et alibi in
 eiusmodi enuntiatis indicativus librorum consensu nitatur, cf. A
 Bourgery op. c. p. 337 s. || 6 Senecionem Q | aequitē / R splendidum
 pr. Q, super spatium vacuum inter R et spl. supplevit omanū m.
 rec., equitem r. splendidum B A || 10 plurimum amorem Q B A q
 vell.: corr. Pincianus || 11 ereptat Q q vet. edd.: fort. non inepte,
 scil. erepere nititur | Hae etiam pr. Q cum A et pr. B (vel hac
 pr. B) mutatum in Hic etiam m. rec. in Q B (hic B), Hic etiam q
 vell. 5 vulg.: corr. haeret: iam Buecheler | senecio Q | inmin- sic Q
 || 12 efficacissime Q || 14 frugalitatis ex fragil- ut videtur Q || 17 cae-
 nasset Q

ualitudinis praecipiti arreptus, angina, uix compressum artatis
 faucibus spiritum traxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas,
 quam omnibus erat sani ac ualentis officiis functus, decessit.
 4 Ille, qui et mari et terra pecuniam agitabat, qui ad publica
 quoque nullum relinquens inexpertum genus quaestus acces- 5
 serat, in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurrentis
 pecuniae impetu raptus est. « Inse- re nunc, Meliboee, piro-
 s, pone [in] ordine uites. » Quam stultum est aetatem disponere
 ne crastini quidem dominum! o quanta dementia est spes
 longas inchoantium: emam aedificabo, credam exigam, honores 10
 geram, tum deinde lassam et plenam senectutem in otium
 5 referam. Omnia, mihi crede, etiam felicibus dubia sunt;
 nihil sibi quisquam de futuro debet promittere: id quoque, quod
 tenetur, per manus exit et ipsam, quam preminimus, horam
 casus incidit. Voluitur tempus rata quidem lege, sed per ob- 15
 scurum: quid autem ad me, an naturae certum sit quod mihi
 6 incertum est? Nauigationes longas et pererratis litoribus ||
 fol. 139^r alienis seros in patriam reditus proponimus, militiam et castren-
 sium laborum tarda manupretia, procurationes officiorumque
 per officia processus, cum interim ad latus mors est, quae 20
 quoniam numquam cogitatur nisi aliena, subinde nobis in-
 geruntur mortalitatis exempla non diutius quam dum mira-
 7 mur, haesura. Quid autem stultius quam mirari id ullo die
 factum, quod omni potest fieri? Stat quidem terminus nobis,
 ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit, sed nemo scit 25
 nostrum, quam prope uersetur terminum. Sic itaque formemus

1 arep/tus Q || 3 quã Q cum B pr., postquam A, B corr., q
 5: quam Ianus et recentiores edd. || 4 pecunia pr. Q || 5 questus
 Q || 7 meliboeae Q || 8 pone inordine Q cum B A, pone ordine q
 rell. 5 || 9 nec crastini quidem Q q vetustissimi edd. | dementiae
 pr. Q, dementiae corr. m. rec. || 10 oĩa (pro emam) Q || 11 geram
 ex gergam radendo Q | tum ex cum Q || 14 preminimus Q A || 19
 manupretia Q q (manu precia q) 5, manupretia Haase Hense
 || 24 quod Q, quid B A | omnino Q vetustissimi edd. || 26 termi-
 nus Q B A q rell.; secl. Muretus et Schweighaeuser fort. recte, ter-
 minum Buecheleer idque recipio cum Hensio, quamquam usita-
 tus foret apud nostrum prope uersetur a termino

animum, tamquam ad extrema uentum sit. Nihil differamus: cotidie cum uita paria faciamus. Maximum uitae uitium est, quod imperfecta semper est, quod [in] aliquid ex illa differtur. Qui cotidie uitae suae summam manum inposuit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri exedens animum. Nihil est miserius dubitatione uenientium quorsus euadant: quantum sit illud quod restat aut quale, sollicita mens inexplicabili formidine agitur. Quo modo effugiemus hanc uolutionem? uno, si uita nostra non prominebit, si in se colligitur: ille enim ex futuro suspenditur, cui inritum est praesens. Vbi uero, quicquid mihi debui, redditum est, ubi stabilita mens scit nihil interesse inter diem et saeculum, quicquid deinceps dierum rerumque uenturum est, ex alto prospicit et cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enim uarietas mobilitasque casuum perturbabit, si certus sis aduersus incerta? Ideo propera, Lucili mi, uiuere et singulos dies singulas uitas puta. Qui hoc modo se aptauit, cui uita sua cotidie fuit tota, securus est: in spem uiuentibus proximum quodque tempus elabitur

1 ad ex ab Q || 3 s. in aliquid ex illa Q cum B A, ex illa aliquid q aliquid ex illa *alli* 5: in aliud ex alio *Pincianus*, in diem aliquid ex illa *Windhaus*, interim aliquid ex i. *Castiglioni*, sed facile subauditur semper ex praeced. enuntiato et in perperam insertum a librariis in Q et *rell. epistularum codd. saepe vidimus* || 6 excedens Q et pr. B 7 euadunt Q || 8 quali Q B A | collecta Q B A q *rell.*: non collecta vel incollecta *Pincianus*, collectu (unde quantum sit — quale pendeat) *Lipsius*, contracta *Haase*, sollicita *Buecheler* quem sequor cum *Hensio*, coniectans *Gertz*, correpta *Castiglioni* | explicabili Q B A, inexplic- q alii 5 *vulg.*: illi favere quod sequitur statim uno — colligitur monuit *Pincianus* adprobante *Buechelero*, sed «sic otiosum est, vereor, explicabili et debilitans sententiam: v. quomodo — volut. ? intellego fere quo modo cavebimus ne in formidinem istam inexplicabilem incidamus?» *adn. Hense et seriorum libb. scripturam aptius ad sententiam facere consentit Castiglioni* || 10 colligitur Q B (g. ex c B) q: colligetur *Erasmus* || 11 quicq- sic Q || 12 inter esse Q || 14 est *superscr. Q* || 15 sit Q || 17 lucili mi Q B A q, mi Lucili *vulgo edd. ante Schweighaeuserum*, Lucili *Fichert Haase* || 18 aptauit pr. Q ut con. *Stephanus*, aptabit Q cum B A || 19 In spem Q *cod. Guelferb. (Gud. 10)*, in spe B A q *rell.*

subitque auiditas et miserrimus ac miserrima omnia efficiens
metus mortis. Inde illud Maecenatis turpissimum uotum,
quo et debilitatem non recusat et deformitatem et nouissime
acutam crucem, dummodo inter haec mala spiritus prorogetur:
11 « debilem facito manu, debilem pede coxo, tuber adstrue
gibberum, lubricos quate dentes: uita dum superest, bene est;
12 hanc mihi, uel acuta si sedeam cruce, sustine. » Quod miser-
fol. 139^v rimum || erat, si incidisset, optatur et tamquam uita petitur
supplici mora. Contemptissimum putarem, si uiuere uellet
usque ad crucem: « tu uero » inquit « me debilites licet, dum 10
spiritus in corpore fracto et inutili maneat; deprauas licet,
dum monstroso et distorto temporis aliquid accedat; suffigas
licet et acutam sessuro crucem subdas » : est tanti uulnus suum
premere et patibulo pendere districtum, dum differat id, quod
15 est in malis optimum, supplicii finem? est tanti habere ani-
13 mam, ut agam? Quid huic optes nisi deos faciles? quid sibi uult
ista carminis effeminati turpitude? quid timoris dementissimi
pactio? quid tam foeda uitae mendicatio? Huic putes umquam

i effici & Q q, efficiens ex corr. B || 2 mecaenatis sed prior a punct.
Q || 5 debile facito Q | coxo pr. Q cum B A, coxa q 5 vulg. :
de coxo i. e. claudio cf. Thes. l. l. IV col. 1096, praeterea Loewe
Groeber Buecheler in locis ab Hensio allatis p. 484,8 || 6 gibberum
Q | bene est Q B A sed e in est initio versus praeposita B unde
benest Hense || 7 ac Q q, hac B A, hanc 5 | si sedeam] si sidam
ut gliconei forma fiat legitima, dubitanter prop. Buecheler, cui ad-
sentitur P. Lunderstedt De C. Maecenatis fragm. p. 47: at sedeam
tamquam dysyllabum per synizesin usurpatum apparet (cf. aurea in
Verg. Aen. I 698) ita ut in hoc quoque gliconeo, sicut in praeced.
vv. huius fragmenti tam gliconeis quam pherecrateis, sedes secunda
syllabam brevem habeat | crucem sed m punct. Q | abstine ex
abstinere radendo Q || 8 incidisset sed ci superscr. ead. m. Q ||
9 supplici sic Q et pr. B, subplici A || 11 et om. Q || 12 deser/to
Q cum B A q: distorto Erasmus², detorto Haase | aliquis Q,
aliquit B A | accedas Q et pr. B || 13 sessuro Q B A (s ante u ex
corr. A), sensuro q alii 5 vetustissimi edd. : haesuro Duemmler
« non recte » adn. Hense | set tanti Q, Sed tanti ẽ q Sed est t.
aut et est t. alii 5 || 14 promere Q et pr. q | dstrictum Q cum
B A || 15 supplici pr. Q, supplicii corr. m. rec. || 16 agam] agat ma-
vult Castiglioni : an agamus? || 18 uitae mendatio pr. Q mutatum
in uita emendatio m. rec., uite comendatio q cum plerisque 5 |
cui Q B A q rell. : corr. Muretus

recitasse Vergilium « usque adeone mori miserum est »? Optat
ultima malorum et quae pati grauissimum est, extendi ac
sustineri cupit: qua mercede? scilicet uitae longioris. Quod
autem uiuere est diu mori? Inuenitur aliquis, qui uelit inter
5 supplicia tabescere et perire membratim et totiens per stili- 14
cidia emittere animam quam semel exhalare? Inuenitur, qui
uelit adactus ad illud infelix lignum, iam debilis, iam prauus
et in foedum scapularum ac pectoris tuber elisus, cui multae
moriendi causae etiam citra crucem fuerant, trahere animam
10 tot tormenta tracturam? Nega nunc magnum beneficium esse 15
naturae, quod necesse est mori. Multi peiora adhuc pacisci
parati sunt: etiam amicum prodere, ut diutius uiuant, et li-
beros ad stuprum manu sua tradere, ut contingat lucem ui-
dere tot consciam scelerum. Excutienda uitae cupido est di-
15 scendumque nihil interesse, quando patiaris, quod quando-
que patiendum est. Quam bene uiuas refert, non quam diu:
saepe autem in hoc est bene, ne diu. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quomodo molestus est iucundum somnium uidenti qui Ep. CII
20 excitat — aufert enim uoluptatem, etiam si falsam, effectum
tamen uerae habentem —: sic epistula tua mihi fecit iniuriam.
Reuocauit enim me cogitationi aptae traditum et iturum, si
licuisset, ulterius: iuuabat de aeternitate animarum quaerere, 2

2 ultima in marg. ead. m. Q || 3 silic & Q cum A | Quod Q
B A q, quid 5: quid autem? vivere est diu mori? Jo. Mueller ||
5 totiens Q B A q: potius Buecheley, sed cf. J. H. Schmalz
Latein. Synt. p. 547 s. | stillicidia Q A, ex stilic- B || 7 ad actis
Q, adactis pr. B | prauas Q || 8 acceptoris Q B A, ac pectoris
q 5 || 10 tractura Q || 14 cupido Q q 5, cui/pido B A | Discen-
dumque Q recte, dicendumque B et pr. A || 16 referre Erasmus²
|| 17 esse Q B A q., est cod. Palat. quartus Gruteri teste Fickerto
| post hanc epistulam lacunam esse amplam aut librorum vitio
aut primi editoris consilio putat Haase: vide praef. p. LV s. ||
19 ioc- Q || 21 epla Q || 22 aptae Q vell.: altae Lipsius

immo mehercules credere. Praebbam enim me facilem opinionibus magnorum uirorum rem gratissimam promittentium magis quam probantium. Dabam me spei tantae; iam eram fastidio mihi, iam reliquias aetatis infractae contemnebam in immensum illud tempus et in possessionem omnis aevi transiturus: cum subito experrectus sum epistula tua accepta || fol. 14^{or} et tam bellum somnium perdidit. Quod repetam, si te dimisero, et redimam. Negat me epistula primo totam quaestionem explicuisse, in qua probare conabar id quod nostris placet, claritatem, quae post mortem contingit, bonum esse. Id enim me non soluisse, quod opponitur nobis: « nullum » inquit « bonum ex distantibus: hoc autem ex distantibus constat. »

3 Quod interrogas, mi Lucili, eiusdem quaestionis est loci alterius, et ideo non <hoc> tantum, sed alia quoque eodem pertinentia distuleram. Quaedam enim, ut scis, moralibus rationalia inmixta sunt. Itaque illam partem rectam et ad mores pertinentem tractavi: numquid stultum sit ac superuacuum ultra extremum diem curas transmittere, an cadant bona

1 Credebā Q cum B A q (Credebam enim facile q) plerisque 5 vulg.: dabam coni. Gronovius, praebbam Buecheler conl. ep. 116,1 || 4 contempn- Q || 6 transiturū Q cum B A, transiturus q alii 5 | experrectus Q q, expergefactus aliquot 5, experfectus B A || 7 s. dimisero Q, demis- B A || 8 Negat Q B A q vell. praeter cod. Urb.-Rom. 219 saec. XV ubi Negas teste Fickerto, et sic scr. Erasmus² quam scripturam receperunt Muretus alique vet. edd. et Haase, sed subiectum est epistula scil. quae Senecae somnianti iniuriam fecerat, nec huiusmodi locutio difficultatem facit in Senecae sermone | epla prima Q cum vell.: epistula proxima scr. Haase. Schweighaeuser autem praecunte Ruhkopsio accipit ep. prima tamquam subiectum verbi negat et interpretatur « initium tuae epistulae » eique assentior quod ad sententiam attinet, sed puto prima propter praeced. epistula traditum esse pro primo scil. epistula incipit a negando me cet.: malim primum idque erui fortasse potest ex primam quod Lipsius in suo libro legit || 9 conabaris quod Q q, conabari quod B et pr. A, conabar id quod 5 || 11 nullunt pr. Q || 14 nontantum Q cum A et pr. B, nō hoc tantum q cum 5: non id tantum prop. Hense probabiliter | eodē Q cum q 5, om. B A: « sufficit eo vel huc » Hense, et id non t. sed alia q. eo p. distuleram Gundermann || 15 moralibus Q q 5, moralia B A || 16 recta ad mores Muretus

nostra nobiscum nihilque sit eius, qui nullus est, an ex eo, quod, cum erit, sensuri non sumus, antequam sit, aliquis fructus percipi aut peti possit. Haec omnia ad mores spectant: itaque suo loco posita sunt. At quae a dialecticis contra hanc opinionem dicuntur, segreganda fuerunt et ideo seposita sunt. Nunc, quia omnia exigis, omnia quae dicunt persequar, deinde singulis occurram. Nisi aliquid praedixero, intellegi non poterunt quae refellentur. Quid est, quod praedicere uelim? quaedam continua esse corpora, ut hominem; quaedam esse composita, ut nauem, domum, omnia denique, quorum diuersae partes iunctura in unum coactae sunt; quaedam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tamquam exercitus, populus, senatus. Illi enim, per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura diducti et singuli sunt. Quid est, quod etiamnunc praedicere uelim? Nullum bonum putamus esse, quod ex distantibus constat: uno enim spiritu unum bonum contineri ac regi debet, unum esse unius boni principale. Hoc si quando desideraueris, per se probatur: interim ponendum fuit, quia in nos nostra tela mittuntur.

« Dicitis » inquit « nullum bonum ex distantibus esse: claritas autem ista bonorum uirorum secunda opinio est. Nam quomodo fama non est unius sermo nec infamia unius mala

2 sit om. Q || 3 percipi aut Q q 5, percipit aut B A | ad mores Q q 5, mores, om. ad Hense ex B A || 4 atq; (pro at quae) Q | a sed post erasa una litt. Q || 7 intelligi Q || 8 p̄dicere Q cum q 5, praecidere B A || 9 uelimus Q, fort. concinnioris clausula causa | continua esse corpora Q q vulg., continua c. esse Hense plane ex B A sed ita tenuatur chiasmus inter continua esse et seq. esse composita | aut sed a punct. Q || 15 uelim Q, uelim B A || 17 Unde Q cum B A, Uno q cum 5 | spirituū (pro spiritu unum) pr. Q mutatum in spiritū m. rec. deterius | debet secludendum putat Castiglioni || 19 probatur Q cum B A, probabitur q alii 5: probetur prop. Hense | in nostra Q q rell.: in nos Pincianus, in nos nostra Schweighauser || 21 Dicitis Q B A sed t punct. in Q, Dicitis q 5: Dicitis vetustissimi edd. || 22 post opinio est v. Haec autem — distantium traici vult ex fine huius imematis Hermes, non necessario ut putat Eug. Albertini (op. c. p. 194 adn. 1)

existimatio, sic nec claritas uni bono placuisse. Consentire in hoc plures insignes et spectabiles uiri debent, ut claritas sit. Haec autem ex iudiciis plurium efficitur, id est distantium:

9 ergo non est bonum. Claritas» inquit «laus est a bonis bono
fol. 140^v reddita; laus oratio, uox est aliquid signifi||cans: uox est 5
autem, licet uirorum sit *bonorum*, non bonum. Nec enim quic-
quid uir bonus facit, bonum est; nam et plaudit et sibilat, sed
nec plausum quisquam nec sibilum, licet omnia eius admiretur
et laudet, bonum dicit, non magis quam sternutamentum
10 aut tussim. Ergo claritas bonum non est. Ad summam dicite 10
nobis, utrum laudantis an laudati bonum sit: si laudati bo-
num esse dicitis, tam ridiculam rem facitis, quam si adfirmetis
meum esse, quod alius bene ualeat. Sed laudare dignos ho-
nesta actio est: ita laudantis bonum est, cuius actio est, non
11 nostrum, qui laudamur: atqui hoc quaerebatur.» Respondebo 15
nunc singulis cursim. Primum an sit aliquod ex distantibus
bonum, etiam nunc quaeritur et pars utraque sententias habet.
Deinde claritas desiderat multa suffragia? potest et unius boni
uiri iudicio esse contenta: nos bonus *unus* bonos iudicat.
12 «Quid ergo?» inquit «et fama erit unius hominis existimatio 20

2 exspectantes Q B A (exp- A), et spectabiles q cum nonnullis 5, et spectati vel et praestantes alii 5 || 3 plurium Q cum nonnullis 5, plurimum B et pr. A, plurimorum q || 5 laus oratio: oratio uox est nonnulli 5 et vulg. sed «laus oratio vel uox est» intellegendum esse recte adnotat Hense, laudis autem oratio q alii 5 || 6 uirorum sit bonum Q cum uetustioribus libb. et duobus 5, Vox/aut licet bonorum uirorum sit nō ē bonū q plane ex cuiusdam uiri docti coniectura a qua parum discrepans Erasmus¹ uerba bonorum, non ante bonum inseruit ita ut non bonum significet «un non bene» || 9 sternutamentum Q q et sic vulgo edd. usque ad Ruhkopfium, sternutamentum recentiores edd. sed cf. dial. IV 25, 3 || 11 an laudanti Q | Silaudantis Q cum B A q rell.: corr. Madvig || 12 esse pr. Q, esset m. rec. perperam | dicit ista (pro dicitis tam) Q, dicitis istam pr. B || 15 Ad/qui Q || 18 Deinde claritas — suffragia? vide praef. p. LVI || 19 nos bonus bonos Q B A, nam omnes bonos bonus unus q vulgo edd. usque ad Ruhkopfium: nos bonos bonus Schweighauser Fickert, si nos bonos bonus Haase, unus bonus bonos Windhaus, nos (i. Stotcos) unus bonus bonos Mueck, unus ante nos add. Hense², probabilius post bonus q et vet. edd.: [nos] bonus bonos Castiglioni

et infamia unius malignus sermo? Gloriam quoque » inquit
 « latius fusam intellego; consensum enim multorum exigit. »
 Diuersa horum condicio est et illius. Quare? quia, si de me bene
 uir bonus sentit, eodem loco sum, quo si omnes boni idem
 5 sentirent: omnes enim, si me cognouerint, idem sentient.
 Par illis idemque iudicium est, aequae uero inficiscitur. Dissi-
 dere non possunt: ita pro eo est, ac si omnes idem sentiant,
 quia aliud sentire non possunt. Ad gloriam aut famam non 13
 est satis unius opinio. Illic idem potest una sententia, quod
 10 omnium, quia omnium, si perrogetur, una erit: hic diuersa
 dissimilium iudicia sunt. Difficiles adfectus, dubia omnia
 inuenies, leuia, snspecta. Putas tu posse unam omnium esse
 sententiam? non est unius una sententia. Illi placet uerum,
 ueritatis una uis, una facies est: apud hos falsa sunt, quibus
 15 adsentiuntur. Numquam autem falsis constantia est: uarian-
 tur et dissident. « Sed laus » inquit « nihil aliud quam uox est, 14
 uox autem bonum non est. » Cum dicunt claritatem esse lau-
 dem bonorum a bonis redditam, non ad uocem referunt, sed
 ad sententiam. Licet enim uir bonus taceat, sed aliquem iu-
 20 dicet dignum laude esse, laudatus est. Praeterea aliud est 15
 laus, aliud laudatio, haec et uocem exigit: itaque nemo dicit
 laudem funebrem, sed laudationem, cuius officium oratione fol. 141r
 constat. Cum dicimus aliquem laude dignum, non uerba illi

3 dicio Q et pr. B | est et illius est Q | bene in marg. Q
 || 4 om̄s et sic mox Om̄s Q || 6 parilis pr. Q | iudicium sed iu
 superscr. Q B | inficiscitur pr. Q cum B A sed cis punct. m.
 rec. in Q, inficiscitur ꝑ: insistitur Erasmus¹, proficere - proficisci
 comparat Buecheler, inficisci nusquam alibi inueniri animadvertit
 A. Bourgery (op. c. p. 262). An inficiscitur? i. e. inficisci constat
 || 8 et (pro aut) Q q edd. vet̄. || 11 difficiles Q B A q, dissimiles
 ꝑ vulg.: diff. adf. cum inuenies iunxit Buecheler quem sequor cum
 Hensio || 12 s. sententiam/unam om̄ium esse Q vet̄. edd., senten-
 tiam omnium unam esse q || 13 non est nisi unius O. Roszbach
 | illi Q q rell.: illis Muretus, illis vel illic Roszbach || 15 con-
 stantia Q, constanta pr. B et ex constante A || 17 dicant Q B
 A q: corr. Lipsius || 18 « fort. bono a bonis coll. § 9 et 18 » adn.
 Hense | reddi iam Q B A, redditā iā q cum nonnullis ꝑ et vulg.
 || 23 constat om. Q et pr. B: cuius officium in oratione est prop.
 Windhaus | aliqua Q | illa Q

- benigna hominum, sed iudicia promittimus. Ergo laus etiam taciti est bene sentientis ac bonum uirum apud se laudantis.
- 16 Deinde, ut dixi, ad animum refertur laus, non ad uerba, quae conceptam laudem egerunt et in notitiam plurium emittunt. Laudat qui laudandum esse iudicat. Cum tragicus ille apud;⁵ nos ait magnificum esse « laudari a laudato uiro », laude digno ait. Et cum aequae antiquus poeta ait « laus alit artis », non laudationem dicit, quae corrumpit artes: nihil enim aequae et eloquentiam et omne aliud studium auribus deditum uitiauit
- 17 quam popularis adsensio. Fama uocem utique desiderat,¹⁰ claritas potest etiam citra uocem contingere contenta iudicio: plena est non tantum inter tacentis, sed etiam inter reclamantis. Quid intersit inter claritatem et gloriam dicam:
- 18 gloria multorum iudiciis constat, claritas bonorum. « Cuius » inquit « bonum est claritas, id est laus bono a bonis reddita? ¹⁵ utrum laudati an laudantis? » Vtriusque: meum, qui laudor; quia natura me amantem omnium genuit, et bene fecisse gaudeo, et gratos me inuenisse uirtutum interpretes laetor. Hoc plurium bonum est, quod grati sunt, sed et meum: ita enim animo compositus sum, ut aliorum bonum meum iudicem,²⁰

1 promittimus ex -mur Q || 2 sententiis Q et pr. B || 4 innocentiam Q cum B A, in notitiam q alii § || 5 Laudent sed ent additum atramento minus nigro Q || 7 antiquus Q A, antiquos pr. B quam formam praetulit Hense, sed -us pro -os in nomin. sing. etiam thematum in -uo vel -vo desinentium inde a priore saeculi primi p. Chr. n. parte scribi cepit esse constat | alitteris Q B A, alterius q alii §: alit artes (cum Hensio praefero artis) Erasmus² || 8 & ante eloq. superscr. Q¹ || 9 uiciauit Q || 11 claritas. Potest enim Q cum B A, nō claritas. potest/enim q cod. Rehdig. I, claritas non potest enim cod. bibl. Univ. Patav. 913, claritas non: potest enim vulg.: claritas potest etiam Hense ex Buecheleri emendatione, utiq. desiderat, non desiderat claritas. potest enim Windhaus || 14 iudiciis Q, iudicis B A: iudicis scr. Rossbach || 15 abono Q sed a ex i, ut videtur, correcta, a bono B A (a deleta B), bono q | abonis sed a inserta ead. m. Q: an laus a bono bonis? || 16 laudat iam (pro laudati an) Q, laudanti am pr. B || 17 naturamea amantem Q naturam mea (meam ut videtur pr. B) amantem B A, natura me amantē q cum § | benefecisse Q cum B A, benefecisse me q cum nonnullis § || 19 plurimum Q B, pr. A q († plurium superscr. q¹) | sed -om. Q || 20 comp- sic Q | ut Q q §, et B A

utique eorum, quibus ipse sum boni causa. Est istud laudan- 19
 tium bonum, uirtute enim geritur: omnis autem uirtutis actio
 bonum est. Hoc contingere illis non potuisset, nisi ego talis
 essem. Itaque utriusque bonum est merito laudari, tam me-
 5 hercules quam bene iudicasse iudicantis bonum est et eius,
 secundum quem iudicatum est. Numquid dubitas, quin iustitia
 et habentis bonum sit et autem sit eius, cui debitum soluit?
 Merentem laudare iustitia est: ergo utriusque bonum est.

Cauillatoribus istis abunde responderimus. Sed non de- 20
 bet hoc nobis esse propositum arguta disserere et philosophiam
 in has angustias ex sua maiestate detrahere: quanto
 satius est ire aperta uia et recta quam sibi ipsum flexus dis-
 ponere, quos cum magna molestia debeas relegere? neque
 enim quicquam aliud istae disputationes sunt quam inter
 15 se perite captantium lusus. Dic potius, quam naturale sit in
 inmensum mentem suam extendere. Magna et generosa res
 est humanus animus: nullos sibi poni nisi || communes et fol. 141^v
 cum deo terminos patitur. Primum humilem non accipit patriam,
 Ephesum aut Alexandriam aut si quod est etiamnunc
 20 frequentius accolis laetiusue tectis solum: patria est illi quod-
 cumque suprema et uniuersa circuitu suo cingit, hoc omne

I iste Q B A, istius q complures ζ, ipsi edd. Ven. a. 1490
 f. L^v et a. 1492 f. XLIX^v, ipse vulg.: an ipsi' (scil. ipsius)?
 || 3 v. Hoc — essem traicit post causa Gertz, sed non necessario ut putat
 Eug. Albertini (op. c. p. 194, adn. 1) | tulissem (pro talis
 essem) Q || 5 iudicatis pr. Q: et iudicantis Gertz || 7 bonum
 deleri uult Windhaus | autem sit om. q vulg., deleuit corrector
 rec. in B, defendit Buecheler: an item sit ut in edd. Curionis et
 Gothofredi? || 9 respondebimus Q B A q sed b ex corr. alius
 incertae litterae Q: corr. Pincianus || 11 detrahere] detrudere prop.
 Castiglioni || 12 aperte Q B et pr. A, aperta q rell. ζ | et punct.
 m. rec. Q || 13 molestias sed extr. s punct. Q || 14 s. inter sempte
 Q, inter se semper q || 17 Nullus Q | et om. q cum aliquot ζ,
 adstipulator Madvig animadvertens nullos esse terminos communes
 per se: « alioqui potuit communes secum deo » adn. Hense || 19 aut
 ex ut Q | est om. Q || 20 oculis Q B A q, incolis vel oculis ζ:
 corr. Pincianus | laetius uectis Q B A q (let-q): laetius tectis
 Lipsius, laetiusue tectis Windhaus quem cum Hensio sequor, laetius
 inuectis Rossbach || 21 suprema Q B A | cingitur Q

- conuexum, intra quod iacent maria cum terris, intra quod
 aër humanis diuina secernens *etiam* coniungit, in quo disposita
 22 tot lumina in actus suos excubant. Deinde artam aetatem
 sibi dari non sinit: « omnes » inquit « anni mei sunt: nullum
 saeculum magnis ingeniis clusum est, nullum non cogitationi s
 peruium tempus. Cum uenerit dies ille, qui mixtum hoc di-
 uini humanique secernat, corpus hic, ubi inueni, relinquam,
 ipse me diis reddam. Nec nunc sine illis sum, sed graui terre-
 23 noque detineor. » Per has mortalis aeuī moras illi meliori
 uitae longiorique proluditur. Quemadmodum enim decem 10
 mensibus tenet nos maternus uterus et praeparat non sibi,
 sed illi loco, in quem uidemur emitti iam idonei spiritum tra-
 here et in aperto durare: sic per hoc spatium, quod ab infantia
 patet in senectutem, in alium maturescimus partum. Alia
 24 origo nos expectat, alius rerum status. Nondum caelum nisi 15

2 iam *Q B A q* *rell.*: etiam *Pincianus*, tamen *Rossbach*, idem *Castiglioni* | in quod *Q cum B A*, intra quod *q 5* *vulg.*: *corr.* *Schweighauser* | disposita *Q*, -to *pr. B A* || 3 numina *Q B A q* (at munita at minima *superscr. q*) *vulg.*: *corr.* *Haase* | actos *Q* | actam *Q et pr. B A* || 4 sint *Q* | ante mei *Q B A*, ante me *q cum aliquot 5*, ante me mei *cod. Palat. quartus Gruteri*, anni mei « *ex correctioribus codicibus* » *Pinc. et sic vulg.*: ante me anni mei *Haase. Fort.* ante me anni quod ut suspicer suadet glossa in *q* « omnes s. aetates, inquit s. animus, ante me s. in conspectu et cogitatione sunt » *cf. dial. XII 11,7 cogitatio eius (scil. animi) ...in omne praeteritum futurumque tempus inmittitur* || 5 magis *pr. Q* || 7 tempus *Q B A q*: corpus *Pincianus* | inuenire inquā (*pro inueni relinquam*) *Q* || 8 diei *Q B A q*, diis unus *cod. Schweighauseri et ed. Mentelini ubi ipsis me diis legitur: diis, non dis, commendatur clausulae ratione* | graui ter regno; *Q*, graui ter regno sed *g erasa B* || 10 inuicem *Q B A*, nouem *q plerique 5* *vulg.*, decem duo *5 de quo numero comparatur ab Hensio Sen. Phoen. 535 et a Io. Muellero Cic. top. 10,44, Gell. XIV 1,19: enim decem Rossbach cui adsentior* || 11 s. sibi sed *Q q 5*, sibi et *B A unde sibi set Hense* || 12 uidemur emitti] « *recte libri ut in re non peruia oculis manibusque* » *Buecheler: iubemur emitti Io. Mueller, videmur eniti Windhaus, iubemur eniti Aem. Hermes: eniti cod. Velz. sed recte comparat Hense § 26 ex.* || 14 in (*ex corr. Q¹*) alium *Q et pr. B A* | maturaes scimus (*c superscr. m. rec.*) *Q*, maturaesimus *B A* || 15 origo] regio *prop. Cornelissen idque commendari ep. 108, 20 non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? monet Hermes* | nisi *superscr. Q¹*

ex interuallo pati possumus. Proinde intrepidus horam illam
 decretoriam prospice: non est animo suprema, sed corpori.
 Quicquid circa te iacet rerum, tamquam hospitalis loci sarcinas
 spectat: transeundum est. Excudit redeuntem natura sicut in-
 5 trantem. Non licet plus efferre quam intuleris, immo etiam 25
 ex eo, quod ad uitam adtulisti, pars magna ponenda est: de-
 trahetur tibi haec circumiecta, nouissimum uelamentum tui,
 cutis; detrahetur caro et suffusus sanguis discurrensque
 per totum; detraherentur ossa neruique, firmamenta fluidorum
 10 ac labentium. Dies iste, quem tamquam extremum reformi- 26
 das, aeterni natalis est. Depone onus: quid cunctaris, tam-
 quam non prius quoque relicto, in quo latebas, corpore exie-
 ris? Haeres, reluctaris: tum quoque magno nisu matris ex-
 pulsus es. Gemis, ploras: et hoc ipsum flere nascentis est,
 15 sed tunc debebat ignosci: rudis et imperitus omnium ueneras.
 Ex maternorum uiscerum calido mollique fomento emissum
 adflauit aura liberior, deinde offendit durae manus tactus,
 tenerque || adhuc et nullius rei gnarus obstipuisti inter ignota: fol. 142^r
 nunc tibi non est nouum separari ab eo, cuius ante pars fueris: 27
 20 aequo animo membra iam superuacua dimitte et istuc corpus
 inhabitatum diu pone: scindetur, obruetur, abolebitur. Quid
 contristaris? ita solet fieri: pereunt tempore uelamenta na-
 scentium. Quid ista sic diligis quasi tua? Istis opertus es: ue-
 niet, qui te reuellet dies et ex contubernio foedi atque olidi
 25 uentris educat. Hinc nunc quoque tu, quantum potes, subsili 28

2 desecretoriam Q | subprema Q || 3 Quicq- sic Q | locis
 sarcina pr. Q sarcinā corr. m. rec., loci sarcinā q || 5 peius Q et pr. q,
 plus corr. ead. m. q || 6 s. Detraherentur Q cum B A, detrahetur q ||
 7 circumiecta Q, circum iecta B A || 8 suffosus pr. Q || 12 exteris Q,
 exieris sed prior i ex corr. B || 13 heres Q B A q || 14 geni is ut uidetur
 Q || 15 crudis pr. Q ē rudis corr. m. rec., scil. cum rudis, forti. non
 inepte, si particulae cum causalem vim tribuimus: de indicativo in
 huiusmodi enuntiativis cf. A. Bourgeroy op. c. p. 343 || 22 saepe Q B A q
 (sepe q): vide praef. ibid. || 24 reuelat Q: revelet vulg., reuelat
 Haase et Hense plane ex B A || 25 huic Q B A q, hinc aliquot 5 quos
 sequor: huc (scil. in hunc excelsum locum et hanc libertatem) Madvig
 || 1 quantūpotes subuoluptariae Q cum B A: vide praef. p. LVI s.

uoluptatique, nisi quae necessariis *ut*ique cohaerebit, alienus iam hinc altius aliquid sublimiusque meditare: aliquando naturae tibi arcana reteguntur, discutietur ista caligo et lux undique clara percutiet. Imaginare tecum, quantus ille sit fulgor tot sideribus inter se lumen miscentibus. Nulla serenum umbra turbabit; aequaliter splendebit omne caeli latus: dies et nox aëris infimi uices sunt. Tunc in tenebris uixisse te dices, cum totam lucem et totus aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorum uias obscure intueris, et tamen admiraris illam iam procul: quid tibi uidebitur diuina lux, cum ¹⁰ illam suo loco uideris? Haec cogitatio nihil sordidum animo subsidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos rerum omnium esse testes ait; illis nos adprobari, illis in futurum parari iubet et aeternitatem proponere. Quam qui mente concepit, nullos horret exercitus, non terretur tuba, nullis ad timorem ¹⁵ minis agitur. Quidni non timeat qui mori sperat, *si et is* quoque, qui animum tamdiu iudicat manere, quamdiu retinetur corporis uinculo, solutum statim spargi, id agit ut etiam post mortem utilis esse possit? Quamuis enim ipse ereptus sit oculis, tamen « multa uiri uirtus animo multusque recursat gentis ²⁰ honos ». Cogita, quantum nobis exempla bona prosint: scies magnorum uirorum non minus praesentiam esse utilem quam memoriam. VALE.

1 necessariisq; Q cum B A (necessarisque pr. B): vide praef. p. LVII || 2 tam Q B A, iam q 5 || 4 Imaginare Q q (ymag-q) 5, imagine re B A || 6 turbabit pr. Q, compendium ur supra t addidit m. rec. perperam || 8 totam lucem totus q « vetus lectio » Pinc., vulg. || 9 s. admiraris Q, atm- B A || 10 illam om. « vetus lectio » Pinc. et recte suspectat Castiglioni || 12 subsidere sinit Q recte, subsidere/resinit B A | humile sed extr. m punct. Q | omnium rerum Q q vet. edd. || 13 Illi nos Q cum B pr. || 14 et om. Q q | concipit pr. B et sic Hermes || 15 nullus Q | hortet pr. Q B, hortetur (tur compend.) m. rec. deterius in Q | turba sed r punct. Q | at pr. Q B || 16 qui mo/ri sperat. sed quoq; Q: vide praef. ibid. || 18 spargit. id agit ut Q: vide praef. p. LVII s. || 19 utilis pr. Q sed in add. m. rec. in spatio vacuo in fine lineae praeced. ita ut fiat in/utilis || 20 multumq; Q et pr. B A, multusque q Verg. Aen. IV 3 | recusat Q B A, recursat add. in marg. ante animo m. rec. in Q, recursat q || 21 quantum Q A, ex quanta B

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quid ista circumspicis, quae tibi possunt fortasse euenire, 1 Ep. CIII
 sed possunt et non euenire? incendium dico, ruinam, alia, quae
 nobis incidunt, non insidiantur: illa potius uide, illa *tu* deuita,
 5 illa quae nos obseruant, quae captant *in*pares. Sunt casus, etiam
 si graues, naufragium facere, uehiculo euerti: ab homine ho-
 mini cotidianum periculum. Aduersus hoc te expedi, || hoc fol. 142^v
 intentis oculis intuere; nullum est malum frequentius, nullum
 pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur antequam 2
 10 surgat, crepant aedificia antequam corruant, praenuntiat
 fumus incendium: subita est ex homine perniciēs [est] et
 eo diligentius tegitur, quo propius accedit. Erras, si istorum
 tibi qui occurrunt uultibus credis: hominum effigies habent,
 animos ferarum, nisi quod illarum perniciosus est primus
 15 incursum: quos transiere, non quaerunt. Numquam enim illas ad
 nocendum nisi necessitas incitat: aut fame aut timore co-
 guntur ad pugnam: homini perdere hominem libet. Tu tamen 3
 ita cogita, quod ex homine periculum sit, ut cogites, quod

3 incidentium dico ruinā. Aliqua nobis Q cum B A (-cium A)
 q: corr. Pincianus || 4 s. illa uide uita. illa quae Q cum B (uideuita B),
 illa ui deuita illa (sed transf. ui et alt. illa) A, illa deuicta (deuita
 vel euita vel uita ζ) quae q ζ, illa deuita quae vulg.: illa uita, quae
 Haase Hense, illa ante quae defendit Castiglioni tamquam efficac
 iterationis exemplum eique assentior, puto autem uideuita corrup-
 tionem esse ex tu deuita: iteratio in lumine collocat Senecae concita-
 tionem contra hominis in hominem insidias || 5 pares sunt Q pari
 essunt B A: uide praef. p. LVIII || 9 Tempestas Q q vulg., abtem-
 pestas sed ab deletum m. rec. A B, At tempestas nonnulli ζ, ac
 tempestas Buecheler Hense || 11 est ex homine pnicies. est et Q
 cum B A, alterum est om. q uell. ζ || 12 ei pr. Q B | proprius Q
 || 14 perniciosius Q B A (pernic- A), perniciosior q plerique ζ vulg.:
 perniciosus Ianus || 16 incit. Hae aut Q B A, incit. Hec aut q,
 uincit (vel illicit vel incitat vel mittit). Haec autem alii ζ: inigit:
 aut Lipsius, incitat: aut Buecheler praeunte Haasio | famem
 sed extr. m punct. Q || 17 licet Q cum B et pr. A, libet q ζ ||
 18 quid post cogites Q

sit hominis officium. Alterum intuere, ne laedaris, alterum
 ne laedas. Commodis omnium laeteris, mouearis incommodis
 4 et memineris, quae praestare debeas, quae cauere. Sic ui-
 uendo quid consequaris? non te ne noceant, sed ne fallant.
 Quantum potes autem, in philosophiam recede: illa te sinu 5
 suo proteget, in huius sacrario eris aut tutus aut tutior. Non
 5 arietant inter se nisi in eadem ambulantes uia. Ipsam autem
 philosophiam non debebis iactare: multis fuit periculi causa
 insolenter tractata et contumaciter: tibi uitia detrahat, non
 aliis exprobret. Non abhorreat a publicis moribus nec hoc 10
 agat, ut quicquid non facit, damnare uideatur. Licet sapere
 sine pompa, sine inuidia. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. CIIII 1

In Nomentanum meum fugi, quid putas? urbem? immo
 febrem et quidem subrepentem. Iam manum mihi iniecerat: 15
 medicus initia esse dicebat motis uenis et incertis et naturalem
 turbantibus modum. Protinus itaque parari uehiculum iussi.
 Paulina mea retinente exire perseueraui: illud mihi in ore

4 qui (*pro* quid) Q, quidem q aliquot 5 | consequaris
 Q B A, consequeris q vulg.: «*intellege quid consequaris quaeris*»
 adn. Hense | non te ne (ne *superscr. ead. m.*) Q cum B et pr.
 A: non ne Erasmus², non ut ne vulg., sed nocere hic cum
accusatio esse coniunctum concinnitatis causa cum *structura* seq.
 ne fallant recte viderunt Hense (adn. cr.) et Bourgery (*op. c. p.* 312)
 || 5 recede q plerique 5 vulg. | te nisusuo Q cum B A: corr. Eras-
 mus² || 7 inter senes ut pr. Q mutatum in inter se senes ut m. rec.,
 inter se nisi in q | eodem Q B q rell. sed eadem ut videtur pr. B quo
 confirmatur Madvigii emendatio | quia Q B A: via Madvig | aut
 ipsam Q cum B A q quam scripturam commendant Baehrens et Bour-
 gery, inuertit Muretus: ac tamen ipsam Madvig || 8 periculis Q
 || 11 quid qui pr. Q, quid quid (d *superscr.*) m. rec. || 12 Vale exci-
 pitur intra eundem versum inscriptione proximae epistulae sine ullo
 novi libri indice in Q sicut in B et pr. A ubi m. recentissima addidit
 LIB. XVIII || 14 quod Q | umbram (*pro* urbem) Q || 16 v. medi-
 cus initia — turbantibus modum inter retinente et exire exhibent
 Q rell. libb. et vulg.: traiecit Gertz quem sequor cum Hensio | mortis
 Q | uenis sed Q, B corr., q, uenis set pr. A et pr. B || 18 ope Q
 et pr. B, ore q

erat domini mei Gallionis, qui cum in Achaia febrem habere
 coepisset, protinus nauem ascendit clamitans non corporis
 esse, sed loci morbum. Hoc ego Paulinae meae dixi, quae
 mihi ualitudinem meam commendat. Nam cum sciam spiritum
 illius in meo uerti, incipio, ut illi consulam, mihi consulere:
 et cum me fortiorem senectus ad multa reddiderit, hoc bene-
 ficium aetatis amitto. Venit emin mihi in mentem, in hoc
 sene et adulescentem esse, cui parcitur. Itaque quoniam ego
 ab illa non impetro, ut me fortius amet, impetrat a me illa,
 ut me diligentius amem. Indulgendum est enim honestis ad-
 fectibus: et interdum, etiam || si premunt causae, spiritus in
 honorem suorum uel cum tormento reuocandus et in ipso
 ore retinendus est, cum bono uiro uiuendum sit non quam-
 diu iuuat sed quamdiu oportet: ille, qui non uxorem, non
 amicum tanti putat, ut diutius in uita commoretur, qui per-
 seuerabit mori, delicatus est. Hoc quoque imperet sibi ani-
 mus, ubi utilitas suorum exigit, nec tantum, si uult mori, sed
 si coepit, intermittat et suis <se> commodet. Ingentis animi
 est aliena causa ad uitam reuerti, quod magni uiri saepe
 fecerunt. Sed hoc quoque summae humanitatis existimo, senec-
 tutem suam, cuius maximus fructus est securior sui tutela
 et uitae usus animosior, attentius <custodire>, si scias alicui

2 descendit Q, escendit pr. B, ascendit corr. B, A q vulg.:
 conscendit Windhaus || 4 scias Q B A, sciam q cum paucis 5:
 conscius ex cum scias con. Pincianus || 6 s. hoc beneficium aeta-
 tis amitto Q vell.: vide praef. p. LVIII s. || 9 impetrat Q B A (imp-
 B A), inter Impetrat et illa superscr. a me ead. m. in q unde fit
 chiasmus cum praeced. ego ab illa non impetro: a me post illa
 inseruit: Muretus, post amet potius Gertz cui Hense assentitur || 14 uiuat
 Q B et fort. A, iuuat q || 15 putet sed a prope abraza supra e Q,
 putet etiam pr. B | perseuerabat Q B et pr. A, perseuerat ex corr.
 A cum veti. edd., perseuerabit q alii 5 || 17 exiget prop. O. Waldaestel
 || 18 suis B Q A, suis se q alii 5 vulg.: se insitium putat Ein.
 Loeffstedt animadvertens et clausulae concinnitati officere et commodare
 absolute vel intransitive haud raro adhibitum esse ab optimis scrip-
 toribus, sed se commodare occurrit etiam in ep. 62,1 ben. II 34,2
 al. | commendat Q cum B, concedat q aliis 5 || 22 custodire vel curare
 nonnulli 5, om. Q B A q: conservare Erasm.², seruire Rossbach |
 alicui Q B A q, alicui 5 alicui id Buecheler cui assentior

- 5 id tuorum esse dulce, utile, optabile,. Habet praeterea in se non mediocre ista res gaudium et mercedem: quid enim iucundius quam uxori tam carum esse, <ut> propter hoc tibi carior fias? Potest itaque Paulina mea non tantum suum
- 6 mihi timorem imputare, sed etiam meum. Quaeris ergo, 5 quomodo mihi consilium profectionis cesserit? Vt primum grauitatem urbis excessi et illum odorem culinarum fumantium, quae motae quicquid pestiferi uaporis sorbuerunt, cum puluere effundunt, protinus mutatam ualitudinem sensi. Quantum deinde adiectum putas uiribus, postquam uineas 10 attigi? in pascuum emissus cibum meum inuasi. Repetiui ergo iam me: non permansit marcor ille corporis dubii et male
- 7 cogitantis; incipio toto animo studere. Non multum ad hoc locus confert, nisi se sibi praestat animus, qui secretum in occupationibus mediis, si uolet, habebit: at ille, qui regiones eligit 15 et otium captat, ubique, quo dstringatur, inueniet. Nam Socraten querenti cuidam, quod nihil sibi peregrinationes profuissent, respondisse ferunt: « non inmerito hoc tibi euenit:
- 8 tecum enim peregrinabaris. » O quam bene cum quibusdam ageretur, si a se aberrarent! Nunc premunt se ipsi, sollicitant, 20 corrumpunt, territant. Quid prodest mare traicere et urbes mutare? si uis ista, quibus urgueris, effugere, non aliubi sis oportet, sed alius. Puta uenisse te Athenas, puta Rhodon: elige arbitrio tuo ciuitatem: quid ad rem pertinet, quos illa

2 ioc- Q || 3 esse pr. Q cum B A¹, ut post esse superscr. m. rec. in Q, esse ut q 5 || 4 potestatiq; (pro potest itaque) Q || 5 imp- sic Q || 7 famantium pr. Q || 8 obruent Q B A: vide praef. p. LIX || 11 attingit sed n punct. Q, attigit pr. B, attigi q | ut in p. coni. Windhaus || 12 s. male cogitantis] « pravis vexarunt coniecturis. intellege quasi infidi malumque minitantis, frequens est corporis prosopopoeia » adn. Hense || 14 tibi sed s supra t punct. scr. ead. m. Q. || 16 quodstringatur sed d pallidior Q | iam pro nam mauult Hense || 17 quaer- Q B A || 18 ferunt om. Q et pr. B: inueniet. narrant Socraten excluso verbo ferunt Windhaus || 20 primum Q B A¹ q rell.: primi Muretus, premunt Bartsch | seipsos Q cum B A q rell.: se ipsi Hense² || 23 Putas Q B et pr. A, puta q | uenissete athenas Q et ex corr. B, uenisse te e athenas A || 24 ille Q et pr. B

mores habeat? tuos adferes. Diuitias iudicabis bonum: tor- 9
 quebit te paupertas, quod est miserrimum, falsa. Quamuis
 enim multum possideas, tamen, quia aliquis plus habet, tanto
 tibi uideris defici, quanto || uinceris. Honores iudicabis bo- fol. 143^v
 5 num: male te habebit ille consul factus, ille etiam reffectus;
 inuidebis, quotiens aliquem in fastis saepius legeris. Tantus erit
 ambitionis furor, ut nemo tibi post te uideatur, si aliquis ante
 te fuerit. Maximum malum iudicabis mortem, cum <in> illa 10
 nihil sit mali, nisi quod ante ipsam est, timeri. Exterrebunt
 10 te non tantum pericula, sed suspiciones: uanis semper agi-
 taberis. Quid enim proderit «euasisse tot urbes Argolicas
 mediosque fugam tenuisse per hostis?» Ipsa pax timores
 subministrabit: ne tutis quidem habebitur fides consternata
 semel mente; quae ubi consuetudinem pauoris improuidi
 15 fecit, etiam ad tutelam salutis suae inhabilis est. Non enim
 uitat, sed fugit; magis autem periculis patemus auersi. Grauis- 11
 simum iudicabis malum, aliquem ex his, quos amabis, amit-
 tere, cum interim hoc tam ineptum erit quam flere, quod
 arboribus amoenis et domum tuam ornantibus decidant
 20 folia. Quicquid te delectat, aequae uide. «At uiduor is.»
 Dum uirent, utere: alium alio die casus excutiet, sed quemadmo-
 dum frondium iactura facilis est, quia renascuntur, sic isto-
 rum, quos amas quosque oblectamenta uitae putas esse, dam-
 num, quia reparantur, etiam si non renascuntur. «Sed non 12
 25 erunt idem.» Ne tu quidem idem eris. Omnis dies, omnis hora

1 iudicabit *pr. Q* || 3 possit. Eas *Q*, possiteas *pr. B* | qui aliqui
 situs habet *Q* cum *B* et *pr. A* ubi plus *superscr. m. rec.*, quia alius
 plus habet *q* | quanto tibi *Q B A*, tanto tibi *q* § || 4 uideberis
coni. Pincianus | indicatus *Q* et *pr. B A*, iudicas *corr. B A*, *q* *vulg.*,
 iudicabis (*ut coniecit Bartsch*) *cod. Velz.* || 6 uideberis *Q B A*, Inuidebis
q cum *plerisque* § || 8 cum illa *Q* cum *B A*, cum in illa *q* § ||
 11 argolicas *Q*, ex argolidas vel -liclas *B*, argolias *A* || 12 hostes *Q* ||
 13 submin- *sic Q* || 14 improu- *sic Q A* || 15 es *Q B A* et *vett. edd.*
usque ad Muretum, qui tuae habent; § *q* cum *plerisque* § || 16 la-
 temus *Q B*, *pr. A*, *q* || 20 aequae *Q* | uidet/autuideres dum ui-
 ueret uter alium *Q*: uide *praef. p. LIX* s. || 21 dic *Q* || 22 tectura
pr. Q sed *supra e puncti. scr. a prope euanidam Q* || 23 s. *damnum*
secl. Haase || 25 nec tuquidem *Q* | hora *Q*, ora *B A*

te mutat: sed in aliis rapina facilius apparet, hic latet, quia non ex aperto fiet. Alii auferuntur, at ipsi nobis furto subducimur. Horum nihil cogitabis nec remedia uulneribus oppones, sed ipse tibi seres sollicitudinum causas alia sperando, alia desperando? Si sapis, alterum alteri misce: nec speraueris 5
 13 sine desperatione nec desperaueris sine spe. Quid per se peregrinatio prodesse cuiquam potuit? non uoluptates illa temperauit, non cupiditates refrenauit, non iras repressit, non indomitos amoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit. Non iudicium dedit, non discussit errorem, sed ut 10
 14 puerum ignota mirantem ad breue tempus rerum aliqua nouitate detinuit. Ceterum inconstantiam mentisque maxime aegrae aestum lacessit, mobiliorem leuioremque reddit ipsa iactatio. Itaque, quae petierant cupidissime loca, cupidius deserunt et auium modo transuolant citiusque quam uenerant, 15
 15 abeunt. Peregrinatio notitiam dabit gentium, nouas tibi montium formas ostendet, inuisitata spatia camporum || et inriguas perennibus aquis ualles, alicuius fluminis subobscuram rationi naturam, siue ut Nilus aestiuo incremento

fol. 144^r

2 fiet *Q B A*, fit *q alii* 5 | subducimus *Q* || 3 cogitabis *Q*, cogitabhis *B A* | oppones *Q B A q*, appones *nonnulli* 5 || 5 post desperando *interrogandi* notam cum *plerisque* *edd. ante Fickertum et cum Madvigio ponendam esse opinor, qua quae praecedunt inde a v.* Horum nihil cogitabis *efferrantur cum exhortatione* | satis *Q B A q*, sapis *pauci* 5 | misces *Q B A q*, misce *unus* 5: misceas *Erasm.*¹, miscens *Buecheler Hense*¹, sed misces *pro misce scriptum propter praeced. sapis apparet et recte Hense*¹ *recepit misce conl. ep. 110,4* si sapis, omnia humana condicione metire || 6 sine desperatione. nec desperaueris *Q cum q* 5, sine speratione nec speraueris *B A* || 8 cupiditatis *pr. Q* || 9 indomitos *ex -icos ut videtur Q*, idomitos *B A* | impetu *Q* | ammo *pr. Q* | maleduxit *Q* || 11 ignorantem (*pro ignota mirantem*) *Q q* || 12 detenuit *Q* | inconstantia *Q B A aliquot* 5 *idque recepit Hense, incōstantiā q cum vulg.* || 13 lacessit et mob. *Lipsius, copula deest in libb. et vulg.: inconstantiam mentis, quae m. aegros lacessit, mob. conl. Madvig: vide praef. p. LX* | lenioremq; *Q* | tractatio *Q*, iactatio *q vulg.* || 15 transuolant *ex transudant ut videtur Q* || 16 notiam *Q* || 18 sub observatione *ex suborseru- Q: rariorem optat Friedlaender, ab observatione remotiorē conl. Hense dubitanter. Suspicio fuisse subobscurāratiōni (scil. non facile explicabilem rationi) et*

tumet, siue ut Tigris eripitur ex oculis et acto per occulta cursu
 integrae magnitudini redditur, siue ut Maeander, poetarum
 omnium exercitatio et ludus, implicatur crebris anfractibus
 et saepe in uicinum alueo suo admotus, antequam sibi influat,
 5 flectitur; ceterum neque meliorem faciet neque saniozem. Inter 16
 studia uersandum est et inter auctores sapientiae, ut quae-
 sita discamus, nondum inuenta quaeramus: sic eximendus
 animus ex miserrima seruitute in libertatem adseritur. Quam-
 diu quidem nescieris, quid fugiendum quid petendum, quid
 10 necessarium quid superuacuum, quid iustum quid iniustum
 sit, non erit hoc peregrinari, sed errare. Nullam tibi opem 17
 feret iste discursus; peregrinaris enim cum affectibus tuis et
 mala te tua secuntur. Vtinam quidem sequerentur! Longius
 abessent: nunc fers illa, non ducis. Itaque ubique te premunt
 15 et paribus incommodis urunt. Medicina aegro, non regio
 quaerenda est. Fregit aliquis crus aut extorsit articulum: 18
 non uehiculum nauemque conscendit, sed aduocat medicum,
 ut fracta pars iungatur, ut luxata in locum reponatur. Quid
 ergo? animum tot locis fractum et extortum credis locorum
 20 mutatione posse sanari? Maius est istud malum, quam ut
 gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicum, non 19
 oratorem, nulla ars loco discitur: quid ergo? sapientia, ars

corruptelam ortam esse ex omissione alterius syllabae ra: quam late noster dativo relationis utatur constat || 2 integrae magnitudinis mavult Io. Mueller || menander Q || 3 anfractibus Q, acfr- B et pr. A || 4 influxi pr. Q, t super add. m. rec.: an influxerit? || 5 facient Q B A q, defendit A. Bourgeroy (op. c. p. 309); faciet duo ζ et edd. inde ab Erasmo², haec facient duo ζ : facient haec prop. Hense² || 10 honestum Q B A q rell. et vulg.: iniustum Cornelissen quem sequitur Hense. An inhonestum? || 11 Nulla Q cum q ζ , nullum B A || 12 discursus sed s extr. prope evanida Q | affect- sic Q || 13 secuntur sic Q || 15 incommodis urunt Q q ζ , incommodis erunt B A (incöm- A): terunt coni. Buecheler || 17 nauemq; Q cum rell.: navemve optaveris, sed asperum sonum vitavit Seneca et hic, ut etiam apud alios scriptores, que transitum exprimit a generali ad particulare: cf. etiam Klammeri animandu. Ann. p. 55 || 20 mutatio pr. Q || 22 sapientia (t evanidior) / res Q cum B A q, s. rerum nonnulli ζ : sapientia, ars corr. Hense conl. ep. 29,3; 88,28; 90,44 extr.; 92,10; 95,7; fr. 17 Haase

omnium maxima, in itinere colligitur? Nullum est, mihi crede, iter, quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus sistat: aut si quod esset, agmine facto gens illuc humana pergeret. Tamdiu ista urgebunt mala macerabuntque per terras ac
 20 maria uagum, quamdiu malorum gestaueris causas. Fugam tibi non prodesse miraris? tecum sunt, quae fugis. Te igitur emenda, onera tibi detrahe et *el*uenda desideria intra salutarem modum contine: omnem ex animo erade nequitiam. Si uis peregrinationes habere iucundas, comitem tuum sana. Haerebit tibi auaritia, quamdiu auaro sordidoque conuixeris; 10 haerebit tumor, quamdiu superbo conuersaberis. Numquam saeuitiam in tortoris contubernio pones: incendent libidines
 21 tuas adulterorum sodalicia. Si uelis uitiiis exui, longe a uitiorum exemplis recedendum est. || Auarus, corruptor, saeuus, fraudulentus, multum nocituri, si prope a te fuissent, intra 15 te sunt. Ad meliores transi: cum Catonibus uiue, cum Laelio, cum Tuberone. Quod si conuiuere etiam Graecis iuuat, cum Socrate, cum Zenone uersare: alter te docebit mori, si necesse
 22 erit, alter, antequam necesse erit. Viue cum Chrysippo, cum Posidonio. Hi tibi tradent humanorum diuinorumque notitiam, hi iubebunt in opere esse nec tantum scite loqui et in oblectationem audientium uerba iactare, sed animum indurare et aduersus minas erigere. Vnus est enim huius uitae

2 se *Q* *rell.*: te *Erasm*¹. || 3 facio *pr.* *Q* || 4 tamdiuisa (*pro* tamdiu ista) *Q* | macerabunt quae *Q* || 7 et emenda *Q* *BA* *q* *rell.*: vide *praef. ibid.* | intrasaltē modum *Q* cum *B* *A* (saltem *corr. m. rec. in A*), intra modū/saltē *q* cum *Harlei.* 2659 et aliis 5, intra saltem modum *vel* saltem intra *m.* alii 5: intra salutarem *m. corr.* *Haase idque recepit Hense*³ cui assentior cum *Castiglioni* || 9 ioc- *Q* || 10 Haerebitte *sed extr. e punct.* et ibi *superscr. Q* | confixeris *Q* || 11 Habebit humor *Q*, habebit timor *B* *A*, herebit tumor (tumor *ex* timor *corr. ead. m.*) *q* cum *plerisque* 5 | superconuersaberis *Q*, super/conuersaueris *B* et *pr. A* || 13 sodalitia *Q* || 14 saeuus *Q*, *ex* saeuos *B* *A* || 15 fraudol- *Q* || 16 aelio *Q* et *pr. B* || 19 crys- *Q* || 20 possid- *Q* | hi *Q*, hii *B* *A* et sic *mox* || 21 scit eloqui *Q* || 22 oblectatione *pr. Q*, *mutatum in* oblectatione *m. rec. deterius* || 23 minas fortunae *Koch sed «inutiliter, cf. ep. 98,3» adn. Hense* | Unum *Q*

fluctuantis et turbidae portus euentura contemnere, stare
 fidenter ac paratum tela fortunae aduerso pectore excipere,
 non latitantem nec tergiuersantem. Magnanimos nos natura 23
 produxit et ut quibusdam animalibus ferum dedit, quibus-
 5 dam subdolum, quibusdam pauidum, ita nobis gloriosum et
 excelsum spiritum, quaerentem ubi honestissime, non ubi
 tutissime uiuat, simillimum mundo, quem quantum mortali-
 um passibus licet, sequitur aemulaturque: profert se, lau-
 dari et aspici credit. <Dominus> omnium est, supra omnia 24
 10 est: itaque nulli se rei submittat, nihil illi uideatur graue, nihil
 quod uirum incuruet. «Terribiles uisu formae letumque
 labosque»: minime quidem, si quis rectis oculis intueri illa
 possit et tenebras perrumpere. Multa per noctem habita ter-
 rori dies vertit ad risum. «Terribiles visu formae letumque
 15 labosque»: egregie Vergilius noster non re dixit terribiles
 esse, sed visu, id est videri, non esse. Quid, inquam, in istis 25
 est tam formidabile quam fama uulgauit? quid est, obsecro
 te, Lucili, cur timeat laborem uir, mortem homo? Totiens
 mihi occurrunt isti, qui non putant fieri posse quicquid fa-
 20 cere non possunt, et aiunt nos loqui maiora quam quae

1 turbidae Q, turpidae pr. B, turbide sed b ex corr. A || 2 ad-
 partum Q B A (adparthum corr. m. rec. deterius in Q), ad portum q:
 adparatum O. Roszbach, ac paratum G. Gemoll quem sequor cum
 Hensio || 3 Magnanimos Q B A || 4 prodexit pr. Q | ut om. Q ||
 7 mundo q, superscr. deo qⁱ: deo Bartsch, sed Hense comparat nat.
 q. II 45,3; prol. 13 || 8 passus Q B A, passibus q: passu Haase
 | sequetur pr. Q || 9 credit Q B A q rell.: gestit con. Pincianus,
 quaerit Gruterus cui adsentiatur Lipsius (Hense comparat ep. 118,6),
 cupit Hermes Castiglioni, etendit vel tendit dubitanter Hense, sed
 veterem scripturam apte defendit Gronovius | dominus q cum paucis
 5, om. Q B A cum plerisque 5: addubitat Bartsch, «fort. rector»
 Hense, sed illud intercidere inter credit et omnium facile potuit ||
 10 nullius Q | subm- sic Q | uidetur Q q || 11 Terribilis Q cum
 B A: cf. Verg. Aen. VI 277 | uisus Q et pr. B | laetumq: Q
 cum B A et sic mox Q || 13 possis Q et pr. B | terroris Q ||
 15 egregiae Q | uerg- sic Q et pr. B | in re Q B A, nō re q alii
 5 || 16 idem (pro id est) Q | non esse (esse compend.) Q cum q
 aliis 5, non posse B A || 20 hos Q B A, om. q, nos pauci 5 |
 quamque Q

- 26 humana natura sustineat. At quanto ego de illis melius existimo! ipsi quoque haec possunt facere, sed nolunt. Denique quem umquam ista destituere temptantem? cui non faciliora apparuere in actu? Non quia difficilia sunt, non audemus, sed quia non audemus, difficilia sunt. Si tamen 5 exemplum desideratis, accipite Socraten, perpessicium senem, per omnia aspera iactatum, inuictum tamen et paupertate, || quam grauiorem illi domestica onera faciebant, et laboribus, quos militares quoque pertulit. [Quibus ille domi exercitus <est>, siue uxorem eius *reminiscimur* moribus feram, 10 lingua petulantem, siue liberos indociles et matri quam patri similiores.] Si uere *reris*, aut in bello fuit aut in tyrannide aut in libertate bellis ac tyrannis saeuioe. Viginti et septem annis pugnatum est; post finita arma triginta tyrannis noxae data est ciuitas, ex quibus plerique inimici erant. Nouissima 15 damnatio est sub grauissimis nominibus impleta: obiecta est et religionum uiolatio et iuuentutis corruptela, quam immittere in deos, in patres, in rem publicam dictus est: post haec carcer et uenenum. Haec usque eo animum Socratis non

1 At ex Ad Q: *suspectat Buecheler, sed recte Hense comparat ep. 75,16 at quam grande || 2 nolunt Q, ex uolunt B, nonuolunt A || 3 temptante Q || 5 quia non audeant pr. Q B sed audeam' corr. m. rec. in Q audemus in B; quia non audent A, unde non audentur, sed quia non audentur malit Hense conl. ep. 81,29 || 7 paupertatem pr. Q mutatum in pauperem m. rec. deterius || 8 honora Q || 9-12 quibus ille domi — similiores: vide praef. p. LX s. || 10 exercitus Q B A, exercitus est q cum paucis ζ : est exercitus Schweighaeuser, «fort. ille ē domi ex.» Hense | spectes post eius addidit Muretus, meminimus aut spectes aut simile, remoto eius prop. Madvig, reminiscimur supplet Hense² || 12 Si uere Q cum B A, sic fere q cum aliquot ζ et vulg., si uere vel si uero alii ζ : foris uero conl. Madvig, intueri Buecheler, si uere reputes scr. Hense². Equidem retinendum puto uere ex vet. libb. et post Si uere excidisse propter similitudinem syllabarum subsequentiam reris, scil. si secundum ueritatem supputas, ratiocinaris. Comprobare pergit Seneca perpessicium senem Socraten fuisse et per omnia aspera iactatum: cf. quae infra de Catone dicit (§ 29) tota illi aetas aut in armis est exacta civilibus cet. || 14 XXX tyrannis Q B A || 15 ciuitates pr. Q B cum A | ex superscr. ead. m. in Q || 16 dampnatio Q || hominibus Q B A q uell.: corr. Lipsius || 18 rempublica pr. Q*

mouerant, ut ne uultum quidem mouerent. O illam mirabilem laudem et singularem! usque ad extremum nec hilariorem quisquam nec tristio rem Socraten uidit: aequalis fuit in tanta inaequalitate fortunae. Vis alterum exemplum? 29
 5 accipe hunc M. Catonem recentio rem, cum quo et infestius fortuna egit et pertinacius. Cui cum omnibus locis obstitisset, nouissime et in morte, ostendit tamen uirum fortem posse inuita fortuna uiuere, inuita mori: tota illi aetas aut in armis est exacta ciuilibus aut in iactatu concipiente iam
 10 ciuile bellum. Et hunc licet dicas non minus quam Socraten interritum seruis se eduxisse, nisi forte Cn. Pompeium et Caesarem et Crassum putas libertatis socios fuisse. Nemo mutatum Catonem totiens mutata re publica uidit: eundem se in omni statu praestitit, in praetura, in repulsa, in accusa-
 15 tione, in prouincia, in contione, in exercitu, in morte. Denique in illa rei publicae trepidatione, cum illinc Caesar esset decem legionibus pugnacissimis subnixus, totis exterarum gentium praesidiis, hinc Cn. Pompeius, satis unus aduersus omnia, cum alii ad Caesarem inclinarent, alii ad Pompeium,
 20 solus Cato fecit aliquas et rei publicae partes. Si animo 31

1 mouerunt « *vetus lectio* » Pinc., mouerant Q *rell. et sic Hense* | mouerint. Illam Q B A q *rell.*: mouerent. o illam Buecheler quem sequor cum Hensio || 2 post extremum add. seruauit q cum aliquot 5 et vulg., om. Q B A (*superscr. m. rec. in B A*) || 5 magister (pro M.) pr. Q mutatum in magistrū m. rec. || 6 et compend. superscr. ante pertinacius m. rec. in Q | cum om. Q et pr. B | obstitis obstitisti Q, obstitisset sed -et ex corr. B: an cui cum o. l. obstitisset, obstitit isti n. et in morte? || 7 nouissime Q A, nouisme B | mortem Q et pr. B || 8 inuita fortuna inuita uiuere Q et pr. B || 9 aut intanta Q: vide praef. p. LXI || 11 inseruisse dixisse Q B A: vide praef. ibid. | g n (*super addito flexu*) pr. Q, in gnegiū mutauit m. rec. || 12 socios Q || 13 toties pr. Q | rempublica sed m transf. Q | ne (pro se) Q et pr. B || 14 in republica (pro in repulsa) Q || 16 reipublica pr. Q, rei. p. B A || 17 totis Q B A q, tot nonnulli 5 et vulg. sed Hense comparat ep. 95,70 || 18 gn (*super addito flexu*) Q, .cn. A || 20 et rei publica Q, et rei p. B A, sui/et rei publice q cum paucis 5 et ed. Ven. a. 1492 f. LI: cui lectioni suffragari quod mox subicit Seneca duos in medio relictos, rem publicam et Catonem, monet Pincianus, sed cf. ep. 95,70

complecti uolueris illius imaginem temporis, uidebis illinc plebem
 et omnem erectum ad res nouas uulgum, hinc optumates et
 equestrem ordinem, quicquid erat in ciuitate sancti et electi,
 duos in medio relictos, rem publicam et Catonem. Miraberis,
 inquam, cum animaduuerteris « Atriden Priamumque et saeuom 5
 fol. 145^v ambobus Achillen »: || utrumque enim improbat, utrumque
 32 exarmat. Hanc fert de utroque sententiam: ait se, si Caesar
 uicerit, moriturum, si Pompeius, exulaturum. Quid habebat,
 quod timeret, qui ipse sibi et uicto et uictori constituerat,
 quae constituta esse ab hostibus iratissimis poterant? Perit 10
 33 itaque ex decreto suo. Vides posse homines laborem pati:
 per medias Africae solitudines pedes duxit exercitum. Vides
 posse tolerari sitim: in collibus arenis sine ullis inpedi-
 mentis uicti exercitus reliquias trahens inopiam umoris
 loricatus tulit et, quotiens aquae fuerat occasio, nouissimus 15
 bibit. Vides honorem et notam posse contemni: eodem quo
 repulsus est die in comitio pila lusit. Vides posse non timeri
 potentiam superiorum: et Pompeium et Caesarem, quorum
 nemo alterum offendere audebat nisi ut alterum demerere-
 tur, simul prouocauit. Vides tam mortem posse contemni 20

1 compl- Q | illinc Q, illic A || 2 omne pr. Q cum B A, lineolam super e add. m. rec. in Q; omne q alii 5 ubi uulgus deinde, omnem vulg. | vulgum Q B, uultgum A: vulgum vulg. et sic etiam Hense recepto tamen antea omne, sed loci, quos ex aliis epp. et scriptis Senecae affert in adn. cr., non comprobant uocem vulgum neutro genere usurpatam esse a nostro | optim- Q, optum- Hense || 4 rempublica pr. Q, rem .p. B A || 4-8 miraberis — exulaturum hinc ableganda et post v. simul prouocauit (§ 33) inserenda putat G., Gemoll || 5 Atridas Verg. Aen. I 458 | primumq; pr. Q B | saeuum Q A, ex saeuom B || 6 eni-probat Q || 7 exarmat sed inter m et a duae litterae erasae Q || 9 quidsibi Q, qui id sibi B A defendit Baehrens (beitr. p; 493), qui sibi q cum nonnullis 5 idque probant Schweighauser Fichert Castiglioni, qui ea sibi cod. domest. Pinc. et vulg.: qui ipse sibi socr. Hense quem sequor quamquam Quiriniani scriptura in dubium adducor an fuerit Quid habebat, quod timeret? quid? sibi — poterant. || 10 Perit Q cum B pr. || 11 decreta pr. Q || 13 collis Q et pr. B, colliis corr. m. rec. in Q || 14 humoris Q || 15 quoties pr. Q || 19 demere/tur Q

quam exilium: et exilium sibi indixit et mortem et interim bellum. Possumus itaque aduersus ista tantum habere animi, 34
 libeat modo subducere iugo collum. In primis autem destituentae uoluptates: eneruant et effeminant et multum petunt, multum autem a fortuna petendum est. Deinde aspernandae opes: auctoramenta sunt seruitutum. Aurum et argentum et quicquid aliud felices domos onerat, relinquatur: non potest gratis constare libertas. Hanc si magno aestimas, omnia paruo aestimanda sunt. VALE.

10

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quae obseruanda tibi sint, ut tutior uiuas, dicam. Tu 1 Ep. CV
 tamen sic audias censeo ista praecepta, quomodo si tibi praeciperem, qua ratione bonam ualitudinem in Ardeatino tuereris. Considera, quae sint, quae hominem in perniciem hominis
 15 instigent: inuenies spem, inuidiam, odium, metum, contemptum. Ex omnibus istis adeo leuissimum est contemptus, ut multi in illo remedii causa delituerint. Quem quis contemnit, calcat sine dubio, sed transit. Nemo homini contempto 2

1 quā exilium Q q cum rell., inter quam et exilium aliquid rasum est in B unde coni. quam et exil. Buechler, quam auxilium Weidner et Hermes || 3 s. restituendae QBA (-de A), destituendae q cum aliis 5 idque apte cum praeced. libeat modo subducere iugo collum conuenire videtur, respuende sūt ed. Mentel. et vulg., despuedae sunt Lipsius || 5 id multum autem mavult Io. Mueller, sed multum nihil aliud esse quam τὸ πολὺ adn. Hense | sperandae QBA, spernendae vulg.: puio fuisse aspernandae, quamquam codicis q scriptura sperare dubitationem movet an fuerit aspernare || 11 inter obseruanda et tibi rasum est sunt in Q | tutior Q, ex totior B, tucior A || 12 si pr. Q, sic Q¹ (ante audias) || 13 inar/deat motuerroris Q, in ardeatino tueroris pr. B: in Ardeatino tuo tuereris P. Thomas || 14 pnicem Q, ex pernit- B, pniuem A || 15 metum Q, motum B, motū pr. A | contemptum et sic mox contemptus Q || 16 istis adeo Q q vulg., iis/adeo ex ista/deo B, nonnisi adeo A: his adeo Buecheler || 18 calcat Q q 5 vulg., uincit ex uincat corr. B. uincit A in quo calcat m. recentissima: violat Hense ex Buecheleri coniectura, stringit prop. Castiglioni.

3 pertinaciter, nemo diligenter nocet. Etiam in acie iacens prae-
 teritur, cum stante pugnatur. Spem improborum uitabis, si
 nihil habueris, quod cupiditatem alienam et improbam inritet,
 si nihil insigne possederis: concupiscuntur enim etiam *parua*,
 si parum nota sunt, si *rara*. Inuidiam effugies, si te non inges-
 seris oculis, si bona tua non iactaueris, si scieris in sinu gau-
 dere. || Odium aut est ex offensa: hoc uitabis neminem laces-
 fol. 146^r 4 sando: aut gratuitum, a quo te sensus communis tuebitur.
 Fuit hoc multis periculosum: quidam odium habuerunt nec ini-
 micum. Illud, ne timearis, praestabit tibi et fortunae medio-
 critas et ingenii lenitas: eum esse te homines sciant, quem
 offendere sine periculo possint; reconciliatio tua et facilis sit
 et certa. Timeri autem tam domi molestum est quam foris, tam
 a seruis quam a liberis. Nulli non ad nocendum satis uirium
 est. Adice nunc, quod qui timetur, timet: nemo potuit terribilis
 5 esse secure. Contemptus superest, cuius modum in sua potestate
 habet, qui illum sibi adiunxit, qui contemnitur, quia uoluit,
 non quia debuit. Huius incommodum et artes bonae discu-
 tiunt et amicitiae eorum, qui apud aliquem potentem poten-
 tes sunt, quibus adplicari expediet, non implicari, ne pluris
 6 20 remedium quam periculum constet. Nihil tamen aequae prode-
 rit quam quiescere et minimum cum aliis loqui, plurimum secum.
 Est quaedam dulcedo sermonis, quae inrepat et eblanditur
 et non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. Nemo
 quod audierit, tacebit: nemo quantum audierit, loquetur. Qui
 25 rem non tacuerit, non tacebit auctorem. Habet unusquisque

*sed calcat tam apte quadrat et a nostro tam saepe usurpatur ut vix
 interpolatum credam* || con/temto Q || 4 possid-pr. Q | etiamsi parum
 notasunt. Sic raro Q: vide praef. p. LXI s. || 7 autem Q B A q vell.:
 aut est corr. Haase | hoc Q B A sed in B A sic superscr. m. rec.; hoc
 modo q alii 5 || 10 Illud Q, illud B A | timearis Q, timeari B A
 || 11 laenitas Q | eum pr. Q mutatum in cum m. rec. perperam
 || 12 possunt pr. Q || 15 quod ex quo Q || 16 securae. Contemptus
 Q || 17 adiunxit Q || 19 apud Q, aput Hense plane ex B A || 20 s.
 pluris medium Q || 23 quae inrepat eteblanditur Q, quae inrepatete
 blanditur B, quae inrepateteblanditur A || 25 loquitur Q, loquetur
 q vell. || 26 Auctorem habet pr. Q, Auctore; habet m. rec.

aliquem, cui tantum credat, quantum ipsi creditum est: ut
 garrulitatem suam custodiat et contentus sit unius auribus,
 populum faciet, si quod modo secretum erat, rumor est. 7
 securitatis magna portio est nihil inique facere: confusam uitam
 5 et perturbatam inpotentes agunt: tantum metuunt, quantum
 nocent, nec ullo tempore uacant. Trepidant enim, cum fecerunt,
 haerent: conscientia aliud agere non patitur ac subinde re-
 spondere ad se cogit. Dat poenas quisquis exspectat: quisquis
 autem meruit,, exspectat. Tutum aliqua res in mala conscientia 8
 10 praestat, nulla securum: putat enim se, etiam si non deprehen-
 ditur, posse deprehendi, et inter somnos mouetur et, quotiens
 alicuius scelus loquitur, de suo cogitat: non satis illi oblitte-
 ratum uidetur, non satis tectum. Nocens habuit aliquando
 latendi fortunam, numquam fiduciam. VALE.

15

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Tardius rescribo ad epistulas tuas, non quia districtus 1 Ep. CVI
 occupationibus sum. Hanc excusationem caue audias: uaco
 et omnes uacant, qui uolunt. Neminem res secuntur: ipsi
 illas amplexantur et argumentum esse felicitatis occupatio-
 20 nem || putant. Quid ergo fuit, quare non protinus rescriberem? fol. 146^v
 id, de quo quaerebas, ueniebat in contextum operis mei. Scis 2
 enim me moralem philosophiam uelle conplecti et omnes ad
 eam pertinentis quaestiones explicare. Itaque dubitauit utrum

1 aliquā pr. Q || 3 siquod Q confirmat emendationem Bueche-
 leri, sic quod B A q rell. (sic ex sit B) | securitas pr. Q
 || 4 inique Q B, iniquae pr. A, iniqui pr. q et aliquot edd. inde a
 Mureto || 6 ullo Q ζ, illo B q et pr. A || 8 poenas quisq; Q et
 pr. B | exp- sic Q itemque mox || 9 autem eruit pr. Q || 10 dephēn-
 ditur itemque mox dephēndi sic Q q || 12 oblitter- sic Q || 15 sa-
 lutationis formulam om. Q || 16 rescribo ex describo ut uidetur Q
 | ad superscr. ead. m. Q | eplas Q | destrictus Q B A, distr-
 || 18 om̄s Q || 20 s. rescriberē eidequo Q cum B, pr. A (ubi tibi super-
 scr. m. recentissima), q vulg.: corr. Madvig || 21 contextum Q B
 et pr. A || 22 om̄s Q || 23 ptinentes questiones Q

differrem te, donec suus isti rei ueniret locus, an ius tibi extra ordinem dicerem: humanius uisum est tam longe uenientem
 3 non detinere. Itaque et hoc ex illa serie rerum cohaerentium
 excerptam et, si qua erunt eiusmodi, non quaerenti tibi ultro
 mittam. Quae sint haec interrogas? Quae scire magis iuuat
 4 quam prodest, sicut hoc, de quo quaeris: bonum an corpus
 sit? Bonum facit; prodest enim: quod facit, corpus est. Bonum
 agit animum et quodammodo format et continet, quae
 [ergo] propria sunt corporis. Quae corporis bona sunt, corpora
 5 sunt: ergo et quae animi sunt; nam et hoc corpus est. Bonum
 hominis necesse est corpus sit, cum ipse sit corporalis. Men-
 10 tior, nisi et quae alunt illum et quae ualitudinem eius uel
 custodiunt uel restituunt, corpora sunt: ergo et bonum eius
 corpus est. Non puto te dubitaturum, an adfectus corpora
 sint — ut aliud quoque, de quo non quaeris, infulciam —
 15 tamquam ira, amor, tristitia, nisi dubitas, an uultum nobis
 mutant, an frontem adstringant, an faciem diffundant, an
 ruborem euocent, an fugent sanguinem. Quid ergo? tam ma-
 6 nifestas notas corporis credis inprimi nisi a corpore? Si ad-
 affectus corpora sunt, et morbi animorum, ut auaritia, crude-
 20 litas, indurata uitia et in statum inemendabilem adducta:
 ergo et malitia et species eius omnes, malignitas, inuidia, superbia:

I deferrem Q et pr. q | an post te Q B A vulg., ante ius
 transposuit Fr. Eisele | Iusta sed ta punct. Q || 2 dicere Q q ||
 4 excerta et si quaerunt Q | quer- Q || 7 bonum prodest. Facile
 enim Q B A (sed puncto post prodest omisso A), bonū prodest.
 facit enī q vulg.: corr. Schweighaeuser conl. ep. 117,2. An bonum
 prodest: facit ergo? particula ergo est temere inclusa mox inter
 quae et propria || 8 s. quae ergo propria Q q vell.: ergo secl.
 Schweighaeuser || 10 animis Q et pr. B || 12 illud Q B A
 q vell.: corr. Haase || 16 Sidubitas an Q cum B A, Sed (Si q¹)
 dubitas uideo (al uide superscr.) an q, si dubitas, uideo an vulg.:
 nisi d. an corr. Gertz, tristitia: si dubitas, dubitas an prop.
 Hense. Fort. sub si dubitas latet alius adfectus nomen et seq. an
 pendet et ipsum ex non puto te dubitaturum || 18 uocent Q |
 fugi/entem sanguinē Q, fugenti (i punct.) sanguinem B || 19 cor-
 poris Q B A q, corpori s vulg. | incrimen Q, incrimine B (ubi ne super-
 scr. m. recentior) A, iprimi q cum s || 20 et auaritia Q B A q, ut
 cod. Velz. sicut conl. Windhaus et Gertz || 22 omīs Q cum q plerisque s

ergo et bona, primum quia contraria istis sunt, deinde quia 7
eadem tibi indicia praestabunt. An non uides, quantum oculis
det uigorem fortitudo? quantam intentionem prudentia? quan-
tam modestiam et quietem reuerentia? quantam serenitatem
5 laetitia? quantum rigorem seueritas? quantam remissionem
teneritas? Corpora ergo sunt, quae colorem habitumque cor-
porum mutant, quae in illis regnum suum exercent. Omnes
autem, quas rettuli, uirtutes bona sunt, et quicquid ex illis est.
Numquid est dubium, an id, quo quid tangi potest, corpus 8
10 sit? «Tangere enim et tangi nisi corpus || nulla potest res», fol. 147^r
ut ait Lucretius. Omnia autem ista, quae dixi, non mutarent
corpus, nisi tangerent: ergo corpora sunt. Etiam nunc cui 9
tanta uis est, ut impellat et cogat et retineat et inhibeat, cor-
pus est. Quid ergo? non timor retinet? non audacia impellit?
15 non fortitudo immittit et impetum dat? non moderatio refre-
nat ac reuocat? non gaudium extollit? non tristitia adducit?
Denique quicquid facimus, aut malitiae aut uirtutis gerimus 10
imperio; quod imperat corpori, corpus est, quod uim corpori
adfert, corpus. Bonum corporis corporalest, bonum hominis
20 et corporis bonum est: itaque corporale est. Quoniam, ut uo- 11
luisti, morem gessi tibi, nunc ipse dicam mihi, quod dicturum
esse te uideo: latrunculis ludimus. In superuacuis subtilitas
teritur: non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est 12

3 quantum int. et sic mox quantum mod. Q || 5 laetitiam sed in punct. Q | quanti/remissionem Q || 6 ueritas Q B A q uell.: «*animus simplex et apertus, non se custodiens*» adn. Lipsius, hilaritas scr. Muretus, comitas coni. Bentley, lenitas Haase et sic Hense. Puto fuisse teneritas || 8 retuli Q | bone Q cum B A q, bona ζ || 11 mutarent sed extr. t superscr. Q || 13 imp- sic Q itemque mox impellit | iubeat Q B A q uell.: corr. Gertz || 14 audacia sed prior i punct. Q || 16 renouat Q | adducit Q B A q, abducit nonnulli ζ: deducit Gertz sed «adducit i. συστέλλει» recte Hense || 17 quicq- sic Q || 18 quod ex quid Q | corpus sit. Quod Q cum B A q, corpus est quod vel corpus fit quod aliquot ζ: corpus, si quod Buecheler acute | cum uim sed cum punct. Q || 19 corpus. Bonum Q cum B A, corpus/est. Bonum q cum ζ | corporalis Q B A, corporale ē q uulg., corporalis res est alii ζ: corporalest Windhaus || 20 corporalis est Q B A, corporale est q ζ || 22 subtil- sic Q

sapere, immo simplicior: paucis est ad mentem bonam uti literis, sed nos ut cetera in superuacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quemadmodum omnium rerum, sic litterarum quoque intemperantia laboramus: non uitae, sed scholae discimus. VALE.

5

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. CVII 1 **V**bi illa prudentia tua? ubi in dispiciendis rebus subtilitas? ubi magnitudo? Iam pusilla <te res> tangit: serui occupationes tuas occasionem fugae putauerunt. Sic amici deceperint — habeant enim sane nomen, quod illis noster error inposuit et 10 eo uocentur, quo turpius non sint —: *quota pars uero sunt de omnibus rebus tuis?* Desunt illi, qui et operam tuam conterebant 2 et te aliis molestum esse credebant. Nihil horum insolitum, nihil inexpectatum est: offendi rebus istis tam ridiculum est quam queri, quod spargaris in publico aut inquineris in luto. Eadem 15 uitae condicio est, quae balnei, turbae, itineris: quaedam in te mittentur, quaedam incident. Non est delicata res uiuere. Longam uiam ingressus es: et labaris oportet et arietes et cadas et lasseris et exclames: « o mors! » id est mentiaris. Alio loco comitem relinques, alio efferes, alio timebis: per eiusmodi offensas 20

1 simplicior. Paucis est Q: vide praef. p. LXII | bonasunt uti literis (lit ex corr.) Q || 4 intemperantiã sed flexus supra a extr. transf. Q | scole dicimus Q || 6 salutationis formulam om. Q || 7 despiciendis ex dispicientis Q || 8 iam Q B A q, tam pauci 5 et vulg. | tangit Q B A, res/angit q, te res (vel res te) angit alii 5: pusilla tangunt Erasm.¹ quem sequitur Rossbach, pusilla te res tangit Hense qui interrogative distinguit cum vulg. || 9 fuge Q A | deciperent Q B A, deciperentur q ubi al. deciperent te superscr. q¹: te deciperent dubitanter Hense: vide praef. p. LXII s. || 10 e priori Q et pr. B, epicurus A q, corr. B, 5 vulg.: corr. Madvig || 11 s. rebus tuis desunt illi/qui et operã Q cum B A q (desint q alii 5): vide praef. ibid. || 12 conterebant pr. Q mutatum in conterr- m. rec. perperam || 13 inersp- sic Q || 14 quaeri Q B || 15 conditio Q A || 16 intermittentur Q B A q: corr. Lipsius || 20 relinquis Q et pr. B

emetiendum est confragosum hoc iter. Mori uult? praeparatur 3
 animus contra omnia: sciat se uenisse, ubi *per*tonat fulminat;
 sciat se uenisse, ubi «luctus et ultrices posuere cubilia curae
 pallentesque habitant morbi tristisque senectus.» In hoc con-
 5 turbenio uita degenda est. Effugere || ista non potes, contemnere fol. 147^v
 potes: contemnes autem, si saepe cogitaueris et futura prae-
 sumpseris. Nemo non fortius ad id, cui se diu conposuerat, 4
 accessit et duris quoque, si praemeditata erant, obstitit: at
 contra imparatus etiam leuissima expauit. Id agendum est,
 10 ne quid nobis inopinatum sit; et quia omnia nouitate grauiora
 sunt, hoc cogitatio assidua praestabit, ut nulli sis malo tiro.
 «Serui me reliquerunt.» Alium compilauerunt, alium accusa- 5
 uerunt, alium occiderunt, alium prodiderunt, alium calca-
 uerunt, alium ueneno, alium criminatione petierunt: quicquid
 15 dixeris, multis accidit deincepsque *accidet*. Multa et uaria
 sunt *quae* in nos deriguntur: quaedam in nos fixa sunt, quae-
 dam uibrant et cum maxime ueniunt, quaedam in alios per- 6
 uentura nos stringunt. Nihil miremur eorum, ad quae nati
 sumus, quae ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus.
 20 Ita dico, paria sunt; nam etiam quod effugit aliquis, pati po-
 tuit. Aequum autem ius est non quo omnes usi sunt, sed quod
 omnibus latum est. Imperetur aequitas animo et sine querella
 mortalitatis tributa pendamus. Hiems frigora adducit: al- 7
 gendum est. Aestas calores refert: aestuandum est. Intem-
 25 peries caeli ualitudinem temptat: aegrotandum est. Et fera

1 et mentiendum *priore* et *punct.* Q | mori uult *secl.* *Mure-*
tus, sed, ut solet, subauditur quis, aliquis | Praeparatur Q ||
 2 ponat Q B, ex ponan *corr. pr.* A defendere *studet* Ianus, tonat q cum nonnullis 5, patiatu-
 r alii 5 et aliqui *edd.*: tonat et fulminat Iac. Lectius, tonat, fulminat Haase. Videtur ponat ex
 ptonat *corruptum: recipio autem* fulminat cum Lectio et Haasio ex nonnullis 5 | fulmen Q B A q plerique 5 || 3 cura *pr.* Q B
 || 6 Contemne (*pro* contemnes) Q || 8 Ad A et *pr.* Q B || 9 imparatos *pr.* Q *mutatum in* impar-
 m. *rec.* | leuissima *pr.* Q, res *superscr. m. rec.* || 11 ass- sic Q | tyro Q q || 15 deinceps quae-
 multa etuariasunt. in nos Q: *vide praej. p. LXIII* || 16 dirig- Q B A || 22 quaerela Q || 23 Hiemis *sed alt. i punct.* Q || 25
 temptata *pr.* Q B A, *extr. a punct. in* Q

nobis aliquo loco occurret et homo perniciosior feris omnibus. Aliud aqua, aliud ignis eripiet. Hanc rerum condicionem mutare non possumus: illud possumus, magnum sumere animum et ui<ro> bono dignum, quo fortiter fortuita patiamur et
 8 naturae consentiamus. Natura autem hoc, quod uides, re-
 gnum mutationibus temperat: nubilo serena succedunt; turbantur maria, cum quieuerunt; flant in uicem uenti; noctem dies sequitur; pars caeli consurgit, pars mergitur: contrariis
 9 rerum aeternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est; hanc sequatur, huic pareat; et quaecumque fiunt,
 10 debuisse fieri putet nec uelit obiurgare naturam. Optimum est pati, quod emendare non possis, et deum, quo auctore cuncta proueniunt, sine murmuratione comitari: malus miles
 10 est qui imperatorem gemens sequitur. Quare inpigri atque
 fol. 148^r alacres excipiamus imperia nec deseramus || hunc operis pul-
 15 cherrimi cursum, cui quidquid patiemur, intextum est; et sic adloquamur Iouem, cuius gubernaculo moles ista derigitur, quem<admodum> Cleanthes noster uersibus disertissimis adloquitur, quos mihi in nostrum sermonem mutare permittitur Ciceronis, disertissimi uiri, exemplo. Si placuerint,
 20 boni consules; si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum. «Duc, o parens celsique dominator poli, quocumque placuit: nulla parendi mora est; adsum inpiger.

1 alico QA | perniciosior Q, pernit- BA || 2 condit- QBA || 3 illud possumus om. Q || 4 et ut bono Q cum BA, et uiro bono q cum nonnullis ̄, et bono alii ̄ || 14 quare Q, quarē fere B, quarem A || 15 desinamus QBA, desinamus q (ubi .i. destituamus superscr. est) cum aliquot ̄, deseramus alii ̄ et vulg.: oderimus Gerz. An nec desinamus — cursum <sequi>, cui cet.² || 16 patiamur QB et pr. A, patimur q ̄ vulg.: corr. Hense || 17 tabernaculo QBA, gubernaculo q ̄ | dirig- Q || 18 quemcle/anthes Q cum BA (ad modum marg. adiecit m. rec. in B), quemadmodum q cum nonnullis ̄, quomodo alii ̄ | dissert- Q et sic mox || 22 ducopa/rens Q cum BA, Ductor (t punct.) sūme/parens q ubi at duc me superscr. q¹, Ducor parens vetustissimi edd., Duc me, parens Erasm.²: duc me summe parens (pater Harlei. 2659) alii ̄ ad lectionem Augustini (de civ. dei V 8 p. 201,26 Domb.³) duc, summe pater atque (pro celsique) d. p. propius accedentes eamque O. Rossbach praeferendam putat

Fac nolle, comitabor gemens malusque patiar, facere quod licuit bono. Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.» Sic uiuamus, sic loquamur: paratos nos inueniat atque inpigros fatum. Hic est magnus animus, qui se ei tradidit; at contra ille pusillus et degener, qui obluctatur et de ordine mundi male existimat et emendare mauult deos quam se. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Id, de quo quaeris, ex his est, quae scire tantum eo, ut scias, pertinet. Sed nihilominus, quia pertinet, properas nec uis expectare libros, quos cum maxime ordino continentes totam moralem philosophiae partem. Statim expediam: illud tamen prius scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas discendi, qua flagrare te uideo, digerenda sit, ne ipsa se impediatur. Nec passim carpenda sunt nec auide inuadenda uersa: per partes peruenietur ad totum. Aptari onus uiribus debet nec plus occupari quam cui sufficere possimus. Non quantum uis, sed quantum capis, hauriendum est. Bonum tantum habe animum: capies quantum uoles. Quo plus recipit animus, hoc se magis laxat. Haec nobis praecipere Attalum memini, cum scholam eius obsideremus et primi ueniremus et nouissimi exiremus, ambulantem quoque illum ad aliquas disputationes euocaremus, non tantum paratum discuntibus, sed obuuium. « Idem » inquit « et docenti et discenti debet esse propositum: ut ille prodesse uelit, hic proficere. » Qui ad philosophum uenit, cotidie aliquid secum boni ferat: aut sanior domum redeat aut sanabilior. Redibit autem: ea

3 pigros *pr. Q* || 4 eo *Q B A q*, deo aliquot *5 et vulg.*, ei unus *5 idque recepit Hense cont. dial. I 5,8* praebere se fato || 6 quam sequi *cod. Velz.* || 7 salutationis formulam *om. Q* || 10 ordine *Q q* || 13 flagrar& cui/deo *Q* | imped- *sic Q* || 15 onus *pr. Q*, honus *m. rec. perperam* || 17 capit *pr. Q* | aur-*Q* || 18 Quod *sed d punct. Q* || 20 scolam *Q* | obsid- *sic Q* || 21 extremus *pr. Q* || 25 aliquit *Q* || 26 redibit *Q*, ex redebit *B A*

philosophiae uis est, ut non studentes, sed etiam conuersantes iuuet. Qui in solem uenit, licet non in hoc uenerit, colorabitur; qui in unguentaria taberna resederunt et paullo diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt; et qui ad philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiam neglegentibus. Attende, quid dicam: neglegentibus, || non repugnantibus. « Quid ergo? non nouimus quosdam, qui multis apud philosophum annis persederint et ne colorem quidem duxerint? » Quidni nouerim? pertinacissimos quidem et adsiduos, quos ego non discipulos philosophorum, 10 sed inquilinos uoco. Quidam ueniunt ut audiant, non ut discant, sicut in theatrum uoluptatis causa ad delectandas aures oratione uel uoce uel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem uidebis, cui philosophi schola deuersorium otii sit. Non id agunt, ut aliqua illo uitia deponant, ut aliquam 15 legem uitae accipiant, qua mores suos exigant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen et cum pugillaribus ueniunt, non ut res excipiant, sed ut uerba, quae tam sine profectu alieno dicant quam sine suo audiunt. Quidam ad magnificas uoces excitantur et transeunt in affectum dicentium 20 alacres uultu et animo, nec aliter concitantur quam solent Phrygii tibicinis sono semiuiri et ex imperio furentes. Rapiunt illos instigatque rerum pulchritudo, non uerborum inanium sonitus. Si quid acriter contra mortem dictum est, si quid contra fortunam contumaciter, iuuat protinus quae audias, 25 facere. Adficiuntur illis et sunt, quales iubentur, si illa animo

1 studentis Q et pr. B et sic mox conuersantis || 3 unguentaria Q, ungent- B A | paulo Q || 7 non pr. Q, nos m. rec. perperam || 8 persederint et mox duxerint pr. Q, persederunt — duxerunt corr. m. rec. et sic habent q alii 5 sed enuntiato relativo vim consecutiuam inesse patet || 12 intheatrum Q, inheatrum B, in aeatrum A | causas sed extr. s puncti. Q | addelectandas Q, at delect- B A || 13 ducimus pr. Q || 14 scola Q | diuers- Q B A | ocii Q || 15 illo Q B A cum vet. libb., illi q alii 5: illic Pincianus || 19 discant Q 5, discunt q | audiant pr. Q || 20 transeunt Q, transiunt A et pr. B | aff- sic Q || 22 phrygii Q | fugientes Q B, pr. A, q: furentes ed. Mentel. || 26 iubentur Q q 5, iuuentur B A

forma permaneat, si non impetum insignem protinus popu-
 lus, honesti dissuasor, excipiat: pauci illam, quam concepe-
 rant mentem, domum perferre potuerunt. Facile est audito- 8
 rem concitare ad cupidinem recti: omnibus enim natura fun-
 5 damenta dedit semenque uirtutum. Omnes ad omnia ista
 nati sumus: cum iritator accessit, tunc illa anima bona ueluti
 soluta excitatur. Non uides, quemadmodum theatra conso-
 nent, quotiens aliqua dicta sunt, quae publice adgnosimus et
 consensu uera esse testamur? « Desunt inopiae multa, auari- 9
 10 tiae omnia. » « In nullum auarus bonus est, in se pessimus. »
 Ad hos uersus ille sordidissimus plaudit et uitiiis suis fieri
 conuicium gaudet: quanto magis hoc iudicas euenire, cum a
 philosopho ista dicuntur, cum salutaribus praeceptis uersus
 inseruntur, efficacius eadem illa demissuri in animum impe-
 15 ritorum? « Nam », ut dicebat Cleanthes, « quemadmodum 10
 spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per
 longi canalis angustias || tractum patentiore nouissime exitu fol. 149^r
 effudit, sic sensus nostros clariores carminis arta necessitas
 efficit. » Eadem neglegentius audiuntur minusque percutiunt,
 20 quamdiu soluta oratione dicuntur; ubi accessere numeri et
 egregium sensum adstrinxere certi pedes, eadem illa sententia
 uelut lacerto excussiore torquetur. De contemptu pecuniae 11
 multa dicuntur et longissimis orationibus hoc praecipitur,
 ut homines in animo, non in patrimonio putent esse diuitias,

2 quoq; coeperant *pr. Q sed ead. m. corr.* quo in quã et
 alt. m. q; in quo unde quam quocooperant, *pr. B q. cocoeperant* ||
 6 iritatur *Q et pr. B* | anima *Q B A q.* animi ζ || 7 solita *Q*
 et *pr. B*, ad solita (*superscr. ad sopita*) *q* | excitatur *Q B A q.*
 excitantur ζ : tunc in illa animi bona ueluti soluta excitamur
prop. Rossbach || 8 quoties *pr. Q* | publicae *Q* || 9 desunt — om-
 nia] *cf. Syri sent. 236 Ribb.²* || 10 in nullum — pessimus] *pall.*
inc. fab. LXVII R³ Syri sent. 234 R.² || 14 effic- *ex offic- Q* |
 demisuri *Q* || 20 solata *pr. Q* || 22 excus/sare torquetur *Q cum*
B A (excusare in excussare *corr. m. vetus in Q A*), excussa re-
 torquetur *diuisit m. rec. in Q et sic legitur in uetustissimis edd.:*
corr. Gertz conl. Petroni sat. 95 palma excussissima: cf. de ben.
II 6, 1 excusso lacerto torqueantur: conl. excussa contorquetur
Rossbach | contemptu *Q*

- eum esse locupletem, qui paupertati suae aptatus est et paruo se diuitem fecit: magis tamen feriuntur animi, cum carmina eiusmodi dicta sunt: « is minimo eget mortalis, qui minimum cupit » « quod uult habet, qui uelle quod satis est potest. »
- 12 Cum haec atque eiusmodi audimus, ad confessionem uerita-
tis adducimur. *Vel* illi enim, quibus nihil satis est, admiran-
tur, adclamant, odium pecuniae indicunt. Hunc illorum ad-
fectum <cum> uideris, urge, hoc preme, hoc onera relictis am-
biguitatibus et syllogismis et cauillationibus et ceteris acu-
minis inriti ludicris. Dic in auaritiam, dic in luxuriam; cum 10
profecisse te uideris et animos audientium adfeceris, insta
uehementius: ueri simile non est, quantum proficiat talis ora-
tio remedio intenta et tota in bonum audientium uersa. Fa-
cillime enim tenera conciliantur ingenia ad honesti rectique
amorem et adhuc docilibus leuiterque corruptis inicit manum 15
- 13 ueritas, si aduocatum idoneum nacta est. Ego certe cum
Attalum audirem in uitia, in errores, in mala uitae peroran-
tem, saepe miseritus sum generis humani et illum sublimem
altio remque humano fastigio credidi. Ipse regem se esse
dicebat, sed plus quam regnare mihi uidebatur, cui liceret 20
- 14 censuram agere regnantium. Cum uero commendare pauper-
tatem coeperat et ostendere, quam quicquid usum excederet,
pondus esset superuacuum et graue ferenti, saepe exire e
schola pauperi libuit. Cum coeperat uoluptates nostras tra-

1 locupletem *pr. Q* || 3 is minimo — cupit] *pell. inc. fab. LXV R.³ Syri sent. 242 R.² || 4 quod uult — potest] *pell. inc. fab. LXVI R.³ || 6 Illi enim quibus Q cum uell.: uel (aut et) illi enim q. Hense (uel recipio quod compendiatum facilius post-ur excidere potuit), illi etiam q. Windhaus et Gertz, illi quoque q. Castiglioni || 8 uideri surge Q, uideris urge B A, cū uideris urge q, Harlei. 2659 alii 5: surge optat Aem. Thomas sed recte comparat Hense seq. insta uehementius | honera Q q, honora B A, onera 5 || 10 ludicris sed prior r punct. Q || 11 profecisse *pr. Q* || 12 Uerisimiles Q || 14 At (*pro ad*) Q || 15 docilibus Q q 5 *vulg.*, docibilibus Hense ex B A, sed docilibus in sententiam non minus quadrat et multo usitatius est | manū ex manus Q || 16 nacta sed altera n punct. Q || 17 at talum Q | erroris *pr. Q* | mali *pr. Q* || 18 meseritus *pr. Q B* || 22 quicquid Q | exceret *pr. Q* || 24 scola Q | cum coeperato *pr. Q B*,**

ducere, laudare castum corpus, sobriam mensam, puram
mentem non tantum ab illicitis voluptatibus sed etiam su-
peruacuis, libebat circumscribere gulam ac uentrem. Inde 15
mihi quaedam permansere, Lucili: magno enim in omnia
5 inceptu ueneram. De||inde ad ciuitatis uitam reductus ex fol. 149^v
bene coeptis pauca seruauit. Inde ostreis boletisque in omnem
uitam renuntiatum est: nec enim cibi, sed oblectamenta sunt
ad edendum saturos cogentia, quod gratissimum est edaci-
bus et se ultra quam capiunt farciuntibus, facile descensura,
10 facile reditura. Inde in omnem uitam unguento abstine- 16
mus, quoniam optimus odor in corpore est nullus. Inde uino
carens stomachus. Inde in omnem uitam balneum fugimus;
decoquere corpus atque exinanire sudoribus inutile simul
delicatumque credidimus. Cetera proiecta redierunt, ita ta-
15 men, ut quorum abstinentiam interrupi, modum seruem et
quidem abstinentiae proximior, nescio an difficiliorem,
quoniam quaedam absciduntur facilius animo quam tem-
perantur. Quoniam coepi tibi exponere, quanto maiore im- 17
petu ad philosophiam iuuenis accesserim quam senex per-
20 gam, non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagoras in-
iecerit. Sotion dicebat, quare ille animalibus abstinisset,
quare postea Sextius. Dissimilis utrique causa erat, sed
utrique magna. Hic homini satis alimentorum citra 18

concoeperat A: quom coeperat coni. Hense || 5 inceptu Q q cum
ueterioribus libb., impetu pauci § Erasm.² Muretus et nuper Ein.
Loefstedt concinnioris clausulae causa, at interpolatum uidetur ex seq.
§ 17 quanto maiore impetu ad philosophiam iuuenis accesserim
| uenerande/inde Q, ueneran de inde pr. B | reductis pr. Q ||
6 ceptis Q B A || 9 facientibus Q || 10-12 v. Inde in omnē
— stomachus *supplevit m. antiqua in marg. sup. scripsitque*
ñ lusim de uino pro nullus. inde uino et curens pro carens ||
14 proiectura sed ur punct. Q || 17 quidem Q B, ex quedam
corr. A, quedam q cum cod. Rehdig. I et aliquot edd. quibus
recte assentiens Hense² scripsit quaedam plane pro quaedam ||
18 quantum maiori Q q vet. edd. || 20 pudebit Q q vulg., putebit
B et pr. A | phytag- Q | iniecerit ad ex inieceri ad Q, inie-
ceriat pr. B, iniecerit. at q: an iniecerit. Ac ? ut legitur in uno §
|| 21 sotion Q || 23 hominibus satis Q cum cod. Urbin. 219 de quo
Fickert « non raro concinit cum B optimo »

sanguinem esse credebat et crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in uoluptatem esset adducta laceratio. Adiciebat contrahendam materiam esse luxuriae: colligebat bonae ualitudini contraria esse alimenta uaria et nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat et animorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. Nulla, si illi credas, anima interit, ne cessat quidem nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur. Videbimus, per quas temporum uices et quando pererratis pluribus domiciliis in hominem reuertatur: interim sceleris hominibus ac parricidii metum fecit, cum possent in parentis animam inscii incurrere et ferro morsue uiolare, si in quo cognatus aliqui spiritus hospitaretur. Haec cum exposuisset Sotion et implesset argumentis suis, « non credis » inquit « animas in alia corpora atque alia describi et migrationem esse quod dicimus mortem? Non credis in his pecudibus ferisue aut aqua mersis illum quondam hominis animum morari? Non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? nec tantum caelestia per certos circuitus uerti, sed animalia quoque per uices ire et animos per orbem agi? Magni || ista crediderunt uiri. Itaque iudicium quidem tuum sustine, ceterum omnia tibi in integro serua. Si uera sunt ista, abstinuisse animalibus innocentia est; si falsa, frugalitas est. Quod istic credulitatis tuae damnum est? alimenta

21
fol. 15^o

2 Adducat Q cum B A, adducta q 5 || 5 At Q, ad B A | pytag- Q | omnibus pr. Q non inepte || 6 aliorum Q q edd. vet., animorum in alimorum mutavit m. antiqua in A, animarum cod. Vatic.-Rom. 3873 teste Fickerto | commercium Q || 7 nullas illi pr. Q cum B (nullusilli pr. B) A || 8 Nec—quidem Q cum B A q rell. praeter Velz. ubi ne — q. quod recepit Hense Gertzium secutus || 9 et Q, set A et pr. B || 11 cum possint in Q B q vulg.: corr. Buecheler || 13 hostis paretur Q q cum A et pr. B | p exp. inter cum et exposuisset Q || 14 sotion Q A | impl- sic Q || 15 animus Q | describi Q B A q rell.: corr. Aem. Hermes || 17 an fuerit illam — animam dubitat Hense || 19 inmutare sed in punct. Q || 22 in integra (in punct.) Q, integra q || 24 isti Q | crudelitatis Q B A q, credulitatis cod. Rehdig. I supra vers. | alimenta/ tibi ex alimen/tatibus Q

tibi leonum et uulturum eripio.» His ego instinctus abstinere 22
 animalibus coepi, et anno peracto non tantum facilis erat
 mihi consuetudo, sed dulcis. Agitationem mihi animum esse
 credebam, nec tibi hodie adfirmauerim, an fuerit. Quaeris,
 5 quomodo desierim? In primum Tiberii Caesaris principatum
 iuuentae tempus inciderat: alienigena tum sacra moueban-
 tur, sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorun-
 dam animalium abstinencia. Patre itaque meo rogante, qui
 non calumniam timebat, sed philosophiam oderat, ad pristi-
 10 nam consuetudinem redii: nec difficulter mihi, ut inciperem
 melius cenare, persuasit. Laudare solebat Attalus culcitam, 23
 quae resisteret corpori: tali utor etiam senex, in qua uesti-
 gium apparere non possit. Haec rettuli ut probarem tibi,
 quam uehementes haberent tirunculi impetus primos ad
 15 optima quaeque, si quis[que] exhortaretur illos, si quis incen-
 deret. Sed aliquid praecipientium uitio peccatur, qui nos do-
 cent disputare, non uiuere, aliquid discentium, qui proposi-
 tum adferunt ad praeceptores suos non animum excolendi,
 sed ingenium. Itaque quae philosophia fuit, facta philologia
 20 est. Multum autem ad rem pertinet, quo proposito ad quam- 24
 quam rem accedas. Qui grammaticus futurus Vergilium scru-
 tatur, non hoc animo legit illud egregium «fugit inreparabile

5 intiberii Q cum q vulg., in .i. Tiberii B A (.i. B) unde
 in primum Ti. Hense praeunte Buechelero: primum apte additum vi-
 detur de re quam a. 19 p. Chr. n. factam esse constat || 6 iubente
 Q q | alienigena, ni superscr. Q || 7 et inter arg. malit Schweig-
 haeuser, at particula sed interdum continuari tantum narrationem
 nulla aduersativa vi constat, cf. Draeger² II p. 101 || 9 non compend.
 superscr. Q¹ | ederat pr. Q || 11 culcitam Q, in culcitram mu-
 tauit m. rec. || 12 tali utor ego etiam s. coni. Hense ex B ubi post
 utor duae litt. rasae vunt || 13 retuli Q || 14 uehementer Q | tyr-
 Q || 15 optimas sed s punct. Q B | quisq; Q cum B A, quis q s:
 si quis utique prop. Castiglioni | exort- Q | impenderet Q cum
 B et pr. A (ubi inp-), ipend- q: impelleret coni, Pincianus, incende-
 ret scr. Hense probabilius, nil mutandum putat Rossbah qui inter-
 pretatur «instaret, invigilaret» || 16 uicio Q || 19 ingenii Q | phy-
 logia pr. Q || 20 ad rem pertinet Q recte, varie corruptum in B pr.
 et A | quamquam rem Q B A, quaque re q cum plerisque s ||
 22 fugit ex fuit Q | inreparabile pr. Q

tempus»: uigilandum est; nisi properamus, relinquemur; agit nos agiturque uelox dies; inscii rapimur; omnia in futurum disponimus et inter praecipitia lenti sumus: sed ut obseruet, quotiens Vergilius de celeritate temporum dicit, hoc uti uerbo illum «fugit». «Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi prima fugit: subeunt morbi tristisque senectus, et labor et durae rapit inclementia mortis.» Ille, qui ad philosophiam spectat, haec eadem quo debet, adducit: numquam Vergilius, inquit, dies dicit ire, sed fugere, quod currendi genus concitatissimum est, et optimos quosque primos 10
 fol. 150^v rapi: quid ergo || cessamus nos ipsi concitare, ut uelocitatem rapidissimae rei possimus aequare? Meliora praeteruolant, 26
 deteriora succedunt. Quemadmodum ex amphora primum, quod est sincerissimum, effluit, grauissimum quodque turbidumque subsidit, sic in aetate nostra [quod est optimum, 15
 in primo est. Id exhauriri [in] aliis potius patimur, ut nobis faecem reseruemus? Inhaereat istud animo et tamquam missum oraculo placeat: «optima quaeque dies miseris mortalibus aevi prima fugit.» Quare optima? quia quod restat, incertum est. Quare optima? quia iuuenes possumus discere, 20
 possumus facilem animum et adhuc tractabilem ad meliora conuertere; quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingeniis [est] et exercendis per opera corporibus; quod superest, segnius et languidius est et propius a fine. Itaque toto hoc agamus animo et omissis, ad quae de- 25
 uertimur, in rem unam laboremus, ne hanc temporis perniciosissimi celeritatem, quam retinere non possumus, relictis demum intellegamus. Primus quisque tamquam optimus dies

3 precipicia Q || 4 quoties pr. Q | claritate Q B A, celeritate q 5
 || 6 subeant Q || 9 inquit Q, inquit B A || 11 rapit Q B, pr. A, q;
 rapi 5 || 14 turpidū/que Q cum B pr. || 16 idest hauriri Q plane
 pro idem hauriri ut in ed. Mentel. fort. recte, id/hauriri q | in aliis
 Q B A q, malis ed. Mentel.; [in] aliis Haase, alienis Gertz, ab aliis
 Windhaus || 19 Et ut (pro aevi) Q | restat quod (pro quod restat)
 Q plerique vet. edd. || 20 possumus Q || 23 est et exer/cendis Q cum
 B A, et exerc. q 5 || 25 omissis Q q 5 (omiss- q 5), emissis
 B A | atq; Q cum A, at quae B || 27 celeritate Q | domum Q

placeat et redigatur in nostrum. Quod fugit, occupandum est.
 Haec non cogitat ille, qui grammatici oculis carmen istud 28
 legit, ideo optimum quemque primum esse diem, quia sub-
 eunt morbi, quia senectus premit et adhuc adulescentiam
 5 cogitantibus supra caput est, sed ait Vergilium semper una
 ponere morbos et senectutem, non mehercules immerito.
 Senectus enim insanabilis morbus est. Praeterea, inquit, hoc 29
 senectuti cognomen inposuit, tristem illam uocat: «subeunt
 morbi tristisque senectus.» Alio loco dicit: «pallentesque ha-
 10 bitant morbi tristisque senectus.» Non est quod mireris ex
 eadem materia suis quemque studiis apta colligere: in eodem
 prato bos herbam quaerit, canis leporem, ciconia lacertam.
 Cum Ciceronis librum de *re p.* prendit hinc philologus aliquis, 30
 hinc grammaticus, hinc philosophiae deditus, alius alio cu-
 15 ram suam mittit. Philosophus admiratur contra iustitiam
 dici tam multa potuisse. Cum ad hanc eandem lectionem
 philologus accessit, hoc subnotat: duos Romanos reges esse,
 quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Serui
 matre dubitatur; Anci pater || nullus, Numae nepotis, dicitur. fol. 151^r
 20 Praeterea notat eum, quem nos dictatorem dicimus et in 31
 historiis ita nominari legimus, apud antiquos magistrum po-
 puli uocatum. Hodieque id extat in auguralibus libris, et
 testimonium est, quod qui ab illo nominatur, magister equi-
 tum est. Aequae notat Romulum perisse solis defectione; pro-
 25 uocationem ad populum etiam a regibus fuisse: id ita in ponti-
 ficibus libris esse aliique[qui] putant et Fenestella. Eos. 32
 dem libros cum grammaticus explicuit, primum uerba expressa,

2 grammatici Q q 5, grammati B A || 3 s. subeant Q q || 4 adol-
 Q || 5 agitantibus *prop. Haase* || 6 immer- Q || 12 lucertam Q || 13
 deprendit Q B A (deprendit A): *corr. Erasm.*² | phylol- Q et sic
deinde || 14 aliquis (*pro alius*) Q || 17 hoc sibi notat *mavult Geriz*
 || 18 serui sic Q A et *pr.* B || 19 numae nepos Q q 5 *vulg.*, Nu-
 mae nepotes B A (numenep- A) *unde* Numae nepotis *Buecheler*
Hense || 21 apud sic Q || 24 defectionem *sed in transf.* Q ||
 25 etiam a Q q 5, etiam B A || 26 etaliqui qui putant Q cum B:
vide praef. p. LXIII s. | fenestellā Q, fenestellam (in *punct.* B ||
 27 grammaticis Q et *pr.* B A | expressa Q q 5, expresse B A

reapse dici a Cicerone, id est re ipsa, in commentarium refert, nec minus seipse, id est se ipse. Deinde transit ad ea, quae consuetudo saeculi mutauit, tamquam ait Cicero: « quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. » Hanc quam nunc in circo cretam uocamus, calcem antiqui 5
 33 dicebant. Deinde *Ennianos* colligit uersus et in primis illos de Africano scriptos: « cui nemo ciuis neque hostis quibit pro factis reddere opis pretium. » Ex eo se ait intellegere, *opem* apud antiquos non tantum auxilium significasse, sed operam. Ait [opera] enim Ennius neminem potuisse Scipioni neque 10
 34 ciuem neque hostem reddere operae pretium. Felicem deinde se putat, quod inuenerit, unde uisum sit Vergilio dicere: « Quem super ingens porta tonat caeli. » Ennium hoc ait Homero [se] subripuisse, Ennio Vergilium. Esse enim apud Ciceronem in his ipsis de re publica hoc epigramma Enni: « si 15
 35 caeli maxima porta patet. » Sed ne et ipse, dum aliud ago, in philologum aut grammaticum delabar, illud admoneo, auditionem philosophorum lectionemque ad propositum beatae uitae trahendam, non ut uerba prisca aut ficta captemus et 20
 translationes improbas figurasque dicendi, sed ut profutura praecepta et magnificas uoces et animosas, quae mox in rem

1 abse Q cum B A: reabse *Pincianus*, reapse *Muretus* || 2 sese Q B, pr. A, q rell.: seipse *Muretus* | idest pr. Q, idē m. rec. *perperam* || 6 inanes Q B A q rell.: *Ennianos Pincianus* || 7 quiuult Q B A q rell.: quibit *Pincianus quem sequitur Hense*², quiuit *Muretus vulg.* | profactis Q A (pro factis A), ex profectis B || 8 opere Q q cum B A rell.: corr. *Vahlen* | opem ante auxilium *add. Madvig*, ante apud *Th. Korsch probabilis* || 9 opera Q, opera' B || 10 ait. Operaenim/ineius Q cum A B (ait operaenim B), Ait eim q: ait enim Ennius *Haase* | scipionem Q B A: Scipioni « *vetus lectio* » *Pinc.* || 11 prec- Q || 13 Ennius hoc Q B A q rell.: corr. *Pincianus* || 14 se subripuisse Q B A q rell. *praeter unum cod. Vatic.-Rom. 2216 qui teste Fickerto omittit* se || 15 ipsi pr. Q | derepublica. Hoc ephigramma Q sed post derepublica m. rec. libris *compend. superscr.*, idem ante de r. *superscriptum est in q: libris addunt etiam alii 5* | est. Nisi fascendo Q, ē. nisi fas endo B: Ennii: si fas endo *Schweighauser: cf. Cic. de re p. libr. inc. fr. 6 p. 379 Muell.* || 18 delabar sic Q A et pr. B | amoneo ex adm- Q¹

transferantur. Sic ista ediscamus, ut quae fuerint uerba, sint
 opera. Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus 36
 iudico quam qui philosophiam uelut aliquod artificium uenale
 didicerunt, qui aliter uiuunt quam uiuendum esse praeci-
 5 piunt. Exempla enim se ipsos inutilis disciplinae circumferunt
 nulli non uitio, quod insecuntur, || obnoxii. Non magis 37
 mihi potest quisquam talis prodesse praeceptor quam guber-
 nator in tempestate nauseabundus. Tenendum rapiente fluctu
 gubernaculum, luctandum cum ipso mari, eripienda sunt
 10 uento uela: quid me potest adiuuare rector nauigii attonitus
 et uomitans? Quanto maiore putas uitam tempestate iactari
 quam ullam ratem? Non est loquendum, sed gubernandum.
 Omnia quae dicunt, quae turba audiente iactant, aliena 38
 sunt: dixit illa Platon, dixit Zenon, dixit Chrysippus et Po-
 15 sidonius et ingens agmen nostrum tot ac talium. Quomodo
 probare possint sua esse, monstrabo: faciant, quae dixerint.
 Quoniam quae uolueram ad te perferre, iam dixi, nunc desi-
 derio tuo satis faciam et in alteram epistulam integrum.,
 quod exegeras, transferam, ne ad rem spinosam et auribus
 20 erectis curiosisque audiendam lassus accedas. VALE.

1 transferantur *pr. Q sed supra alt. a scr. u m. rec.* | istediscamus
pr. Q mutatum in ista discamus m. rec. || 4 didicerunt *Q*, dedic- *B*
 et *pr. A* || 5 inuitiles *Q* et *pr. B A* || 6 insec- sic *Q* || 7 mi potest
Q B A || 8 nauseab- sic *Q* et *pr. B* | tenendum *Q B A*, tenendū
 ē *q* 5 || 11 putans *Q* || 14 crys- *Q* | possid- *Q* || 15 ignens *pr. Q*
 | Non *Q cum B A q. om. pauci* 5 et *vulg.*: nominum *Klammer*, non
 totum talium *Madvig*, nostrorum tot ac talium *Buecheler* cui *ad senti-*
tur Hense. Suspicio non ortum esse ex nostrum *per compen-*
dium scripto et huic adiectico possessivo genitivum tot ac talium
appositive adiunctum || 16 probaresint possint *Q*: an probare isti
 (*scil. qui aliter uiuunt quam uiuendum esse praecipiant*) possint?
 || 17 qm̄ *Q* | uoluerunt (er ex corr.) *Q* || 18 in *Q q* 5, inter *B A*
 | eplam *Q* || 20 audiendum *Q A et pr. B*

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. CIX 1

An sapiens sapienti prosit, scire desideras. Dicimus plenum omni bono esse sapientem et summa adeptum: quomodo prodesse aliqui possit summum habenti bonum, quaeritur. Prosunt inter se boni. Exercent enim uirtutes et sapientiam in suo statu continent: desiderat uterque aliquem, cum quo conferat, cum quo quaerat. Peritos luctandi usus exercet; musicum, qui paria didicit, mouet. Opus est et sapienti agitatione uirtutum: ita quemadmodum ipse se mouet, sic mouetur ab alio sapiente. Quid sapiens sapienti proderit? impetum illi dabit, 10 occasiones actionum honestarum commonstrabit. Praeter haec aliquas cogitationes suas exprimet: docebit, quae inuenierit. Semper enim etiam a sapiente restabit, quod inueniat et quo animus eius excurrat. Malus malo nocet facitque peiorem, iram eius incitando, tristitiae adsentiendo, uoluptates laudando, et tunc maxime laborant mali, ubi plurimum uitia miscuere, et in unum conlata nequitia est: ergo ex contrario bonus bono proderit. «Quomodo?» inquis. Gaudium illi adferet, fiduciam confirmabit, ex conspectu mutuae tranquillitatis crescet utriusque laetitia. Praeterea quarumdam 20
 fol. 152^r illi || rerum scientiam tradet. Non enim omnia sapiens scit: etiam si sciret, breuiores uias rerum aliqui excogitare posset et has indicare, per quas facilius totum opus circumfertur.
 6 Proderit sapienti sapiens, non scilicet tantum suis uiribus,

1 salutationis formulam om. Q || 2 planum pr. Q || 4 prodesse Q B, proesse (pro compend) A | aliqui Q B et pr. B, aliquid alicui q, aliquis vulg. || 8 didici pr. Q | sapienti agitationē Q cum q 5 (agitatione q 5), sapientia cogitatione B A (c superscr. A) || 14 s. facit quoq; Q cum B A q, facitque cod. Velz. ut coniecerat Madvig || 15 iram metus Q B A q, iram eius pauci 5 || 17 s. ex contrario (contrario ex -ria corr. m. rec.) est bonus Q: an ex contr. et b. ? || 19 adfert Q | confirmauit Q et pr. B || 21 omnia superscr. ead. m. Q || 22 scires pr. Q | aliqui pr. Q, in aliquid mutauit m. rec. perperam | possit Q, pr. B, q || 23 corpus pr. Q || 24 nonlic& tantum Q,

sed ipsius, quem adiuuabit. Potest quidem ille etiam relic-
 tus sibi explicare partes suas; utetur propria uelocitate, sed
 nihilominus adiuuat etiam currentem hortator. « Non prodest
 sapienti sapiens, sed sibi ipse: hoc scias. Detrahe illi uim
 5 propriam, et ille nihil aget. » Vno modo dicas licet non esse 7
 in melle dulcedinem: nam ipse ille, qui esse debeat, ita apta-
 tus lingua palatoque est ad eiusmodi gustum, ut illa talis
 sapor capiat, aut offendetur; sunt enim quidam, quibus morbi
 uitio mel amarum uideatur. Oportet utrumque ualere, ut et
 10 ille prodesse possit et hic profuturo idonea materia sit. « Si 8
 in summum » inquit « perducto calorem caleferi superua-
 cuum est, et in summum perducto bonum superuacuum est
 si qui prosit. Numquid instructus omnibus rebus agricola
 ab alio instrui quaerit? numquid armatus miles, quantum
 15 in aciem exituro satis est, alia amplius arma desiderat? Ergo

non scilicet tantū B A, non tantū q: v. scilicet tantum tam-
 quam manifeste ex scholio intrusa eiecit Schweighauser, sed cf.
 § 12 prodesse autem est animum secundum naturam mouere
 uirtute sua ut eius qui mouebitur || 1 adiuuabat Q, adiuuat
 B A edd.: puto fuisse adiuuabit ut legitur in cod. Vatic.-Rom.
 2205 de quo Fickert (praef. p. XXIV) « quamvis pluribus locis
 interpolatus seruat alicubi genuinam scripturam » || 2 s. suas./
 Utetur propria uelocitate sed nihilominus adiuuant (n punct.).
 Etiam currentem/hortatur Q: vide praef. p. LXIV || 3-5 v.
 non prodest — nihil aget interlocutori dedit Gertz || 4 hoc
 sic scias coni. Windhaus: obiicies scripserat Muretus | uia Q
 q cum B pr. et A || 5 ait Q, agit B A q rell.: corr. Windhaus
 | Uno Q cum B A q et plerisque §: isto coni. Pincianus, illo
 Windhaus, sed uno modo recte interpretatur « eodem modo »
 Bourgeri || 6 ipse] nisi Haase | debet Q q plerique § vulg., debeat
 B A: an debet, aut? || 7 ille Q B A q rell.: illum Haase,
 illa (scil. linguam palatumque) Buecheler, ille tali sapore capiat
 Muretus, illi talis sapor faciat Gertz || 8 aut add. Klammer ||
 9 colere Q, colore pr. B, calere A q et ex corr. B: corr. Haase
 | utile Q, ut et ille rell. mss. et edd. quod asperum sonat || 10
 huic Q | si suppl. Gertz || 11 pducti Q cum B A, perducto « vetus
 lectio » Pinc. || 12 perductum Q B A (-tū A), perductus q perducto
 alii §: an perductis utrobique? | supuacuum Q cum B A q
 rell.: superuacuus Schweighauser, superuacuum est si qui Hense
 ex Buecheleri coniectura. An in superuacuum [est] quis (indefini-
 prosit? cf. ep. 70.18; dial. IV 11,1; VI 1,6 || 14 ab alio Q, ab
 alio A et pr. B || 15 uti Q B, pr. A ut uidetur, q plerique §:
 ulla de Ian et Madvig, tuti Buecheler. Puto uti traditum esse

nec sapiens: satis enim uitae instructus, satis armatus est.»
 9 Ad haec respondeo: ei qui in summo <est calore, non> opus
 est calore adiecto, ut summum teneat? «Sed ipse se» inquit
 «calor continet.» Primum multum interest inter ista, quae
 comparas. Calor enim unus est, prodesse uarium est. Deinde
 calor non adiuuatur adiectione caloris, ut caleat: sapiens non
 potest in habitu mentis suae stare, nisi amicos aliquos simi-
 10 les sui admisit, cum quibus uirtutes suas communicet. Adice
 nunc, quod omnibus inter se uirtutibus amicitia est. Itaque
 prodest, qui uirtutes alicuius paris sui amat amandasque
 11 et probare ac probari sciunt. Etiamnunc sapientis animum
 perite mouere nemo alius potest quam sapiens, sicut homi-
 nem mouere rationaliter non potest nisi homo. Quomodo
 ergo ad rationem mouendam ratione opus est, sic ut mouea-
 12 tur ratio perfecta, opus est ratione perfecta. Prodesse dicun-
 tur et qui media nobis largiuntur, pecuniam, gratiam, inco-
 lumitatem, alia in usus uitae cara aut necessaria: in his di-
 fol. 152^v cetur etiam stultus prodesse sapienti. || Prodesse autem est
 animum secundum naturam mouere uirtute sua ut eius, qui
 mouebitur. Hoc non sine ipsius quoque, qui proderit, bono

pro ali et post hoc excidisse vocalem a ante amplius || 1 ne *pr.*
Q || 2 et *BA*, om. *Q* *q*: ei *Fichert* | qui in summa mo/tus est calore
 adiecto *Q*: vide *praej. p. LXIV* s. || 3 suum *Q* *B* *A* *q* *rell.*:
 summum *Erasm.*¹ || 10 partes sui *Q* *B* *A* *q*, pares suis
 nonnulli ζ ut coniecerat *Pincianus*, pares sui *Muretus*, ut partes
 sui *prop. Haase*, paris sui *Buecheler* | *Amandamq*; *Q* cum *A* et
pr. B, amandasque *q* ζ || 13 periti *Q* *B* *A*, perite *q* alii ζ ||
 17 quia *Q* | incolom- *Q* *B* *A* || 19 stultius *Q* *A* et *pr. B* |
 prodesse sapienti; Prodesse autem est *Q* cum *libb. vell. et edd.*
 (sapienti prodesse nonnulli *edd.*): prodesse. sapienti prodesse
 autem est (quasi dativus cum est coniungendus sit) *Gertz* quem
 quodammodo praecessit *m. rec. in Q* translato distinctionis signo
 inter prodesse et sapienti, sed *Gertz* ipse monet e regione
 poni prodesse dicuntur et prodesse est et *Hense* adnotat
Senecam non debuisse vere addere in ultimo membro, ut illi visum
est || 20 ut *Q*, *pr. B*, *A* *q*, aut *B* *corr.*, pauci ζ et aliquot *vett.*
edd.: vi *prop. Gertz*, et *Windhaus*, sed verum ut putat *Hense*
 cui assentior, quamquam et *Windhausii* coniectura probabilis videtur

fiet: necesse enim alienam uirtutem exercendo exerceat et
 suam. Sed ut remoueas ista, quae aut summa bona sunt 13
 aut summorum efficientia, nihilominus prodesse inter se sa-
 pientes possunt. Inuenire enim sapientem sapienti per se res
 5 expetenda est, quia natura bonum omne carum est bono et
 sic quisque conciliatur bono quemadmodum sibi.

Necesse est ex hac quaestione argumenti causa in alte- 14
 ram transeam. Quaeritur enim, an deliberaturus sit sapiens,
 an in consilium aliquem aduocaturus. Quod facere illi neces-
 10 sarium est, cum ad haec ciuilia et domestica uenitur et, ut
 ita dicam, mortalia: in his sic illi opus est alieno consilio quo-
 modo medico, quomodo gubernatori, quomodo aduocato et
 litis ordinatori. Proderit ergo sapiens aliquando sapienti;
 suadebit enim. Sed in illis quoque magnis ac diuinis, ut dixi-
 15 mus, communiter honesta tractando et animos cogitationes-
 que miscendo utilis erit. Praeterea secundum naturam est et 15
 amicos complecti et amicorum auctu ut suo proprioque laetari.
 Nam nisi hoc fecerimus, ne uirtus quidem nobis permanebit,
 quae exercendo sensu ualet. Virtus autem suadet praesentia
 20 bene conlocare, in futurum consulere, deliberare et intendere
 animum: facilius intendet explicabitque qui aliquem sibi
 adsumpserit. Quaeret itaque aut perfectum uirum aut profi-
 cientem uicinumque perfecto. Proderit autem ille perfectus, si
 consilium communi prudentia iuuerit. Aiunt homines plus in 16

1 Necesse enim *Q cum B A*, Necesse ẽ eĩm *q cum 5* | uir-
 tutẽ exercendam exercendo etsuã *Q* || 2 remouas *pr. Q* || 5 exce-
 denda *Q B et pr. A*, expetenda *q 5* | bono est sic *Q A et pr. B*
 || 8 s. an deliberaturus sit sapiens, an — aduocaturus] *vide praef.*
p. LXV || 13 s. gubernatori — ordinatori *Q B A*, gubernatore —
 ordinatore *q 5* || 15 honestat *Q* || 17 compl- *Q* | actu *Q B A q*
vell. : corr. Haase | etsuo *Q cum B A*, ut suo *q 5* || 19 sensu
Q B A « i. prudentia, ratione, cuius sunt actiones quae sequuntur.
Explicat noster mox per illa si communi prudentia iuuerit » Ruh-
kopf, se usu Pinc. ex suo exempl. schol. : aut exercendo se ex vet.
scholio, irrepsisse aut exercendo et usu aut exercendo se usque
scriptum oportuisse putat Schweighaeuser, usu sui scr. Haase ||
 22 quaerit *Q B A*, Queret *q cum paucis 5* || 23 profecto *Q plane*
propter praeced. proficientem

alieno negotio uidere. Vitio hoc illis euenit, quos amor sui excaecat quibusque dispectum utilitatis timor in periculis excutit: incipiet sapere securior et extra metum positus. Sed nihilominus quaedam sunt, quae etiam sapientes in alio quam in se diligentius uident. Praeterea illud dulcissimum et honestissimum «idem uelle atque idem nolle» sapiens sapienti praestabit: egregium opus pari iugo ducet.

- 17 Persolui quod exegeras, quamquam in ordine rerum erat, quas moralis philosophiae uoluminibus complectimur. Cogita, quod soleo frequenter tibi dicere, in istis nos nihil aliud quam acumen exercere. Totiens enim illo reuertor: quid ista me res
fol. 72^v lin. 25 iuuat? fortiorem fac iam, iustio-rem, temperantio-rem. || Nondum
18 exerceri uacat: adhuc medico mihi opus est. Quid me poscis scientiam inutilem? Magna promisisti: exigua uideo. Dicebas

I initio *pr. Q cum B A*, mutauit in uitio *m. rec.*; Vitio *super vers. q praecedente* quam in suo ut in aliis ζ et *vulg.* | amor sub excaecat *Q q*, amor subexcaecat (-cecat *A*) *A et pr. B*, amor sui exc. *corr. rec. m. in B* || 2 dispectū *pr. Q*, desp. *corr. m. rec. et sic legitur in B A* || 3 exsecutor *pr. Q, m. rec. scr. et compend. supra ex transf., fort. recte* || 5 uidentur, ur *punct. Q* | dulcissimum est honestissimum *Q B A*, dulc. et hon. *cod. Vatic.-Rom. 3873 teste Fickerto ut correxerat Gronovius* || 6 atq; *Q*, adque *B*, adq. *A* || 8 Persolui *Q cum q* ζ *vulg.*, persoluit *B A unde persolui id scr. Hense ex Windhausii coniectura* | quanq- *Q* | ordinē *Q* || 9 morales *Q* | cogita tamen, quod *prop. Gertz* || 10 solea *pr. Q* || 11 Toties *pr. Q* | reuerto *pr. Q* || 12 faciam *Q A et pr. B ubi faciat corr. m. rec., fatiet q cum* ζ et *vulg.* (faciet ζ *vulg. et interrogationis nota post temperantio-rem*), facit me *Gertz*, fac iam *distinxit Hense* || tēperantio-rem *Q cum B* (ex *temperantio-rem B*) *A q* quaternio undevicesimus; cum autem sequens quaternio folio primo careat, desideratur huius epistulae pars reliqua et dimidia sequentis usque ad verba (§ 11) nec enim nouis malis. Quae desunt confero cum *q* (fol. 72^v lin. 25 — fol. 73^v lin. 6), si quid utile inde redundaturum sit et quatenus cum *vell. q* et cum *B A consentiat aut dissentiat* || 13 medico *q* ζ , modico *B A* | posces *B A q*, poscis nonnulli ζ : doces *Erasm.*², pascis scientia inutili *Pontanus et Madvig sed verbo poscis subauditur* istas inanes quaestiones mihi proponendo | exigua uideo *B ex corr., q pauci* ζ et *vulg.*, exige uide *pr. B, A aliquot* ζ *idque Hense recepit, sed sententiarum ordo hic esse uidetur*: «cogita quod fieri primum necesse est, postea exerceri tempus erit: cum magna promiseris, exigua uideo, quapropter ante promissa et ad vitam necessaria praesta quam ad dialecticorum ineptias transeas»

intrepidum fore, etiam si circa me gladii micarent. etiam si mucro tangeret iugulum; dicebas securum fore, etiam si circa me flagrarent incendia, etiam si subitus turbo toto nauem meam mari raperet: hanc mihi praesta curam, ut uoluptatem, ut gloriam contemnam. Postea docebis implicita soluere, ambigua distinguere, obscura perspicere: nunc doce quod necesse est. VALE.

L. ANNAEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTVLARVM
MORALIVM LIBER XVIII EXPLICIT.

4 Hanc q cum B A plerisque ζ, haec nonnulli ζ et edd., hoc (ut con. Gruterus) cod. Harlei. 2659 | presta interim q: vide praef. ibid. || 5 iplicita q cum ζ, implicita B A || 8 Libri finiti et novi indices profero quales Hense ex B sumpsit

INCIPIT EIVSDEM EPISTVLARVM MORALIVM

LIBER XVIII.

< SENECA LVCILIO SVO SALVTEM. >

Ex Nomentano meo te saluto et iubeo habere mentem 1 Ep. CX
 5 bonam, hoc est propitios deos omnis, quos habet placatos et
 fauentes, quisquis sibi se propitiauit. Sepone in praesentia,
 quae quibusdam placent, unicuique nostrum paedagogum
 dari deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae
 ex eorum numero, quos Ouidius ait « de plebe deos ». Ita tamen
 10 hoc seponas uolo, ut memineris maiores nostros, qui credide-
 runt, Stoicos fuisse: singulis enim et Genium et Iunonem
 dederunt. Postea uidebimus, an tantum dis || uacet, ut priua-
 torum negotia procurent: interim illud scito, siue adsignati
 sumus, siue neglecti et fortunae dati, nulli te posse inprecari
 15 quicquam grauius, quam si inprecatus fueris, ut se habeat
 iratum. Sed non est quare cuiquam, quem poena putaueris
 dignum, optes, ut infestos deos habeat: habet, inquam, etiam
 si uidetur eorum fauore produci. Adhibe diligentiam tuam 2
 et intuere, quid sint res nostrae, non quid uocentur: et scies 3
 20 plura mala contingere nobis quam accidere. Quotiens enim
fol. 73^r

3 salutationis formulam om. B A || 9 horum q | habet
 compend. pro ait q: cf. Ovid. met. I 595 nec de plebe deo ||
 10 qui crediderunt hoc q || 12 diis q || 13 procurarent B A q
 plerique ζ, procurent pauci ζ: « fort. obuersabatur scribenti tale
 ut (si vera esset ista opinio) priv. n. procurarent. vix fuit pro-
 curare laborent sim. » adn. Hense. An procurarint? | assignati
 sumus q B (ads- B), adsignatis simus A: adsignati is sumus con.
 Gertz, nec hoc nec adsignati dis sumus probat Hense || 14 potuisse
 q || 18 eorum cū fauore q | Adhibe et q || 20 nobis om. q

felicitatis et causa et initium fuit, quod calamitas uocabatur?
 quotiens magna gratulatione excepta res gradum sibi struxit
 in praeceps et aliquem iam eminentem adleuauit etiamnunc,
 4 tamquam adhuc ibi staret, unde tuto cadunt? Sed ipsum
 illud cadere non habet in se mali quidquam, si exitum spectes, 5
 ultra quem natura neminem deiecit. Prope est rerum omnium
 terminus, prope est, inquam, et illud, unde felix eicitur, et illud,
 unde infelix emittitur: nos utraque extendimus et longa spe
 ac metu facimus. Sed si sapis, omnia humana condicione me-
 tire: simul et quod gaudes et quod times, contrahe. Est autem 10
 5 tanti nihil diu gaudere, ne quid diu timeas. Sed quare istuc
 malum adstringo? Non est quod quicquam timendum putes:
 uana sunt ista, quae nos mouent, quae attonitos habent. Nemo
 nostrum quid ueri esset, excussit, sed metum alter alteri tra-
 didit; nemo ausus est ad id, quo perturbabatur, accedere et 15
 naturam ac bonum timoris sui nosse. Itaque res falsa et inanis
 6 habet adhuc fidem, quia non coarguitur. Tanti putemus ocu-
 los intendere: iam apparebit, quam breuia, quam incerta,
 quam tuta timeantur. Talis est animorum nostrorum confusio,
 qualis Lucretio uisa est: « nam ueluti pueri trepidant 20
 atque omnia caecis in tenebris metuunt, ita nos in luce ti-
 memus ». Quid ergo? non omni puero stultiores sumus qui in luce
 7 timemus? Sed falsum est, Lucreti, non timemus in luce: omnia
 nobis fecimus tenebras. Nihil uidemus, nec quid noceat nec
 quid expediat: tota uita incursitamus nec ob hoc resistimus 25
 aut circumspectius pedem ponimus. Vides autem, quam sit
 furiosa res in tenebris impetus. At mehercules id agimus, ut
 longius reuocandi simus, et cum ignoremus, quo feramur,

I calamitatis et in seq. enuntiato relat. felicitas scribi uult Gertz,
 dissentit Buecheler | causa q, est c. B A alii unde et c. Schweighaeuser
 || 2 accepta q || 4 caderet q alii 5 et aliquot edd.: de sententia
 cf. ep. 8, 4 || 7 breue est, inquam Gertz || 8 Nos hec utraque
 q || 11 istud q || 15 perturbatur q edd. ante Schweighaeuserum ||
 16 bonum q rell.: uide praef. p. LXV s. || 18 iam B q, etiam A ||
 19 tuta q, ex tota B A: stulta con. Otto Matthiae || 22 nō ne q
 || 26 s. quam furiosa res sit q

uelociter tamen illo, quo intendimus, perseueramus. Sed luce- 8
 scere, si uelimus, potest. Vno autem modo potest, si quis hanc
 humanorum diuinorumque notitiam scientia acceperit, si
 illa se non perfuderit, sed infecerit, si eadem, quamuis sciat,
 5 retractauerit et ad se saepe rettulerit, si quaesierit, quae sint
 bona, quae mala, quibus hoc falso sit nomen adscriptum, si
 quaesierit de honestis et turpibus, de prouidentia. Nec intra 9
 haec humani ingenii sagacitas sistitur: prospicere et ultra
 mundum libet, quo feratur, unde surrexerit, in quem exi-
 10 tum tanta rerum uelocitas properet. Ab hac diuina contem-
 platione abductum animum in sordida et humilia pertra-
 ximus, ut auaritiae seruiret, ut relicto mundo terminisque eius
 et dominis cuncta uersantibus terram rimaretur et quaereret,
 quid ex illa mali effoderet, non contentus oblati. Quidquid 10
 15 nobis bono futurum erat, deus et parens noster in proximo
 posuit. Non || expectauit inquisitionem nostram et ultro de-
 dit: nocitura altissime pressit. Nihil nisi de nobis queri pos-
 sumus: ea, quibus periremus, nolente rerum natura et ab-
 scondente protulimus. Addiximus animum uoluptati, cui
 20 indulgere initium omnium malorum est, tradidimus ambitioni
 et famae, ceteris aequae uanis et inanibus. Quid ergo nunc te 11
 hortor ut facias? nihil noui — nec enim nouis malis || remedia fol. 153^r

1 perseueramus/ire q. perseueramus B A et edd. inde a Ficherto:
 properare persev. Koch, pergere persev. Hermes, sed cf. Caes. b. c. III
 14,2 Suet. Vesp. 6,2 || 2 uidelicet (pro hanc) q || 3 notitiã scientiãque
 accepit q; notitiam scientia acceperit B A cum plerisque ̄: vulgo
 expellunt scientia tamquam glossema, diuinorumque scientiam acce-
 perit coni. Schweighaeuser || 4 sciat q, scias A et pr. B, sciens cod.
 Velz. || 5 ad se se pertulerit q, adse saepe rettulerit eraso pe post
 saepe B, ad se sepe retulerit A: ad se semper rettulerit Windhaus
 | sunt q || 6 quae sunt mala q || 7 et/turpibus q cum B A, de
 turpibus alii ̄ | nec q alii ̄, et B A: de prouidentia et fortuna.
 nec intra simil. prop. Buecheler | inter hoc pr. q || 8 si prosp. q ||
 9 libet querere quo q, licet quo cod. Velz. et sic optat Gertz || 10 tota
 uelocitas rerũ q || 11 pro/traximus q || 13 diuinis (pro dominis) q:
 diuis coni. Erasmus || 15 nobis om. q || 16 nostram om. q || 18 pare-
 mus (pro periremus) q || 20 tradidimus/animum ambitioni q
 || 21 ceteris eque q || 22 s. a v. remedia quaeruntur iterum sup-
 petit Q ubi quaerunt legimus

quaeruntur — sed hoc primum, ut tecum ipse dispicias, quid sit necessarium, quid superuacuum. Necessaria tibi ubique
 12 occurrent: superuacua et semper <et> tōto animo quaerenda sunt. Non est autem quod te nimis laudes, si contempseris aureos lectos et gemmeam supellectilem: quae est enim uirtus 5 superuacua contemnere? Tunc te admirare, cum contempseris necessaria. Non magnam rem facis, quod uiuere sine regio apparatu potes, quod non desideras milliarios apros nec linguas phoenicopterorum et alia portenta luxuriae iam tota animalia fastidientis et certa membra ex singulis eli- 10 gentis: tunc te admirabor, si contempseris etiam sordidum panem, si tibi persuaseris herbam, ubi necesse est, non pecori tantum, sed homini nasci; si scieris cacumina arborum explementum esse uentris, in quem sic pretiosa congerimus tamquam recepta seruantem. Sine fastidio implendus est: 15 quid enim ad rem pertinet, quid accipiat perditurus quicquid acceperit? Delectant te disposita, quae terra marique capiuntur, alia eo gratiora, si recentia perferuntur ad mensam, alia, si diu pasta et coacta pinguescere fluunt ac uix saginam continent suam: delectat te nidor horum arte quaesitus. At 20 mehercules ista sollicite scrutata uarieque condita cum subierint uentrem, una atque eadem foeditas occupabit. Vis ciborum uoluptatem contemnere? exitum spectat. Attalum memini cum magna admiratione omnium haec dicere: « diu » inquit 25 « mihi inposuere diuitiae. Stupebam, ubi aliquid ex illis alio atque alio loco fulserat: existimabam similia esse quae laterent,

3 et ante toto an. q (ubi querenda sunt et toto animo) 5, om. Q B A || 5 suppell- Q || 6 cumquo tempseris pr. Q, cum quōtempseris corr. m. rec. || 8 recto Q B et pr. A, regio q alii 5 | milliarios Q et pr. B, miliarios A || 9 poenicopterorum Q | portente (a supra extr. e punct. scr. Q¹) luxoriae Q || 11 etiam Q, et tam B A || 12 Si tibi Q cum B, sibi A¹ || 15 impl- sic Q || 17 acciperit Q | Delectante pr. Q || 18 ego (pro eo) Q | alias (pro alia, si) Q || 20 nitor Q B A, nidor q codd. Pinciani | admehercules Q cum B A || 21 scruta Q et pr. B | ua/riaeq; Q || 22 atq; Q, adque (que compend.) B A | occu/pauit Q cum B pr. || 26 fulseram Q B A q (fulx-q), fulserat 5

his, quae ostenderentur. Sed in quodam apparatu uidi
 totas opes urbis, caelata et auro et argento et is quae pretium
 auri argentique uicerunt, exquisitos colores et uestes ultra
 non tantum nostrum, sed ultra finem hostium aduectas; hinc
 5 puerorum perspicuos cultu atque forma greges, hinc femi-
 narum, et alia, quae res suas recognoscens summi imperii
 fortuna protulerat. Quid hoc est, inquam, aliud <nisi> irritare 15
 cupiditates hominum per se incitatas? quid sibi uult ista pe-
 cuniae pompa? ad discendam auaritiam conuenimus? At
 10 mehercules minus cupiditatis istinc effero || quam adtuleram. fol. 153^v
 Contempsit diuitias, non quia superuacuae, sed quia pusillae
 sunt. Vidistine, quam intra paucas horas ille ordo quamuis 16
 lentus dispositusque transierit? Hoc totam uitam nostram
 occupauit, quod totum diem occupare non potuit? Accessit
 15 illud quoque: tam superuacuae mihi uisae sunt habentibus
 quam fuerunt spectantibus. Hoc itaque ipse mihi dico, 17
 quotiens tale aliquid praestrinxerit oculos meos, quotiens occurrit,

2 caelata Q, caelatas (s in ras. A) B A: *Quiriniani scripturam praefero vulgatae caelatas quod ad opes quidem relatum vix probabilem locum habet, apte vero caelata opum in apparatu ostentiarum enumerationem incipit, cf. ep. 123,7 caelata magnorum artificum manu: iam caelata ex auro et argento cet. comiecerat Rossbach, caelata uasa Gertz | his Q q, hiis B A || 3 aurum Q | ultra ante non tantum secl. Castiglioni conl. Baehrens beitr. p. 240 s.: de eiusmodi detractionibus cf. nuper A. Bourgery op. c. p. 406 ss. Praepositionem potius ante finem omiserim cum cod. Rehdig. I || 5 perspicuos Q B A q rell.: prospicuos ed. Ven. 1490 f. LV^r, conspicuos prop. Madvig, «si quid mulandum sit, malim praecipuos» adn. in proecdosi Hense qui in alt. ed. comparat Senecam patrem exc. controu. II 7 p. 239, 24 s. Kiessl. ut adultera tenui veste perspicua sit, sed hic adiect. perspicua consuetam vim retinere docent seqq. et nihil in corpore uxoris suae plus maritus quam quilibet alienus... cognoverit: potius contulerim Apul. met. IV 32 p. 100,3 Helm perspicua pulchritudine (i e. conspicua) | atq; Q, adque B A || 7 aliud irritare Q B A, aliud nisi irritare q cum aliquot 5, al. quam i. vulgo edd. ante Haastium || 9 s. Admehercules Q cum B A || 11 qua pr. Q || 14 occupauit Q q rell. idque recepit Hense, occupabit Muretus et vulg., sed cf. § 14 diu, inquit, mihi inposuere diuitiae || 17 quoties pr. Q et sic mox | praestrinxerit Q B A (praestrinx- B A): praestrinxit Madvig, illud defendit Baehrens beitr. p. 508 s. | occurrit Q rell.: occurrerit*

domus splendida, cohors culta seruorum, lectica formosis inposita calonibus: quid miraris? quid stupes? pompa est. Ostenduntur istae res, non possidentur, et dum placent, transeunt. Ad ueras potius te conuerte diuitias; disce paruo esse contentus et illam uocem magnus atque animosus exclama: habemus aquam, habemus polentam: Ioui ipsi controuersiam de felicitate faciamus. Faciamus, oro te, etiam si ista defuerint. Turpe est beatam uitam in auro et argento reponere, aequae turpe in aqua et polenta. « Quid ergo faciam, si ista non fuerint? » Quaeris, quod sit remedium inopiae? Famem famem finit: alioquin quid interest, magna sint an exigua, quae seruire te cogant? quid refert, quantum sit, quod tibi possit negare fortuna? Haec ipsa aqua et polenta in alienum arbitrium cadit: liber est autem non in quem parum licet fortunae, sed in quem nihil. Ita est: nihil desideres oportet, si uis Iouem prouocare nihil desiderantem.» Haec nobis Attalus dixit, natura omnibus dixit; quae si uoles frequenter cogitare, id ages, ut sis felix, non ut uidearis, et ut tibi uidearis, non aliis. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. CXI 1

Quid uocentur Latine sophismata, quaesisti a me.. Multi temptauerunt illis nomen inponere, nullum haesit: uidelicet, quia res ipsa non recipiebatur a nobis nec in usu erat, nomini

Waldaestel, sed illud locutionis variandae studio ex Senecae more explicatur, cf. Baehrens Beitr. p. 509 et A. Bourgery op. c. p. 367 | relictica pr. Q | formosis Q q et ex corr. A || 5 contemptus Q | animosus Q || 6 Habeamus — habeamus Q B q || 6 inter ipsi et controuersiam codicis Q librarius inculcavit haec quã pauperas tusenecaqui istadixisti: idem prope inimice exclamantis glossema in B || 7 felicitate Q q ç, facilitate A et ex fec- B || 10 quid Q | famis Q || 12 sint, n punct. Q || 15 ita Q q ç, ista B A || d erasa est ante iouem in Q || 16 s. natura omnibus dixit Q q ç, om. B A : natura omnibus (om. dixit) Muretus || 17 agis Q B, pr. A, q, ages ç || 19 salutationis formulam om. Q || 20 sophism- Q || 21 temptauer Q cum B A sed in B ex corr. | ponere Q

quoque repugnatum est. Aptissimum tamen uidetur mihi, quo
 Cicero usus est: cauillationes uocat; quibus quisquis se tradi- 2
 dit, quaestiunculas quidem uafra nectit, ceterum ad uitam
 nihil proficit, neque fortior fit neque temperantior neque
 5 elatior. At ille, qui philosophiam in remedium suum exercuit,
 ingens fit animo, plenus fiduciae, inexsuperabilis et maior
 adeunt. Quod in magnis euenit montibus, quorum proceri- 3
 tas minus apparet longe || intuentibus; cum accesseris, tunc mani- fol. 154^r
 festum fit, quo in arduo summa sint: talis est, mi Lucili, uerus
 10 et rebus, non artificii philosophus. In edito stat admirabilis,
 celsus, magnitudinis uerae. Non exsurgit in plantas nec sum-
 mis ambulat digitis eorum more, qui mendacio staturam
 adiuuant longioresque quam sunt, uideri uolunt: contentus
 est magnitudine sua. Quidni contentus sit eo usque creuisse, 4
 15 quo manus fortuna non porrigit? Ergo et supra humana est et
 par sibi in omni statu rerum, siue secundo cursu uita procedit,
 siue fluctuatur et *it* per aduersa ac difficilia: hanc constantiam
 cauillationes istae, de quibus paulo ante loquebar, praestare
 non possunt. Ludit istis animus, non proficit, et philoso-
 20 phiam a fastigio suo deducit in planum. Nec te prohi- 5
 buerim aliquando ista agere, sed tunc, cum uoles nihil agere.
 Hoc tamen habent in se pessimum: dulcedinem quandam sui
 faciunt et animum specie subtilitatis inductum tenent ac
 morantur, cum tanta rerum moles uocet, cum uix tota uita
 25 sufficiat, ut hoc unum discas, uitam contemnere. « Quid?
 regere » inquis. Secundum opus est: nam nemo illam bene rexit
 nisi qui contempserat. VALE.

3 nectit om. Q || 4 temperantior Q, tē/perantior q || 5 qui
 om. Q et pr. B || 9 sit Q A q | quod in arduo Q cum B A q, quam
 in a. 5 vulg.: quo in a. Windhaus | ē superscr. Q¹ || 12 post eorum
 est q punct. in Q: eorum <in> morem con. G. H. Mueller ||
 15 manu pr. Q, manū corr. m. rec. et sic legitur in q et edd. ante
 Haasium | esset compend. pro est et Q || 16 rere pr. Q || 17 Et
 q Q cum B A, per q vulg.: et it per O. Rossbach || 20 ad fastigio,
 d punct. Q: an ab fastigio? | suo om. Q q edd. ante Schweighaeuserum
 || 22 se om. Q || 23 speciae subt- Q | tenet pr. Q B || 27 contemp-
 serat Q A, contems- B

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

- Ep. CXII 1 **C**upio mehercules amicum tuum formari, ut desideras, et institui: sed ualde durus capitur, immo, quod est molestius, ualde mollis capitur et consuetudine mala ac diutina fractus.
- 2 Volo tibi ex nostro artificio exemplum referre. Non quaelibet insitionem uitis patitur: si uetus et exesa est, si infirma gracilisque, aut non recipiet surculum aut non alet nec adplicabit sibi nec in qualitatem eius naturamque transibit. Itaque solemus supra terram praecidere, ut si non respondit, temptari possit secunda fortuna et iterum repetita infra terram inse-
10 ratur. Hic, de quo scribis et mandas, non habet uires: indulsit uitiiis. Simul et emarcuit et induruit: non potest recipere rationem, non potest nutrire. «At cupit ipse.» Noli credere. Non dico illum mentiri tibi: putat se cupere. Stomachum
4 illi fecit luxuria: cito cum illa redibit in gratiam. «Sed dicit se offendi uita sua.» Non negauerim: quis enim non offenditur? Homines uitia sua et amant simul et oderunt. Tunc itaque de illo feremus sententiam, cum fidem nobis fecerit inuisam
fol. 154^v iam sibi esse || luxuriam: nunc illis male conuenit. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

20

- Ep. CXIII 1 **D**esideras tibi scribi a me, quid sentiam de hac quaestione iacta<ta> apud nostros: an iustitia, fortitudo, prudentia

1 salutationis formulam om. Q || 2 desideres pr. Q || 4 fractus Q q 5, fructus B A || 6 & ante exesa superscr. ead. m. in Q || 9 supra ex sup m. antiqua in Q || 12 emarcuit Q A, ex corr. B || 15 cum illam gra/tiam, om. redibit Q: fuerit cum illa in gratiam et redibit omissum propter seq. sed dicit | dicit se pr. Q, mutavit in dicisse m. rec. perperam || 16 offendit Q || 17 uitã suã (pro uitia sua) Q A q edd. ante Haasium || 18 feramus Q q vetustissimi edd. || 19 nunc illis Q B A q, nunc illi pauci 5 || 20 salutationis formulam om. Q || 22 iacta Q B A, iactata q: tacta ed. Ven. 1490 f. LV^v

ceteraeque uirtutes animalia sint. Hac subtilitate effecimus, Lucili carissime, ut exercere ingenium inter inrita uideamur et disputationibus nihil profuturis otium terere. Puto quidem esse, quae deceant phaecasiatum palliatumque. Faciam tamen quod desideras, et quid nostris uideatur, exponam; sed me in alia esse sententia profiteor. Quae sint ergo quae antiquos mouerint, uel quae sint quae antiqui mouerint, dicam. Animum constat animal esse, cum ipse efficiat, ut simus animalia, cum ab illo animalia nomen hoc traxerint; uirtus autem nihil aliud est quam animus quodammodo se habens: ergo animal est. Deinde uirtus agit aliquid; agi autem nihil sine impetu potest: si impetum habet, qui nulli est nisi animali, animal est. « Si animal est » inquit « uirtus, habet ipsa uirtutem. » Quidni habeat se ipsam? quomodo sapiens omnia per uirtutem gerit, sic uirtus per se. « Ergo » inquit « et omnes artes animalia sunt et omnia, quae cogitamus quaeque mente complectimur. Sequitur, ut multa millia animalium habitent in his angustiis pectoris, et singuli multa simus animalia aut multa habeamus animalia. » Quaeris, quid aduersus istud respondeatur? Vnaquaeque ex istis res animal erit: multa animalia non erunt. Quare? dicam, si mihi accommodaueris subtilitatem et intentionem tuam.

1 effecimus *Q B A q*, effec- 5 || 2 kar- *Q q* | uideremus *Q*, uideamur *B A* sed re in fine versus additum in *B*, uideamur exemplar scholasticum Pinciani || 3 terrere *Q q* | v. Puto — palliatumque post profiteor exhibenti libb. et vulg., om. Muretus: vide praef. p. LXVI || 4 quidem conieci, quaedam libri: vide praef. ibid. | phecasiatū *Q* || 5 tamen addidi: vide praef. ibid. || 6 v. animū constat animal esse ex seqq. repetita, quae quasi argumenti indiculum margini adiecta esse in *B*, in ipsum contextum inter Quae sint et ergo quae inlata in *A* adnotat Hense, non exhibet *Q* || 7 s. v. uel quae — antiqui mouerint om. *Q q* plerique 5 vulg., recepit Hense ex *B A* (transf. m. rec. in *B*) Buechelerum secutus cui lusus in auctore quam in librario credibilior et uatris nugis scite praepositus uidetur || 9 & cum *Q* cum *A q* 5, cum *B* || 12 quid, d punct. *Q* || 13 s. habet <et> ipsa scribi uult Aem. Hermes, dissentit Hense cont. ep. 45,10 in. || 16 om̄s et mox om̄a *Q* || 17 compl- sic *Q* | milia *Q A*, corr. ex milli *B* || 20 istud *Q q* 5, istud *B A*: istuc Schweighaeuser || 22 accommodaueris priore c superscr. *Q*, aocomm- *B*

- 4 Singula animalia singulas debent habere substantias; ista omnia unum animum habent: itaque singula esse possunt, multa esse non possunt. Ego et animal sum et homo, non tamen duos esse nos dices. Quare? quia separati debent esse. Ita dico: alter ab altero debet esse diductus, ut duo sint. Quic-⁵ quid in uno multiplex est, sub unam naturam cadit: itaque
- 5 unum est. Et animus meus animal est et ego animal sum, duo tamen non sumus. Quare? quia animus mei pars est.
- fol. 155^r Tunc aliquid per se numerabitur, cum per se sta||bit; ubi uero alterius membrum erit, non poterit uideri aliud. Quare? ¹⁰ dicam: quia quod aliud est, suum oportet esse et proprium
- 6 et totum et intra se absolutum. Ego in alia esse me sententia professus sum. Non enim tantum uirtutes animalia erunt, si hoc recipitur, sed opposita quoque illis uitia et adfectus, tamquam ira, timor, luctus, suspicio. Ultra res ista procedet: ¹⁵ omnes sententiae, omnes cogitationes animalia erunt. Quod nullo modo recipiendum est: non enim quicquid ab homine
- 7 fit, homo est. «Iustitia quid est?» inquit. Animus quodammodo se habens. «Itaque si animus animal est, et iustitia.» Minime: haec enim habitus animi est et quaedam uis. Idem ²⁰ animus in uarias figuras conuertitur et non totiens animal aliud est, quotiens aliud facit; nec illud, quod fit ab animo,
- 8 animal est. Si iustitia animal est et fortitudo, si ceterae uirtutes, utrum desinunt esse animalia subinde, ut rursus inci-

1 debent habere substantias Q q edd. ante Fickertum, habere debent s. Fickert et posteriores, sed priore uerborum ordine concinnior efficitur clausula || 4 esse nos Q B A, nos esse q: nos exp. Muretus sed recte Hense comparat § 5 duo tamen non sumus || 5 deductus Q q || 6 in unum Q q: unum Muretus || 8 par pr. Q B || 12 sententiam Q || 14 uicia Q || 15 pced& Q || 16 Om̄s Q et sic mox om̄s | sententiae Q, sentiae A et pr. B || 18 s. quodammodo Q A, corr. ex quodam homo B || 19 se habent Q | iustitia minime Q q 5, iustitiam (m punct.) in me B, iusticiam In me A || 20 ut si (pro uis) Q || 21 toties et mox quoties Q || 22 aliud est Q q 5, alius est B A || 23 si iustitia «*vetus lectio*» Pinc.: si ante fortitudo supplevit Muretus | sic ceterae Q B q: si ceterae Muretus. Opinor fuisse si iustitia an. est et fortitudo, si ceterae uirtutes || 24 ut rursus incipiunt Q, aut r. incipiunt B A,

piant, an semper sunt? desinere uirtutes non possunt. Ergo
 multa animalia, immo innumerabilia in hoc animo uersan-
 tur. « Non sunt » inquit « multa, quia ex uno religata sunt 9
 et partes unius ac membra sunt. » Talem ergo faciem animi
 5 nobis proponimus, qualis est hydrae multa habentis capita,
 quorum unumquodque per se pugnat, per se nocet. Atqui
 nullum ex illis capitibus animal est, sed animalis caput: ce-
 terum ipsa unum animal est. Nemo in Chimaera leonem ani-
 mal esse dixit aut draconem: hae partes erant eius: partes
 10 autem non sunt animalia. Quid est, quo colligas iustitiam 10
 animal esse? « Agit » inquit « aliquid et prodest; quod autem
 agit et prodest, impetum habet: <quod autem impetum ha-
 bet,> animal est. » Verum est, si suum impetum habet: <suum
 autem non habet,> sed animi. Omne animal, donec moriatur, 11
 15 id est, quod coepit: homo, donec moriatur, homo est, equus
 <equus, canis> canis: transire in aliud non potest. Iustitia,
 id est animus quodammodo se habens, animal est. Creda-
 mus: deinde animal est fortitudo, id est animus quodam-
 modo se habens. Quis animus? ille, qui modo iustitia erat?
 20 Tenetur in priore animali, in aliud animal transire ei non
 licet: in eo illi, in quo primum esse coepit, perseuerandum
 est. Praeterea unus animus duorum esse || animalium non
 potest, multo minus plurium. Si iustitia, fortitudo, tempe- 12
 rantia ceteraeque uirtutes animalia sunt, quomodo unum fol. 155^v

ut r. incipiāt q cum aliquot 5: ac r. incipiunt *Erasm.*^a vulg.,
 utrum desinunt esse animalia subinde (*scil.* identidem), ut r.
 incipiant *Fickert quem sequor*, utrum d. e. animalia, subinde au-
 tem r. incipiunt *Hense* || 3 sint Q || 5 hydrae ut videtur *pr.* Q
 | habentes *pr.* Q B || 6 unumquoq; *pr.* Q B || 8 chymera Q ||
 10 quid est quod Q || 11 inquit Q B A, inquis q 5 | aliquit Q
 qui om. quod autem agit et prodest || 12 verba quod autem
 impetum habet om. Q B A, addunt q 5: *supervacua pu-
 tat Hense conl.* § 2, certe satis fore si addas si impetum habet
 (*scil.* iustitia) || 13 s. habet: suum autem non habet om. Q, suum
 a. n. habet om. B A, suū/nō habet (om. autem) q: sed non suum
 habet, sed a. *Buechelex* || 14 s. inter donec moriatur et id est *inlata
 sunt* homo est et omissa mox inter donec moriatur et equus Q,
 idē pro id q qui locum integrum exhibet || 15 s. equus canis semel
exarata sunt in Q B A

- animum habebunt? singulos habeant oportet, aut non sunt
 13 animalia. Non potest unum corpus plurium animalium esse:
 hoc et ipsi fatentur. Iustitiae quod est corpus? «animus».
 Quid? fortitudinis quod est corpus? «idem animus». Atqui
 14 unum corpus esse duorum animalium non potest. «Sed idem 5
 animus» inquit «iustitiae habitum induit et fortitudinis et
 temperantiae.» Hoc fieri posset, si quo tempore iustitia esset,
 fortitudo non esset, quo tempore fortitudo esset, temperan-
 tia non esset: nunc uero omnes uirtutes simul sunt. Ita quo-
 modo singulae erunt animalia, cum unus animus sit, qui plus 10
 15 quam unum animal non potest facere? Denique nullum ani-
 mal pars est alterius animalis; iustitia autem pars est animi:
 non est ergo animal. Videor mihi in re confessa perdere ope-
 ram. Magis enim indignandum de isto quam disputandum
 est. Nullum animal alteri par est. Circumspice omnium cor- 15
 16 pora: nulli non et color proprius est et figura sua et magni-
 tudo. Inter cetera, propter quae mirabile diuini artificis inge-
 nium est, hoc quoque existimo esse, quod in tanta copia re-
 rum numquam in idem incidis: etiam quae similia uidentur,
 cum contuleris, diuersa sunt. Tot fecit genera foliorum: nul- 20
 lum non sua proprietate signatum; tot animalia: nullius ma-
 gnitudo cum altero conuenit, utique aliquid interest. Exegit

4 id est (pro idem) Q | autqui ex autquia Q || 6 imbuat
 Q B A (inb- B A), induit q 5 || 7 iustitiae (e punct.) esse Q,
 iustitia esset q: iustitia est ex A Schweighaeuser qui mox est
 etiam post fortitudo scr. ex sua coniectura || 9 om̄s Q || 10 singula
 Q q | quis plus Q B A, qui plus q 5 || 13 Videor Q cum B,
 iudeorum A || 15 alteri par Q et in marg. cod. Guelferb. Gud. 10
 teste Fickerto, alteri pars B A, alterius pars q rell. 5 et vulgo edd.
 ante Haasium || 17 mira/bili Q || 18 &quod Q cum B A et aliquot 5,
 quod q vulg.: esse, quod con. Pincianus idque recipio cum
 Schweighaeusero, et quod retinuit Hense adnotans «nisi ita potest
 defendi, ut hoc quoque ad priora spectare putemus, malo quod
 et», ante et quod lacunam huiusmodi suspicatur Roszbach et quod
 omnia dissimilia finxit || 19 incidit mss. edd.: incidis scribere malo,
 cf. mox cum contuleris: vix probabilem sensum praebere videtur
 incidit scil. diuini artificis ingenium || 20 filiorum Q B et pr. A
 || 21 s. nullius magnitudo Q B A q plerique 5: vide praef. ibid.
 || 22 aliquid Q, aliquid B A

a se, ut quae alia erant, et dissimilia essent et inparia. Vir-
tutes omnes, ut dicitis, pares sunt: ergo non sunt animalia.
Nullum non animal per se agit: uirtus autem per se nihil agit, 17
sed cum homine. Omnia animalia aut rationalia sunt, ut ho-
mines, ut dii, <aut irrationalia, ut ferae, ut pecora>: uirtutes
utique rationales sunt: atqui nec homines sunt nec dii: ergo
non sunt animalia. Omne rationale animal nihil agit, nisi 18
primum specie alicuius || rei irritatum est, deinde impetum
cepit, deinde adsensio confirmauit hunc impetum. Quid sit
10 adsensio, dicam. Oportet me ambulare: tunc demum ambulo,
cum hoc mihi dixi et adprobauit hanc opinionem meam; oportet
me sedere: tunc demum sedeo. Haec adsensio in uirtute 19
non est. Puta enim prudentiam esse: quomodo adsentietur
«oportet me ambulare»? Hoc natura non recipit. Prudentia
15 enim ei, cuius est, prospicit, non sibi: nam nec ambulare
potest nec sedere. Ergo adsensionem non habet: quod ad-
sensionem non habet, rationale animal non est. Virtus si ani-
mal est, rationale est: rationale autem non est: ergo nec ani-
mal. Si uirtus animal est, uirtus autem bonum omne, omne 20
bonum animal est. Hoc nostri fatentur. Patrem seruare bo-
num est, et sententiam prudenter in senatu dicere bonum est,
et iuste decernere bonum est: ergo et patrem seruare animal

1 erunt Q || 2 Om̄s Q || 3 perse aliquid agitur Q, per se
aliquid agit q 5 vulg., aliquid om. Hense plane ex B A ||
5 ut dii Q B q, ait dii A; mox dii Q di B A: utrobique dii
commendatur clausulae ratione | aut irrationalia, ut ferae, ut
pecora om. Q B A, exhibent q 5: omnia animalia aut irrationalia
sunt, ut ferae, ut pecora, aut rationalia sunt, ut homines, ut
di prop. Windhaus || 7 agit pr. Q sed g punct. m. rec. perperam
|| 9 coepit Q B A, cepit q 5 | adsensio et sic deinde Q || 10 am-
bulo add. in Q m. antiqua quae etiam supplevit in marg. sup.
v. cum hoc — sedeo || 12 post sedeo addidit cum in hoc adsensi Haase,
sed facile subaudiri recte adnotat Hense || 14 oportet eam am-
bulare: quomodo adsentietur? Gertz || 16 post non habet addit quod
adsensionē non habet Q cum q (habet om. q) vell. 5 et vulg.,
om. Hense ex B A || 19 s. uirtus aut bonum non est. Omne bonum
Q: vide praef. p. LXVI s. || 20 animalest Q cum B (est punct.
in B) q 5. animal A || 22 Ergo & patrem Q cum q 5, ergo ut
patrem B, Ergo ut paterem priore e punct. A

est et prudenter sententiam dicere animal est. Eo usque res
exigetur, ut risum tenere non possis: prudenter tacere bo-
 num est, <cenare bene bonum est>: ita et tacere et cenare ani-
 21 mal est. Ego mehercules titillare non desinam et ludos mihi
 ex istis subtilibus ineptiis facere. Iustitia et fortitudo, si ani- 5
 malia sunt, certe terrestria sunt. Omne animal terrestre alget,
 esurit, sitit: ergo iustitia alget, fortitudo esurit, clementia
 22 sitit. Quid porro? non interrogabo illos, quam figuram ha-
 beant ista animalia? hominis an equi an ferae? Si rotundam
 illis qualem deo dederint, quaeram, an et avaritia et luxuria 10
 et dementia aequae rotundae sint: sunt enim et ipsae anima-
 lia. Si has quoque conrotundauerint, etiamnunc interrogabo,
 an prudens ambulatio animal sit. Necesse est confiteantur,
 deinde dicant ambulationem animal esse et quidem rotundum.
 23 Ne putes autem <me> primum ex nostris non ex praescripto 15
 loqui, sed meae sententiae esse: inter Cleanthen et discipulum
 eius Chrysippum non conuenit, quid sit ambulatio. Clean-
 thes ait spiritum esse a principali usque in pedes permissum,
 Chrysippus ipsum principale. Quid est ergo, cur non ipsius
 Chrysippi exemplo sibi quisque se uindictet et ista tot anima- 20
 24 lia, quot mundus ipse non potest capere, derideat? «Non
 fol. 156^v sunt» inquit || «uirtutes multa animalia, et tamen animalia
 sunt. Nam quemadmodum aliquis et poeta est et orator, et
 tamen unus, sic uirtutes istae animalia sunt, sed multa non

1 & prudentiā dicere Q cum q aliis 5 | animal est. Eo usque [vide praef. p. LXVII || 2 exegit Q B A: vide praef. ibid. || 3 coenare bene bonum est inserunt «vetus lectio» Pinc. et aliquot 5, om. Q B A q: vide praef. p. LXVII s. || 4 Ergo, r punct. Q || 11 s. animalia (pro animalia) Q || 12 cum rotunda/uerint Q || 13 si (pro sit) Q || 15 primum Q B A, me primum q aliis 5 et vulg.: primum me Hermes quem sequitur Hense, sed recentiorum libb. scriptura non minus probabilis videtur || 16-19 inter Cleanthen — ipsum principale] Cleanthis fr. phys. 525 Chrys. fr. phys. 836 ab Arn. || 17 crys- Q et sic mox | ambulatio Q B A rell.: anima dubitanter Haase, animatio Madvig | Cleantes pr. Q || 18 ac, c punct Q || 19 quod Q B A q, quid 5 || 20 quisquis Q q | tota Q et pr. B || 21 quod Q B A, quot q 5 || 24 non compend. post multa superscr. Q¹

sunt. Idem et unus est animus et iustus et prudens et fortis, ad singulas uirtutes quodammodo se habens.» *Lis* 25
sublata est, conuenit nobis. Nam et ego interim fateor
 animum animal esse, postea uisurus, quam de ista re senten-
 5 tiam feram: actiones eius animalia esse nego. Alioqui et omnia
 uerba erunt animalia et omnes uersus. Nam si prudens sermo
 bonum est, bonum autem omne animal est, *sermo animal est*.
 Prudens uersus bonum est, bonum autem omne animal est:
 uersus ergo animal est. Ita «arma uirumque cano» animal
 10 est, quod non possunt rotundum dicere, cum sex pedes habeat.
 «Textorium» inquis «totum mehercules istud, quod cum 26
 maxime agitur.» Dissilio risu, cum mihi propono soloecismum
 animal esse et barbarismum et syllogismum et aptas illis
 facies tamquam pictor adsigno. Haec disputamus attractis
 15 superciliis, fronte rugosa? Non possum hoc loco dicere illud
 Caelianum: «o tristes ineptias!» Ridiculae sunt: quin itaque
 potius aliquid utile nobis ac salutare tractamus et quaerimus,

I Idem est animus & animus *Q* cum *rell. prope omnibus*, idem animus et a. *unus* ζ , idem est a. et a. iustus *aliquot* ζ *Buecheler*, et animus *om. pauci* ζ *et complures edd.*: i. est a. et a. temperans (modicus *Stangl*) et iustus *Hense conl. ep. 115, 3. Opinor fuisse* Idem et unus (animus *in libb. ex seq. animus*) est animus et iustus *cet.* || 2 at *Q B A*, ad *q* | singulae *Q B*, singulas *pr. A* | sehabent *Q* | sublata conuenit *Q B A aliquot* ζ , Sublata \bar{e} questio conuenit *q* cum aliis ζ *et vulg.*: sublata lis (contentio *Gertz*) est *prop. Bartsch*, sublata lite *Hermes*, sublata lis est, ita *Buecheler*, sublata contro- uersia *C. Brakman Ad Bartschii coniecturam quadamtenus accedens* puto lis excidisse inter habens et sublata et \bar{e} ante conuenit || 4 sentiam *pr. Q* || 5 alioquin *Q q* || 6 om̄s *Q* || 7 post animal est apodosis desideratur in *Q B A q*, sermo ergo animal est addunt vulgo ex ζ : ergo eiecit *Hense* || 8 prudens uersus — omne animal est *om. A q*, animal est. prudens — omne animal est *om. aliquot* ζ | non est (pro omne) *Q* || 9 uersus aut̄ (pro uersus ergo) *Q* | Itaq; *Q* cum *q* aliis ζ *et edd. usque ad Ruhkopfium* || 10 possunt *pr. Q*, mutauit in possunt *m. rec.* || 11 mehercules *Q*, ueherc- *B A* || 12 dissiliori sucum *Q (sic)* || 13 syllogisimū *Q* | aptas *Q* *et pr. B recte*, aptans *A* *et corr. B* || 14 faci/es ex -as *Q* | & tractis (pro attractis) *Q* || 15 illi *pr. Q*, illū *m. rec.* || 16 caelianum *Q B A uetustiores edd.*, cicilianum *q*, Caecilianum vulgo *edd. inde a Mureto referentes ad Statium comicum: illud restituit Hense qui cum Lipsio et Buechelero putat haec uerba a Rufo oratore esse (cf. fr. XXXI* p. 92 Ribb.³)* || 17 aliquid *Q B*

quomodo ad uirtutes peruenire possimus, quae nos ad illas
 27 uia adducat? Doce me non an fortitudo animal sit, sed nul-
 lum animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita con-
 ualuit et omnis casus, antequam exciperet, meditando prae-
 domuit. Quid est fortitudo? Munimentum humanae imbecil- 5
 litatis inexpugnabile, quod qui circumdedit sibi, securus in
 hac uitae obsidione perdurat: utitur enim suis uiribus, suis
 28 telis. Hoc loco tibi Posidonii nostri referre sententiam uolo:
 « non est quod umquam fortunae armis putes esse te tutum:
 tuis pugna. Contra ipsam fortuna non armat: itaque contra 10
 29 hostes instructi, contra ipsam inermes sunt. » Alexander Persas
 quidem et Hyrcanos et Indos et quicquid gentium usque in
 oceanum extendit oriens, uastabat fugabatque, sed ipse modo
 occiso amico, modo amisso iacebat in tenebris, alias scelus,
 alias desiderium suum maerens, uictor tot regum atque 15
 fol. 157^r popu||lorum irae tristitiaequae succumbens: id enim egerat,
 30 ut omnia potius haberet in potestate quam adfectus. O quam
 magnis homines tenentur erroribus, qui ius dominandi trans
 maria cupiunt permittere felicissimosque se iudicant, si mul-
 tas per militem prouincias obtinent et nouas ueteribus adiun- 20
 gunt, ignari, quod sit illud ingens parque dis regnum. Impe-

i uenire Q vulgo edd. ante Hensium, puenire q cum B A |
 possumus Q || 2 uias Q B A | adducat Q B A q, ducat unus 5: hic
 interrogative distinguendum puto, cum sententia a quin (= cur non:
 sic unus 5) incipiens interrogationem et adhortationem contineat: cf.
 Verg. Aen. IV 99 quin potius pacem — exercemus? || 4 om̄s Q |
 causas Q B A | metando pr. Q | perdomuit Windhaus || 5 inbec-
 Q A || 7 obsidionem, m punct. Q || 8 possid- Q A || 9 secutum
 (pro te tutum) Q || 10 fortunam Q | armat Q sed t perperam
 punct. m. rec. || 14 animo (pro amico) Q || 16 irae tristitiaeq; Q
 recte, iracet tristitiaequae prima t punct. B, iratristiciaequae A ||
 18 quibus dominandi Q cum A et pr. B || 19 si multas Q q 5, simu-
 latus B A || 20 pro milite Q B A idque fort. verum putat
 Haase, addubitat A. Bourgeri (op. c. p. 386 adn. 1) contra Baehren-
 sium; p milites q vulg.: proprio milite con. Madvig, per
 militem Windhaus cui assentior, milite Buecheler adprobante
 Hensio qui adn. « prouincias (quo spectat multas) in eo erat ut
 anticiparet librarius, dein ipse se correxit sed pro quod scripserat
 non deleto » | obt- sic Q || 21 ingens ex ignens corr. Q¹ | p queris Q

rare sibi maximum imperium est: doceat me, quam sacra 31
 res sit iustitia alienum bonum spectans, nihil ex se petens
 nisi usum sui. Nihil sit illi cum ambitione famaque: sibi
 placeat. Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat: me iustum
 5 esse gratis oportet. Parum est. Adhuc illud persuadeat sibi: me
 in hanc pulcherrimam uirtutem ultro etiam impendere iu-
 uet; tota cogitatio a priuatis commodis quam longissime auersa
 sit. Non est quod spectes, quod sit iustae rei praemium: ma-
 ius in iusto est. Illud adhuc tibi adfuge, quod paulo ante di- 32
 10 cebam: nihil ad rem pertinere, quam multi aequitatem tuam
 nouerint. Qui uirtutem suam publicari uult, non uirtuti la-
 borat, sed gloriae. Non uis esse iustus sine gloria? at meher-
 cules saepe iustus esse debebis cum infamia, et tunc, si sapis,
 mala opinio bene parta delectet. VALE.

15

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti gene- 1 Ep. CXIII
 ris oratio quaeris, et quomodo in quaedam uitia inclinatio
 ingeniorum facta sit, ut aliquando inflata explicatio uigeret,
 aliquando infracta et in morem cantici ducta? quare alias

*mutatum in pquiris m. rec., parqueris B, parque ris A, par quo
 queris q, parque dis (vel diis) alii 5 edd. inde a Gronouio: an parque
 iis? scil. conueniens, aequum hominibus ipsis | Imperat pr. Q || 1 Doce
 ame Q, Doceat me q cum B A: «sc. imperare sibi. non recte
 doceas me Ruhkopf vel doce me Haase», adn. Hense. An doce
 ã (= autem) me? cf. § 27 in. doce me || 2 expectans Q, ex se
 petens q: vell. || 3 fanaq; pr. Q || 4 psuadet Q cum B A,
 persuadeat q; persuadeato Buecheler, sed coniunctivo favere quod
 mox recurrit persuadeat monet Hense || 6 imp- sic Q | iubent Q
 || 7 a om. Q || 9 iniusta Q cum nonnullis 5, iniustae B A, quam
 iustum q: in iusto ed. Ven. 1490 f. LVI^r ubi legitur praemiũ:
 maius in iusto est ut distingui uult Madvig ex sua coniectura
 (in iusto etiam Schweighaeuser) | esse Q q: an est. Sed illud ?
 12 iustus Q q 5, intus B A | admeherculem pr. Q, at meher-
 cule corr. m. rec. || 13 in/fantia Q || 15 salutationis formulam om. Q
 || 18 ut & (& punct.) Q | & inflata Q, inflata explicataque (scil.
 oratio) con. Schultess, dissentit G. H. Mueller op. c. p. 106*

sensus audaces et fidem egressi placuerint, alias abruptae sententiae et suspiciosae, in quibus plus intellegendum esset quam audiendum? quare aliqua aetas fuerit, quae translationis iure uteretur inuerecunde? Hoc quod audire uulgo soles, quod apud Graecos in prouerbium cessit: talis hominibus fuit
 2 oratio qualis uita. Quemadmodum autem uniuscuiusque actio dicenti similis est, sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores, si disciplina ciuitatis laborauit et se in delicias dedit. Argumentum est luxuriae publicae orationis lasciuia, si modo non in uno aut in altero fuit, sed adprobata est et
 3 recepta. Non potest alius esse ingenio, alius animo color. Si ille sanus est, si compositus, grauis, temperans, ingenium quoque siccum ac subrium est: illo uitiatum hoc quoque adflatur.
 fol. 157^v Non uides, si animus || elanguit, trahi membra et pigre moueri pedes? si ille effeminatus est, in ipso incessu apparere
 15 mollitiam? si ille acer est et ferox, concitari gradum? si furit aut, quod furori simile est, irascitur, turbatum esse corporis motum nec ire, sed ferri? Quanto hoc magis accidere ingenio putas, quod totum animo permixtum est? ab illo fingitur,
 4 illi paret, inde legem petit. Quomodo Maecenas uixerit, notius est quam ut narrari nunc debeat, quomodo ambulauerit, quam delicatus fuerit, quam cupierit uideri, quam uitia sua latere noluerit. Quid ergo? non oratio eius aequae soluta est quam ipse discinctus? non tam insignita illius uerba sunt quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam
 25 uxor? Magni uir ingenii fuerat, si illud egisset uia rectiore,

2 intellig- Q || 7 dicendi Q B et pr. A, dicenti q 5 vulg.: dicendis (scil. materiae et causae generi) Madvig Hense¹, sed dicenti pro dicentis ipsius uerbis compluribus aliis huiusmodi brachylogiae exemplis apud nostrum confirmatur | si Q || 8 sic Q B A q, si 5 | dil- Q: disciplina ciuitatis labavit vel disciplina ciuitas laborat prop. Th. Stangl, «sed laboravit quomodo intellegendum sit ipse indicat Seneca uerbis et se in delicias dedit» adn. Hense: cf. Sen. n. q. VII 1,2 nemo observat lunam nisi laborantem || 12 sanus Q, sanus ē q || 14 Nonuides Q cum A, Nouides pr. B || trahit Q || 17 quod om. Q || 21 s. ambulauerunt Q || 26 uiri Q B et pr. A sed extr. i punct. in Q | si ex sed ead. m. Q | rectiores, s punct. Q

si non uitasset intellegi, si non etiam in oratione diffuere-
 Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis inuolutam et er-
 rantem et licentiae plenam. [Maecenas de cultu suo.] Quid
 turpius « amne siluisque ripa comantibus? » Vide ut « alueum
 5 lintribus arent uersoque uado remittant hortos ». Quid? si
 quis « feminae cinno crispat et labris columbatur incipit-
 que suspirans, ut ceruice lassa fanantur nemoris tyranni. »
 « Inremediabilis factio rimantur epulis lagonaque temptant
 domos et spe mortem exigunt. » « Genium festo uix suo testem.
 10 Tenuisue cerei fila et crepacem molam. Focum mater aut uxor

I uita esset (esset *compend.*) Q pro uitasset | intelligi Q || 3 mecae-
 nas decultusuo Q cum B A q eadem scriptura qua cetera. Haec verba
 e margine in textum irrepsisse putant Gruterus Ruhkopf Hirzel
 Roszbach Lunderstedt (C. Maec. fragm. p. 85 s.) W. S. Summers, secl.
 Hense²; Senecae dedit Fr. Harder (Ueber die Fragm. des Maec. p. 8) ||
 4 uide ut Senecae dedit Harder (op. c. p. 7), Maecenati Lunderstedt (op.
 c. p. 74) cum vulg. || 5 lyntribus Hense ex B A | uade pr. Q, in
 uado mutavit m. rec., uada B A | remittant Q q, ex -unt B A ||
 6 s. feminae — tyranni [« locus describit trossulum amatorem mollem »
 Buecheler | cinno Q B A q idque recepit Schweighaeuser defendunt
 G. Goetz et Lunderstedt (op. c. p. 76): cf. Thes. l. l. III col. 1077 cinnus:
 νῆπρα nutus (notus cod.) tortio oris, « ut cinno crispat de eo
 dicatur cuius vultus cinno i. e. nictando crispi fiunt » adn. Hense;
 cincinno tres codd. Vatic.-Romani teste Fickerto et Harlei. 2659,
 etiam Norden die ant. Kunstprosa I p. 293; cincinnos Haase Hense¹,
 cirro vet. edd. usque ad Ruhkopfium, cirros Harder (l. c.) | crispa Q,
 crispat B A, crispat aut crispatae alii mss. et edd. | incipitque sus-
 pirans Senecae dedit Harder (l. c.) || 7 ceruicem lasse Q; ceruice
 laxa nonnulli vet. edd., cf. Pers. sat. I 98 tenerum et laxa ceruice
 legendum | sanantur Q | tyranni Q: nemoris tyrannos interpre-
 tatur « cervos similesve feras nemorales » Buecheler, « Gallos » Norden
 (l. c. p. 294, adn 1), dissentit Lunderstedt (l. c. p. 79 ss.): memoris
 tyranni legit Harder (l. c. p. 10) et coniungit cum seq. inr. factio
 interpretans « die unversöhnlichen Anhänger des Tyrannen, der nie et-
 was verzeiht » || 8 lagonaq; pr. Q mutavit in lagonaq; m. rec.,
 item A || 9 festum Q: « describitur natalis festi apparatus sacer.
 ipsissima verba proponit Seneca triplici raptu excepta » Bue-
 cheler, a quo dissentiens Norden (l. c. adn. 4) fila et crepacem molam
 accusativos relationis licenter structos et ad focum—inuestiunt spec-
 tantes interpretatur | testem] « antiquum et exsoletum verbi testandi
 genus actiuum » Lunderstedt p. 83 || 10 ue et seq. et Senecae dat Har-
 der (l. c.), de ue dubium manet | crepasse (pro crepacem) priore e
 punct. Q | & uxor Q cum cod. Urb.-Rom. 219 et ed. Mentel.: et,
 vel aut ve opiat Harder (l. c.)

- 6 inuestiunt. » Non statim, cum haec legeris, hoc tibi occur-
ret, hunc esse, qui solutis tunicis in urbe semper incesse-
rit? — nam etiam cum absentis Caesaris partibus fungeretur,
signum a distincto petebatur — hunc esse, qui <in> tribu-
nali, in rostris, in omni publico coetu sic apparuerit, ut pal-
lio uelaretur caput exclusis utrimque auribus, non aliter
quam in mimo *prodeuntes* fugitiui solent? hunc esse, cui tunc
maxime ciuilibus bellis strepentibus et sollicita urbe et ar-
mata comitatus hic fuerit in publico, spadones duo, magis
tamen uiri quam ipse? hunc esse, qui uxorem milliens duxit,
7 cum unam habuerit? Haec uerba tam improbe structa, tam
neglegenter abiecta, tam contra consuetudinem omnium
posita ostendunt mores quoque non minus nouos et prauos
et singulares fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetu-
dinis: pepercit gladio, sanguine abstinuit nec ulla alia re,
fol. 158^r quid posset, quam licentia ostendit. Hanc ipsam laudem suam
corruptis istis orationis portentosissimae deliciis: apparet
8 enim mollem fuisse, non mitem. Hoc istae ambages compo-
sitionis, hoc uerba transuersa, hoc sensus *inibi* magni quidem
saepe, sed eneruati dum exeunt, cuius manifestum facient:
motum illi felicitate nimia caput. Quod uitium hominis esse
9 interdum, interdum temporis solet. Vbi luxuriam late felici-
tas fudit, cultus primum corporum esse diligentior incipit;
deinde suppellectili laboratur; deinde in ipsas domos inpenditur

1 legens (*pro legeris*) Q || 4 distincto *pr. Q* | tribunali Q B A,
i tribunali q 5: *praepositionis ellipsin defendit Baehrens* (*beitr. p.*
240 s.) *et hic et in aliis huiusmodi exemplis ubi particula eadem*
in sententiae membris subsequentibus occurrit, sed vix hoc persuaderi
posse putat A. Bourgery (*op. c. p. 407*) *et i inter qui et trib. facile*
excidere potuit || 6 uelatur *pr. Q*, *mutauit in uelatus m. rec. dete-*
rius || 7 diuites fugitiui Q: *vide praef. p. LXVIII* || 10 milliens
pr. Q | duxerit *Windhaus* || 12 tam ante contra *superscr. Q* ||
17 portentosissime *pr. Q*, *portentuos-corr. m. rec.* | deliciis *pr. Q*
|| 18 mollē *ex malle Q* || iste Q *et pr. A* || 19 mihi Q B A : *vide praef.*
p. LXVIII s. || 20 cui uix (*pro cuius*) Q || 21 caput Q, *cupit pr. B*,
ctipuit ut uidetur A || 22 interdum *semel scriptum Q q* || 23 luxus Q B A
q rell. : corr. Muretus | incepti *in incepti mutatum m. rec. Q*, *in*
incipit B A, *icepit q* || 24 suppell- Q | domus *pr. Q* | inpenditur *pr. Q*

cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes aduectis
trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta uarientur auro,
ut lacunaribus pauimentorum respondeat nitor. Deinde ad
cenas lautitia transfertur, et illic commendatio ex nouitate
5 et soliti ordinis commutatione captatur, ut ea, quae inclu-
dere solent cenam, prima ponantur, ut quae aduenientibus
dabantur, exeuntibus dentur. Cum adsueuit animus fastidire, 10
quae ex more sunt, et illi pro sordidis solita sunt, etiam in
oratione, quod nouum est, quaerit et modo antiqua uerba
10 atque exsoleta reuocat ac profert, modo fingit et ignota ac de-
flectit, modo, id quod nuper increbuit, pro cultu habetur
audax translatio ac frequens. Sunt qui sensus praecidant et 11
hoc gratiam sperent, si sententia pependerit et audienti
suspicionem sui fecerit: sunt qui illos detineant et porrigant:
15 sunt, qui non usque ad uitium accedant – necesse est enim
hoc facere aliquid grande temptanti – sed qui ipsum uitium
ament. Itaque ubicumque uideris orationem corruptam pla-
cere, ibi mores quoque a recto descuisse non erit dubium.
Quomodo conuiuiorum luxuria, quomodo uestium aegrae
20 ciuitatis indicia sunt, sic orationis licentia, si modo frequens
est, ostendit animos quoque, a quibus uerba exeunt, proci-
disse. Mirari quidem non debes corrupta excipi non tantum 12
a corona sordidiore, sed ab hac quoque turba cultiore; togis

1 ruris *Q A*, ex puris *B*: urbis *Cornelissen conl. de benef. VII 10,5* | excurrant *pr. Q B* || 3 nitor *pr. Q* || 4 con mendatio *Q* || 5 ea quae ex aeq; *Q* | includere *Q q rell.*, includere *pr. A*: cludere *Erasm.*¹, claudere *Lipsius conl. Martial. XIII 14*, || 6 solent] solebant *prop. Hermes: an solerent?* || 8 illis *Q* || 10 exsolita *Q cum B A ubi exol-, exoleta q 5* | modo nova fingit et ignota *prop. Rossbach cui assentitur A. Bourgery (op. c. p. 81 adn. 1)*, modo fingit ignota, *om. et Schweighaeuser Castiglioni: particula et pro etiam posita sententiae non absona videtur* || 11 increbuit *Q A* || 12 praedicant *Q* | & hoc *Q cum B A q*, et hinc «*vetus lectio*» *Pinc. et vulg.*: et ex hoc *Madvig, sed Hense comparat ep. 117,6* deos esse inter alia hoc colligimus || 13 pepende/rint *Q* || 14 suspicionē *Q* | illos *Q q 5*, illo *B A* | quodetineant *Q*: *an plus aequo detineant?* *cf. § 14 plus iusto* || 16 temptandi *Q* || 18 ubi (*pro ibi*) *Q* | desuisse *Q* || 23 a *Q q 5*, *om. B A* | turba quoq; *Q cum veti. edd. usque ad Ruhkopfium*

enim inter se isti, non iudiciis distant. Hoc magis mirari potes,
 quod non tantum uitiosa, sed uitia laudentur. Nam illud
 fol. 158^v semper factum est: || nullum sine uenia placuit ingenium. Da
 mihi quemcumque uis, magni nominis uirum: dicam, quid
 illi aetas sua ignouerit, quid in illo sciens dissimulauerit. 5
 Multos tibi dabo, quibus uitia non nocuerint, quosdam, qui-
 bus profuerint. Dabo, inquam, maximae famae et inter ad-
 miranda propositos, quos si quis corrigit, delet: sic enim uitia
 13 uirtutibus inmissa sunt, ut illas secum tractura sint. Adice
 nunc, quod oratio certam regulam non habet: consuetudo illam 10
 ciuitatis, quae numquam in eodem diu stetit, uersat. Multi
 ex alieno saeculo petunt uerba, duodecim tabulas locuuntur.
 Gracchus illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes sunt,
 ad Appium usque et Coruncanium redeunt. Quidam contra,
 dum nihil nisi tritum et usitatum uolunt, in sordes incidunt. 15
 14 Vtrumque diuerso genere corruptum est, tam mehercules
 quam nolle nisi splendidis uti ac sonantibus et poeticis, ne-
 cessaria atque in usu posita uitare. Tam hunc dicam peccare
 quam illum: alter se plus iusto colit, alter iusto plus negle-
 15 git; ille et crura, hic ne alas quidem uellit. Ad compositionem 20
 transeamus. Quot genera tibi in hac dabo, quibus peccetur?
 Quidam praefractam et asperam probant; disturbant de in-
 dustria, si quid placidius affluxit; nolunt sine salebra esse

1 iudicii *pr. Q* | potest *Q* || 2 laudantur *q cod. Velz.* || 3 uenia
(litterae sunt reiectae m. paulo recentiore) Q cum q 5, uenta B A
 || 4 uirum *Q q 5, utrum B A* || 5 illis *Q* | sui *pr. Q* || 6 quibus *compend.*
superscr. ead. m. in Q | nocuef *Q q alii 5*: nocuerunt — profue-
 runt *vetustissimi edd.* || 9 inmissa *Q B A*, imixta *q cum aliis 5*
et vulg. || 11 ciuitatisq; *pr. Q* || 12 petunt *ex petit ead. m. Q* |
 locuntur *sic Q* || 13 nimis *pr. Q mutatum in min' m. rec. perpe-*
ram || 14 choriscantium, t *punct. Q* || 17 nollent si (*pro nolle nisi*)
Q: «bene haberet quam si nollent nisi splend.» *Schweighaeuser*
 || 19 inter (*pro alter*) se plus iusto colit alter iusto plus neglegit
Q, a. plus iusto vel iusto plus utrobique vulg.: illum verbo-
 rum ordinem commendat chiasmus || 20 nec alas quidem *Q B* |
 uelit *Q* | comp- *Q* || 21 quod *Q B A*, quot *q 5* || 22 disturbant *Q*,
 disturpant *B A* || 23 affluxit *Q*, effluxit *vell. mss. et edd.*: *Quiriniani*
scriptura in sententiam aptius quadrare uidetur (scil. si quid late
et placide ex compositione ad legentium animos illapsum est),

iuncturam: uirilem putant et fortem, quae aurem inaequalitate percutiat. Quorundam non est compositio, modulatio est: adeo blanditur et molliter labitur. Quid de illa loquar, in qua uerba differuntur et diu expectata uix ad clausulas redeunt? Quid illa in exitu lenta, qualis Ciceronis est, deuexa et molliter detinens nec aliter quam solet, ad morem suum pedemque respondens? Non tantum in genere sententiarum uitium est, si aut pusillae sunt et pueriles aut improbae et plus ausae quam pudore saluo licet, si floridae sunt et nimis dulces, si in uanum exeunt et sine effectu nihil amplius quam sonant. Haec uitia unus aliquis inducit, sub quo tunc eloquentia est, ceteri imitantur et alter alteri tradunt. Sic Sallustio uigente anputatae sententiae et uerba ante exspectatum cadentia et obscura breuitas fuere pro cultu. L. Arruntius, uir rarae frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus et in illud genus nitens. Est apud Sallustum: «exercitum argento fecit», id est, pecunia parauit. Hoc Arruntius amare coepit: posuit illud omnibus paginis. Dicit || quodam loco: «fugam nostris fecere». Alio loco: «Hiero, rex Syracusanorum, bellum fecit.» Et alio loco: «quae audita Panhormitanos dedere Romanis fecere.» Gustum tibi dare uolui:

cf. ep. 100,6 quidam usque eo aspera (scil. compositione) gaudent, ut etiam quae mollius casus explicuit, ex industria dissipent cet. || 1 fortemque; (pro fortem quae) Q || 2 quorumdā Q || 3 et molliter labitur om. Q vet. edd. usque ad Muretum | illo Q || 4 inqua pr. Q mutatum in inquo m. rec. | ad clausulas redeunt Q B A q, ad clausulas ueniunt cod. Colon. Gruteri: redduntur edd. ab Erasmo¹ ad Ruhkopfium, prodeunt comi. Hermes, sed redeunt ualet rediguntur, recidunt, veniunt || 5 qui Q | diuexa Q || 6 desinens Erasmo¹ et inde edd. usque ad Ruhkopfium | a pr. Q | morem suum/pedemq; suum Q, ad m. s. pedemque rell. mss. et edd.; fort. Quirini scriptura ad constantem Ciceronis in compositione aequalitatem effingendam efficacius confert: ad modum cod. Vatic.-Rom. 2207 teste Fickerto, ad numerum Badstuebner || 7 inter respondens et non tantum hanc conexum orationis putat G. H. Mueller: vide praef. p. LXIX || 13 anputate pr. Q cum B A, amp-corr. m. rec. || 14 Larruntius Q || 15 rare fragilitatis pr. Q || 17 exercitum — fecit] Sall. hist. fr. I 27 p. 14 Maurenbr.) || 20 s. phanormitanos, h punct. Q || 21 dedere Q B A, se dedere duo 5: dedere se mauit Rossbach*

totus his contexitur liber. Quae apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt et paene continua, nec sine causa: ille enim in haec incidebat, at hic illa quaerebat. Vides autem, quid sequatur, ubi alicui uitium pro exemplo est.

19 Dixit Sallustius: «aquis hiemantibus.» Arruntius in primo libro belli Punici ait: «repente hiemauit tempestas.» Et alio loco cum dicere uellet frigidum annum fuisse, ait: «totus hiemauit annus.» Et alio loco: «inde sexaginta onerarias leues praeter militem et necessarios nautarum hiemante aquilone misit.» Non desinit omnibus locis hoc uerbum inful-

10 cire. Quodam loco dicit Sallustius: «dum inter arma ciuilia aequi bonique famas petit.» Arruntius non temperauit, quo minus primo statim libro poneret ingentes esse «famas» de

20 Regulo. Haec ergo et eiusmodi uitia, quae alicui inpressit imitatio, non sunt indicia luxuriae nec animi corrupti: propria enim esse debent et ex ipso nata, ex quibus tu aestimes al-

15 cuius adfectus: iracundi hominis iracunda oratio est, commoti nimis incitata, delicati tenera et fluxa. Quod uides istos sequi, qui aut uellunt barbam aut interuellunt, qui labra pressius tondent et adradunt seruata et summissa cetera

21 parte, qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam, qui nolunt facere quicquam, quod hominum oculis transire liceat: irritant illos et in se a<d>uertunt, uolunt uel

I rare Q || 2 pene ex pena ead. m. Q || 3 adhuc (pro at hic) Q, ad hic BA: at tollendum putat Windhaus tamquam dittographiam || 5 aquis h.] Sall. Iug. 37,4 hiemalibus aquis: cf. Bert. Mauvrenbrecher II app. p. 211 || 9 hiemantem pr. Q || 10 misit Q A, misit B || 11 dum inter Q q cod. Rehdig. I omnes prope codd. Romani alii 5 teste Fichert et ed. Mentel., inter vulg.: cf. Sall. hist. fr. I 90* p. 41 Mauvrenbr. || 12 equiboniq; Q cum B A q, equi boni unus 5 vet. edd. usque ad Ruhkopfium | petit Rossbach, sed Quiriniani aliorumque libb. scriptura dum inter praesens tempus poscit | temperant, n punct. Q || 16 exaestimes (ex punct.) Q, existimes q alii 5 || 17 s. Con mitti Q || 18 quod Q B A q: quot ed. Mentel. idque receperunt Fichert et Haase || 19 int uellant sed u supra a scr. ead. m. Q || 20 tudent pr. Q | adradunt Q et pr. B idque recipio cum Hensio, abr- q 5 vulg. || 21 probi Q || 23 auer/tunt Q cum B A q plerisque 5 et vetustissimis edd. idque

reprehendi, dum conspici. Talis est oratio Maecenatis om-
 niumque aliorum, qui non casu errant sed scientes uolen-
 tesque. Hoc a magno animi malo oritur: quomodo in uino non 22
 ante lingua titubat quam mens cessit oneri et inclinata uel
 5 prodita est, ita ista orationis quid aliud quam ebrietas nulli
 molesta est, nisi animus labat. Ideo ille curetur: ab illo sen-
 sus, ab illo uerba exeunt, ab illo nobis est habitus, uultus, in-
 cessus. Illo sano ac ualente oratio quoque robusta, fortis,
 uirilil est: si ille procubuit, et cetera ruinam secuntur. « Rege 23
 10 incolumi mens omnibus una est: amisso rupere fidem. » Rex
 noster est animus: hoc incolumi cetera manent in officio,
 parent, obtemperant: cum ille paulum uacillauit, simul du-
 bitant. || Cum uero cessit uoluptati, artes quoque eius actusque fol. 159^v
 marcent et omnis ex languido fluidoque conatus est. Quoniam 24
 15 hac similitudine usus sum, perseuerabo: animus noster modo rex
 est, modo tyrannus: rex, cum honesta intuetur, salutem commissi
 sibi corporis curat, et illi nihil imperat turpe, nihil sordidum;
 ubi uero inpotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen
 detestabile ac dirum et fit tyrannus. Tunc illum excipiunt ad-
 20 fectus inpotentes et instant, qui initio quidem gaudent, ut
 solet populus largitione nocitura frustra plenus, et quae non
 potest haurire, contrectans. Cum uero magis ac magis uires 25

repperunt Fickert et Hense¹, adu- pauci ζ et vulg. || 1 dū conspici
 Q cum B A q plerisque ζ : dum conspiciantur ed. Curionis et
 inde aliorum: malim conspicias aut conspici liceat | mecaen-
 Q || 5 prodita Q B A, perdita q alii ζ | orationis Q qua scriptura
 confirmatur Buecheleri emendatio, oratio nisi B A, oratio q
 ζ vulg. || 7 ab illo pr. Q sed illo in illa perperam mutavit m.
 rec. || 9 secuntur sic Q || 10 incolumi et sic mox Q || 12
 obtemp- sic Q | uacillauit Q, uacill- B A idque recepit Hense
 conl. Lucretio, sed ita clausula usitatissima turbatur | simul nu-
 tant conl. Pincianus, s. titubant Lipsius sed dubitant quod omnes
 libb. exhibent defendunt iure Gronovius et Ruhkopf || 13 eum uero
 Q A et pr. B | partes quoque prop. Castiglioni, sed artes actusque
 significant quae animus agere potest et quae agit || 14 omis Q |
 qm Q || 15 hanc; n punct. Q || 16 com/missi, om. sibi Q || 22
 contrectat Q B, ex contrecta A, contrectās q cod. Ottob.-Rom. 1670
 idque Haasii coniecturam confirmat: cf. structuram similem in
 ep. 115, 18 dum sit magnus et opinionum securus et — sibi placens

morbus exedit et in medullas neruosque descendere deliciae,
 conspectu eorum, quibus se nimia auiditate inutilem reddidit,
 laetus, pro suis uoluptatibus habet alienarum spectaculum,
 subadministrator libidinum testisque, quarum usum sibi inge-
 rendo abstulit. Nec illi tam gratum est abundare iucundis 5
 quam acerbum, quod non omnem illum apparatus per gulam
 uentremque transmittit, quod non cum omni exoletorum
 feminarumque turba conuolutatur, maeretque, quod magna
 26 pars suae felicitatis exclusa corporis angustiis cessat. Num-
 quid enim, mi Lucili, *non* in hoc furor est, quod nemo no- 10
 strum mortalem se cogitat, quod nemo inbecillum? *immo*
 quod nemo nostrum unum esse se cogitat? Aspice culinas
 nostras et concursantis inter tot ignes cocos: unum uideri
 putas uentrem, cui tanto tumultu comparatur cibus? Aspice
 ueteraria nostra et plena multorum saeculorum uindemiis 15
 horrea: unum putas uideri uentrem, cui tot consulum regio-
 numque uina cluduntur? Aspice, quot locis terra uertatur,
 quot millia colonorum arent, fodiant: unum uideri putas
 27 uentrem, cui et in Sicilia et in Africa seritur? Sani erimus
 et modica concupissemus, si unusquisque se numeret <et> 20
 metiatur simul corpus, si sciat, quam nec multum capere nec
 diu possit. Nihil tamen aequè tibi profuerit ad temperantiam

1 morb; excedit Q || 2 conspec/tū Q cum B A || 4 submin-
 sic Q | usum nimium prop. Hermes: malim usum nimis sibi
 ing. || 5 ioc- Q || 6 aceruum pr. Q || 7 exolotorū Q || 8 mer&q;
 Q || 10 furor est Q B A, furor nō ē q cum nonnullis 5 idque recepe-
 runt Schweighaeuser Fickert Haase || 11 in illo Q cum B, pr. A, q,
 immo in illo Pinciani «exemplar Franciscanum»: immo Erasmus²
 cui assentior et puio non excidisse ante in hoc: cf. § 27 si unusquisque...
 sciat, quam nec multum capere nec diu possit || 13 in unum, in
 ex corr. Q || 14 cōpar- Q || 15 ueterana Pinciani «exemplar Fran-
 ciscanum» sed Hense comparat nat. quaest. IV 13,3 | uindemus
 (us per notam) pr. Q, mutavit in uidem' m. rec. deterius || 17 quod
 (compend.) locis pr. Q cum B A | uertatur terra (ter compend.)
 Q q vulg., terra uertatur Hense plane ex B A unde melior fit
 clausula || 18 quod (compend.) milia Q cum B (millia pr. B) A ||
 20 concupesc- pr. Q | numeret, metiatur simul corpus: sciet
 Hense: recipio et inter numeret et metiatur ex nonnullis 5 et
 suppleo si ante sciat

omnium rerum quam frequens cogitatio breuis aei et huius incerti: quicquid facies, respice ad mortem. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Nimis anxium esse te circa uerba et compositionem, mi 1 Ep. CXV
 5 Lucili, nolo: habeo maiora, quae cures. Quaere, quid scribas, non quemadmodum; et hoc ipsum non ut scribas, sed ut sentias, ut illa, quae senseris, magis adplices tibi et uelut signes. Cuiuscumque orationem uideris sollicitam et politam, scito 2
 10 animum quoque || non minus esse pusillis occupatum. Magnus ille remissius loquitur et securius; quaecumque dicit, plus habent fiduciae quam curae. Nosti comptulos iuuenes, barba et coma nitidos, de capsula totos: nihil ab illis speraueris forte, nihil solidum. Oratio cultus animi est: si circumtonsa est et fucata et manu facta, ostendit illum quoque non
 15 esse sincerum et habere aliquid fracti. Non est ornamentum uirile concinnitas. Si nobis animum boni uiri liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quam sanctam, quam ex magnifico placidoque fulgentem uideremus, hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus! Praeter
 20 has frugalitas et continentia et tolerantia et liberalitas comitasque et — quis credat? — in homine rarum humanitas bonum, splendorem illi suum adfunderent. Tunc prouidentia cum elegantia et ex istis magnanimitas eminentissima quantum, di boni, decoris illi, quantum ponderis grauitatisque adde-
 25 rent! quanta esset cum gratia auctoritas! Nemo illam amabilem, qui non simul uenerabilem diceret. Si quis uiderit hanc 4
 faciem altiolem fulgentioremque quam cerni inter humana

1 cogitationis *pr.* Q || 2 quicq- *sic* Q || 3 salutationis formulam *om.* Q || 7 ille *pr.* Q A | uel (*pro* uelut) Q || 11 complutos Q B, *pr.* A, q, complures *vulg.*: *corr.* Buecheler || 14 esset (*compend.*) & Q, esset B, est et q 5 || 15 fracti Q B A, fracti uel ficti q facti alii 5 || 19 elucentibus *prop.* Hermes

consuevit, nonne uelut numinis occurso obstupefactus resistat et, ut « fas sit uidisse », tacitus precetur? tum euocante ipsa uultus benignitate productus adoret ac supplicet, et diu contemplatus multum extantem superque mensuram solitorum inter nos aspici elatam, oculis mite quiddam, sed nihilo-
 5 minus uiuido igne flagrantibus, tunc deinde illam Vergili nostri uocem uerens atque attonitus emittat? « O quam te memorem, uirgo? namque haut tibi uultus mortalis nec uox hominem sonat. Sis felix, nostrumque leues quaecumque laborem. » Aderit leuabitque, si colere eam uouerimus. Colitur
 10 autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis nec auro argentoque suspenso nec in thesauros stipe infusa, set
 6 pia et recta uoluntate. Nemo, inquam, non amore eius arderet, si nobis illam uidere contingeret: nunc enim multa obstrigillant et aciem nostram aut splendore nimio repercu-
 15 tiunt aut obscuro retinent. Sed si, quemadmodum uisus oculorum quibusdam medicamentis acui solet et repurgari, sic nos aciem animi liberare inpedimentis uouerimus, poterimus perspicere uirtutem etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita, etiam humilitate et infamia obiacentibus:
 20 7 cernemus, inquam, pulchritudinem illam quamuis sordido
 fol. 160v || obiectam. Rursus aequae malitiam et aerumnosi animi ueternum perspicemus, quamuis multus circa diuitiarum

1 numinis Q, nominis A et pr. B | occurso Q || 2 fas s. u.] cf. quae adnotat Hense² p. 556 | Tunc Q || 3 benignitatem Q || 4 sup quae Q || 6 uergili Q et pr. B, -lii A et ex corr. B : cf. Verg. Aen. I 327 s. et 330 || 8 aut pr. Q mutatum in aud m. rec. quae superscr. .i. ñ : haut Verg. Aen. I 327 || 9 sonat; o dea certe, an Phoebi soror? an nympharum sanguinis una? sis felix e. q. s. Verg. ibid. 328-30 || 10 colorem pr. Q, colore B et pr. A || 12 thesauros Q A, thens- pr. B | infusa s& corr. m. rec. ex infusas & Q || 13 ñ ammore ex nammore m. rec. Q || 14 s. obstrigillant Q (ubi in marg. m. rec. .i. acum uis' fbāt) B A : corr. Pincianus || 16 obscure Q B A q rell. : obscuro Muretus, obscuritate Pincianus, « obscuro uel in obscuro si uerum est, substantiui uice fungitur » adn. Hense conl. § 7 sordido obiectam || 17 s. sic nos aciem pr. Q cum q et compluribus s, si superscr. post sic m. rec.; ste nos actem B A || 21 s. sordida obiectam Q || 23 multis pr. Q

radiantium splendor impediat et intuentem hinc hono-
 rum, illinc magnarum potestatum falsa lux uerberet. Tunc 8
 intellegere nobis licebit, quam contemnenda miremur, simil-
 limi pueris, quibus omne ludicrum in pretio est: parentibus
 5 quippe nec minus fratribus praeferunt paruo aere empta mo-
 nilia. Quid ergo inter nos et illos interest, ut Ariston ait, nisi
 quod nos circa tabulas et statuas insanimus carius inepti?
 Illos reperti in litore calculi leues et aliquid habentes uarie-
 tatis delectant, nos ingentium maculae columnarum, siue ex
 10 Aegyptiis harenis siue ex Africae solitudinibus aduectae por-
 ticum aliquam uel capacem populi cenationem ferunt. Mira- 9
 mur parietes tenui marmore inductos, cum sciamus, quale
 sit quod absconditur. Oculis nostris inponimus, et cum auro
 tecta perfudimus, quid aliud quam mendacio gaudemus?
 15 scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare. Nec tantum
 parietibus aut lacunaribus ornamentum tenue praetenditur:
 omnium istorum, quos incedere altos uides, bratteata felici-
 tas est. Inspice, et scies, sub ista tenui membrana dignitatis
 quantum mali iaceat. Haec ipsa res, quae tot magistratus, 10
 20 tot iudices detinet, quae et magistratus et iudices facit, pec-
 unia, ex quo in honore esse coepit, uerus rerum honor ceci-
 dit, mercatoresque et uenales in uicem facti quaerimus non
 quale sit quidque, sed quanti: ad mercedem pii sumus, ad
 mercedem impii, et honesta, quamdiu aliqua illis spes inest,
 25 sequimur, in contrarium transituri, si plus scelera promit-
 tent. Admirationem nobis parentes auri argentique fecerunt, 11
 et teneris infusa cupiditas altius sedit creuitque nobiscum.

1 inpendiat, *alt. n punct. Q*, impendeat *nonnulli* 5 || 2 Tunc
 intellegere *ss.*] *Aristonis Chii fr. 372 ab Arn.: cf. etiam Hense² p. 557*
adn. || 5 s. mobilia *QB q*: monilia *Evasmus⁴* || 7 insanimus *Q*, ina-
 nimus *A et pr. B* || 8 litere *pr. Q* || 10 harenis siue *Q*, harent.
 siue *B A*, arenis siue *q* 5 || 11 capaci *pr. Q*, capacis *m. rec. de-*
terius | caen- *Q* || 12 inductus *pr. Q* || 14 pfudimus *ex perdimus*
ead. m. Q || 15 faeda *Q* || 19 iaceat] lateat *Pincianus ex 5 et inde*
edd. usque ad Ruhkopfium idque nuper coniecit etiam Castiglioni
 || 25 promittant *Pinc.* «*vetus lectio*» et *inde edd. usque ad Ruh-*
kopfium idque nuper coniecit etiam Castiglioni

Deinde totus populus in alia discors in hoc conuenit: hoc
suspiciunt, hoc suis optant, hoc diis uelut rerum humanarum
maximum, cum grati uideri uolunt, consecrant. Denique eo
mores redacti sunt, ut paupertas maledicto probroque sit,
12 contempta diuitibus, inuisa pauperibus. Accedunt deinde 5
carmina poetarum, quae adfectibus nostris facem subdant,
quibus diuitiae uelut unicum uitae decus ornamentumque
laudantur. Nihil illis melius nec dare uidentur dii immortales
13 posse nec habere. « Regia Solis erat sublimibus alta columnis
clara micante auro. » Eiusdem currum aspice: « aureus axis 10
erat, temo aureus, aurea summae curuatura rotae, radiatorum
fol. 161^r argenteus ordo. » || Denique quod optimum uideri uolunt
14 saeculum, aureum appellant. Nec apud Graecos tragicos de-
sunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mu-
tent. « Sine me uocari pessimum, [simul] ut diues uocer. » « An 15
diues, omnes quaerimus, nemo, an bonus. » « Non quare et
unde, quid habeas, tantum rogant. » « Vbique tanti quisque,
quantum habuit, fuit. » « Quid habere nobis turpe sit quae-
ris? nihil. » « Aut diues opto uiuere aut pauper mori. » « Bene
moritur, quisquis moritur dum lucrum facit. » « Pecunia, 20
ingens generis humani bonum, cui non uoluptas matris aut
blandae potest par esse prolis, non sacer meritis parens: tam
dulce si quid Veneris in uultu micat, merito illa amores cae-
15 litum atque hominum mouet. » Cum hi nouissimi uersus in
tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad eici- 25
endum et actorem et carmen consurrexit uno impetu, do-
nec Euripides in medium ipse prosiliuit petens, ut expectarent

2 suscipiunt *Q A* | diis sic *Q* || 3 uidere *Q* || 4 probroq; *Q* || 8 dii
inmort- sic *Q* || 9 s. regia — auro] *Ov. met. II* 1 s. || 10 micantē
Q || 10-12 aureus — ordo] *Ouid. ibid.* 107 s. || 11 themo *Q* |
summa *Q* || 12 uolunt om. *Q* || 13 grecos traicos *Q* || 15 sine —
uocer] *trag. gr. fr. adesp.* 181,1 N² | simul ut *Q q complures* 5 |
an diues — facit] *cf. trag. gr. fr. adesp.* 461 N² || 20-24 pecunia
— mouet] *cf. Eur. fr.* 326 N² et *Hense*² p. 559 *adn.* || 23 uenerit
Q et pr. B A | illamores *Q cum B A* ubi illa mores || 24 hi *Q*,
hii *B A* || 25 erupidis *Q et sic mox* || 26 consurrexit ex cumsurr- *Q*
|| 27 potens *pr. Q* | spectarent *Q B A q rell.*: expectarent *Muretus*

uiderentque, quem admirator auri exitum faceret. Dabat
 in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque
 dat. Nulla enim auaritia sine poena est, quamuis satis sit
 ipsa poenarum. O quantum lacrimarum, quantum laborum
 5 exigit! quam misera desiderat esse, quam misera e partis est!
 Adice cotidianas sollicitudines, quae pro modo habendi quem-
 que discruciant. Maiore tormento pecunia possidetur quam
 quaeritur. Quantum damnis ingemescunt, quae et magna in-
 cidunt et uidentur maiora! Denique ut illis fortuna nihil de-
 10 trahat, quicquid non acquiritur, damnum est. «At felicem
 illum homines et diuitem uocant et consequi optant, quantum
 ille possidet.» Fateor. Quid ergo? tu ullos esse condicionis
 peioris existimas quam qui habent et miseriam et inuidiam?
 Vtinam qui diuitias optaturi essent, cum diuitibus delibera-
 15 rent; utinam honores petituri cum ambitiosis et summum
 adeptis dignitatis statum! profecto uota mutassent, cum in-
 terim illi noua suscipiunt, cum priora damnauerint. Nemo

2 bellerophontes *pr. Q* mutatum in -tis *m. rec. perperam* | in sua quisque dat vita Koch, a quo dissentit Hermes: de vitae cum fabula comparatione confert Hense epp. 77,20; 78,18; 80,7 al. || 5 desideratis *pr. Q* ut scr. Erasmus¹ et receperunt vulgo edd. usque ad Haasium, disiunxit desiderat *is m. rec. in Q*, desiderat esse *q* cum *B A* (desiderates *pr. B*) et aliquot ζ idque iam in ed. Mentel. adsumptum restituit Hense | misere *Q q*, miserae *B*, miseræ *A*: misera Erasmus¹ et sic inde edd. usque ad Haasium, misera e Hense ex Buecheleri coniectura. Ex Quiriniani igitur scriptura eruitur quam misera desiderat *is (scil. Bellerophontes)*, quam miser e partis est! | partis eius *q*: quam misera desiderat esse, quam miserae partes eius (scil. sunt in humanae vitae fabula) legitur in ed. Mentel. || 7 discruciantur, ur punct. *Q* || 10 quicq- sic *Q* | Ad *Q* || 11 ediuitem (*pro et diu.*) *Q*: et tollendum putat Castiglioni. An ut diuitem (scil. quippe qui diues sit) ? ceterum cf. § 14 sine me uocari pessimum, ut diues uocer et quae felicem avarum uocantibus respondet Seneca illum re vera laborare et miseria et inuidia || 12 qui *pr. Q B* sed *d* super add. *m. antiqua in utroque cod.* | tu illos *Q* | condit- *Q B* || 13 peiores *Q A* et *pr. B* || 15 perituri *Q* || 17 noua *Q q* ζ , nouas *B A* | suscipiunt *Q B A*, suscipiunt *q* duo codd. Palat. Gruteri | qui *q* cum paucis ζ , plane ex docti cuiusdam coniectura ut uitetur iteratio particulae cum | damnauerint *Q B A q*, damnauerunt duo codd. Romani teste Fickerto et sic scribendum putat Madvig adv. II p. 449, damnauerant Pinc. ex fam. mil.: qui priora damnauerant edd. a Curione ad Ruhkopfium

enim est, cui felicitas sua, etiam si cursu uenit, satis faciat. Queruntur et de consiliis et de processibus suis maluntque
 18 semper quae reliquerunt. Itaque hoc tibi philosophia prae-
 stabit, quo equidem nihil maius existimo: numquam te pae-
 nitebit tui. Ad hanc tam solidam felicitatem, quam tempestas
 nulla concutiat, non perducent te apte uerba contexta et
 oratio fluens leniter: eant, ut uolent, dum animo compositio
 sua constet, dum sit magnus et opinionum securus et ob ipsa,
 quae aliis displicent, sibi placens, qui profectum suum uita
 fol. 161^v aestimet et tantum scire || se iudicet, quantum non cupit, 10
 quantum non timet. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. CXVI 1

Vtrum satius sit modicos habere adfectus an nullos, saepe
 quaesitum est: nostri illos expellunt, Peripatetici temperant.
 Ego non uideo, quomodo salubris esse aut utilis possit ulla 15
 mediocritas morbi. Noli timere: nihil eorum, quae tibi non
 uis negari, eripio. Facilem me indulgentemque praebebo re-
 bus, ad quas tendis et quas aut necessarias uitae aut utiles
 aut iucundas putas: detraham uitium. Nam cum tibi cupere
 interdixero, uelle permittam, ut eadem illa intrepidus facias 20
 et certiore consilio, ut uoluptates ipsas magis sentias: quidni
 ad te magis peruenturae sint, si illis imperabis, quam si ser-
 2 uies? « Sed naturale est » inquis » ut desiderio amici torquear:
 da ius lacrimis tam iuste cadentibus. Naturale est opinionibus
 hominum tangi et aduersis contristari: quare mihi non per- 25
 mittas hunc tam honestum malae opinionis metum? » Nul-
 lum est uitium sine patrocinio: nulli non initium uerecundum

6 perducente (*pro* perducent te) Q || 7 comp- Q || 8 sua Q A,
 ex suo B || 14 peripatici Q || 18 utilis Q || 19 ioc- Q | cū *superscr. m.*
antiqua Q || 21 aut certiore Q, ut certiore *rell. mss. et edd.: opinor*
scribendum et cert. || 23 desiderio animici tor/quat Q: an desiderium
 amici torqueat? || 24 datus Q B A q aliquot 5: da ius Lipsius || 25 ad-
 uersus *pr.* Q || 27 est uerecundū et Q q *edd. usque ad Ruhkopfium.*

est et exorabile, sed ab hoc latius funditur. Non obtinebis,
 ut desinat, si incipere permiseris. Inbecillus est primo omnis
 adfectus; deinde ipse se concitat et uires, dum procedit, parat:
 3 excluditur facilius quam expellitur. Quis negat omnes adfec-
 5 tus a quodam quasi naturali fluere principio? Curam nobis
 nostri natura mandauit, sed huic ubi nimium indulseris, ui-
 tium est. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, non
 ut illam peteremus, sed ut ea, sine quibus non possumus
 uiuere, gratiora nobis illius faceret accessio: suo ueniat iure,
 10 luxuria est. Ergo intransibilibus resistamus, quia facilius, ut
 dixi, non recipiuntur quam exeunt. «Aliquatenus» inquis 4
 «dolere, aliquatenus timere permitte.» Sed illud «aliqua-
 tenus» longe producit nec ubi uis, accipit finem. Sapien-
 ti non sollicitate custodire se tutum est, et lacrimas suas et uo-
 15 luptates ubi uolet sistet: nobis quia non est regredi facile,
 optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi uidetur 5
 Panaetius respondisse adulescentulo cuidam quaerenti, an
 sapiens amaturus esset. De sapiente, inquit, uidebimus: mihi
 et tibi, qui adhuc a sapiente longe absumus, non est commit-
 20 tendum, ut incidamus in rem commotam, inpotentem, alteri
 emancipatam, uilem sibi. Siue enim nos respicit, humani-
 tate eius inritamur, siue contempsit, superbia accendimur.
 Aequae facilitas amoris quam difficultas nocet: facilitate capimur,

uerecundum (uerecund- A) est ut B A⁴: uer. est vel Buecheler
 || 2 omnis Q || 4 omnis Q || 5 naturalis Q || 9 Gratiora Q q 5, gratia
 B, gracia pr. A, grata cod. Velz. idque recepit Hense Windhau-
 sium secutus, sed gratiora ualet minus dura | suo Q B A, Si suo
 q cum plerisque 5 et edd. ante Haasium || 10 luxuriaest Q ||
 12 dolore Q || 14 secutū (pro se tutum) Q || et om. ante
 uoluptates Q || 17 quaerent an pr. Q || 18 amaturus Q A, maturus
 pr. B | sapientē Q sed lineolam transf. m. rec. | quid Q, inquit
 A et pr. B || 19 cōmitendū Q || 21 emancip- Q | nos Q plerique 5
 vulg., i nos q, non B A recepit Hense | respicit Q B A q vulg.:
 respexit Erasmus², respuit Hense ex Buecheleri coniectura: nos
 respicit tam bene ad humanitatem quam contempsit ad superbiam
 facit: de temporum autem uarietate a Seneca saepius quaesita cf.
 A. Bourgery, op. c. p. 365-67 | Humanitate Q humanitatē B A ||
 22 Superbiae Q

cum difficultate certamus. Itaque conscii nobis inbecillitatis nostrae quiescamus: nec uino infirmum animum committamus nec formae nec adulationi nec ullis rebus blande trahentibus. Quod Panaetius de amore quaerenti respondit, hoc ego de omnibus adfectibus dico. Quantum possumus, nos a lubrico recedamus: in sicco quoque parum fortiter stamus. Occurres hoc loco mihi illa publica contra Stoicos uoce: « Nimis magna promittitis, nimis dura praecipitis. Nos homunciones sumus, || omnia nobis negare non possumus. Dolebimus, sed parum; concupiscebimus, sed temperate; irascemur, sed placabimur. » Scis, quare non possumus ista? quia nos posse non credimus. Immo mehercules aliud est in re: uitia nostra quia amamus, defendimus et malumus excusare illa quam excutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo utamur, si uires nostras colligamus ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Nolle in causa est, non posse praetenditur. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. CXVII 1

Multum mihi negotii concinnabis et, dum nescis, in magnam me litem ac molestiam inpinges, qui mihi tales quaestiuunculus ponis, in quibus ego nec dissentire a nostris salua gratia nec consentire salua conscientia possum. Quaeris, an uerum sit, quod Stoicis placet, sapientiam bonum esse,

1 conscii Q || 2-4 v. nec uino — blande trahentibus post adfectibus dico traiecit Haase, sed suo loco manere et in Panaetii responso includi posse putat Eug. Albertini (op. c. p. 194 adn. 1) | comitamus Q || 3 adol- Q || 5 adfectibus om. Q et sic vulgo edd. usque ad Rühkopffium || 6 recedamus Q B A q. reducamus (ut con. Gertz) cod. Velz. sed. « nec hoc necesse nec recipiamus » adn. Hense qui distinguit post possumus potius quam post nos probabilius || 8 promittitis Q | homunt- Q || 11 placabimus Q | possimus Madvig | nos non posse q; non posse nos Gertz || 13 amantis (pro amamus) Q | illā Q || 15 uires Q, ex utres B ex ures A || 18 salutationis formulam om. Q || 21 nec om. Q

sapere bonum non esse. Primum exponam, quid Stoicis uideatur: deinde tunc dicere sententiam audebo. Placet nostris, quod bonum est, corpus esse, quia quod bonum est, facit: quicquid facit, corpus est. Quod bonum est, prodest; faciat autem aliquid oportet, ut prosit: si facit, corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt: sequitur, ut necesse sit illam corporalem quoque dicere. At sapere non putant eiusdem conditionis esse. Incorporale est et accidens alteri, id est sapientiae: itaque nec facit quicquam nec prodest. «Quid ergo?» inquit «non dicimus, bonum est sapere?» Dicimus referentes ad id, ex quo pendet, id est ad ipsam sapientiam. Aduersus hos quid ab aliis respondeatur, audi, antequam ego incipio secedere et in alia parte considerare. «Isto modo» inquiunt «nec beate uiuere bonum est. Velint nolint, respondendum est beatam uitam bonum esse, beate uiuere bonum non esse.» Etiamnunc nostris illud quoque opponitur: «uultis sapere: ergo expetenda res est sapere: si expetenda res est, bona est.» Coguntur nostri uerba torquere et unam syllabam expetendo interponere, quam sermo noster inseri cur non sinit? ego illam, si pateris, adiungam. «Expetendum est» inquit «quod bonum est; expetibile, quod nobis contingit, cum bonum consecuti sumus. Non petitur tamquam bonum, sed petito bono accedit.» Ego non idem sentio et nostros iudico in hoc descendere, quia iam primo uinculo tenentur et mutare illis formulam non licet. Multum dare solemus praesumptioni omnium hominum, et apud nos ueritatis argu-

4 quicq- sic Q | facit autem Q || 7 quoque om. Q | ad Q et pr. B | condit- Q || 9 quicquid Q || 10 inquit Q || 12 audiente quā (pro audi antequam) Q || 13 concludere Q || 15 esse (compend.) et beate Q cum q edd. usque ad Ruhkopfium: an esse, set beate? || 18 bona est Q B A aliquot s, bonū ē q cum aliis s et edd. ab Erasmo ad Haasium || 19 inseritur non sinit Q, inseri non sinit vell. mss. et edd.: Quiriniani lectione adducor ut scribam inseri cur non sinit? ita ut Seneca ex Horati praecepto (a. p. 58 s.) noua nomina nouis rebus necessaria proferendi licentiam sibi vindicans latini sermonis naturam a se non violari affirmet || 20 Ergo Q | illa Q || 22 nam petitur Q || 24 tenetur Q || 25 s. psumptio Q

mentum est aliquid omnibus uideri: tamquam deos esse inter alia hoc colligimus, quod omnibus insita de diis opinio est nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque proiecta, ut non aliquos deos credat. Cum de animarum aeternitate disserimus, non leue momentum apud nos habet consensus 5 hominum aut timentium inferos aut colentium. Vtor hac publica persuasione: neminem inuenies, qui non putet et sapientiam *bonum* et bonum sapere. || Non faciam, quod uicti solent, ut prouocem ad populum: nostris incipiamus armis 7
fol. 162^v 8
confligere. Quod accidit alicui, utrum extra id, cui accidit, 10 est an in eo, cui accidit? Si in eo est, cui accidit, tam corpus est quam illud, cui accidit. Nihil enim accidere sine tactu potest; quod tangit corpus, corpus est: nihil accidere sine actu potest; quod agit corpus, corpus est. Si extra est, posteaquam acciderat, recessit: quod recessit, motum habet: quod 15
8 motum habet, corpus est. Speras me dicturum non esse aliud cursum, aliud currere, nec aliud calorem, aliud calere, nec aliud lucem, aliud lucere: concedo ista alia esse, sed non sortis alterius. Si ualetudo indifferens est, *et* bene ualere indifferens est; si forma indifferens est, et formosum esse. Si 20

2 diis sic Q || 4 credet pr. Q mutatum in crederet m. rec. || 5 habeam sensus (pro habet consensus) Q || 6 ac Q || 7 s. etsapientia & bonu sapere Q B q: vide praef. ibid. || 9 solenti Q || 11 an om. Q || 12-14 nihil eni accidere sine tactu/potest quod tangit corpus (est addit B) nihil accidere sine tactu (t priore transf. in B) potest quod agit corpus./corpus (corpus semel in B) est Q B, Nihil enim accidere sine. /tactu potest quod tangit corpus est A idque vulgo edd. distinguentes post potest receperunt, Nichil eni sine tactu acci/dere potest quod tangit corpus corpus e. Nichil accidere sine/tactu potest. Quod agit corpus corpus e q cum tribus codd. Palat. quae scriptura Quiriniani et Bambergensis auctoritate propemodum confirmata ad verum propius accedere videtur: post tangit corpus plane excidit corpus est in Q corpus in B, et in utroque codice tactu perperam pro actu propter praeced. tactu in altero sententiae membro traditum est || 16 speres Q vulgo edd. usque ad Ruhkopfium || 18 lucere Q B, ex lucerem A || 19 ualut- Q | be/uealere indifferens est Q 5, add. in marg. ead m. q, om. B A: et valere indifferens est Erasm.² et inde edd. usque ad Ruhkopfium idque restituit Hense. Opinor fuisse et bene ualere ind. est: facile et post ind. est excidit || 20 formosum sic Q cum B pr.et, ut videtur, A pr.

Non facit quod uicti solent ut pro uicem ad populum nostris incipiamus armo
 confligere quod accidit alicui utrum extra id cui accidit est. medicus accidit. sine
 est cui accidit tam corpus est. quia illud cui accidit nihil est accidere sine tactu
 potest quod utrumque corpus nihil accidere sine tactu potest quod igitur corpus.
 corpus est. si extra est. postea quia acciderit recessit. quod recessit motum
 habet. quod motum habet corpus est. speres me che turu non est aliud cursum
 aliud currere nec aliud calorem aliud calere. nec aliud luce. aliud lucere.
 concedo ista alia e. sed non fortis alterius si ualutudo indifferens est. be
 ne ualere indifferens est. si forma indifferens e. & formoniu e. si uisitata
 bonum est. e. uisitata e. sicut pudor malum est. et turpem esse malu est.
 tam me herculei quam si lippido malu est. aut scias neutru e. sine alte
 ro potens quis apit sapiens est. quis sapiens est. sapit adeo non potest dubita
 ri in quale illud sit. tale hoc sit ut quibus da utrumque unum uideatur
 atque idem sed illud libenter quaesierim cu omnia aut mala sint aut bona
 aut indifferencia sapere in quonumerd sit bonum neque esse malum utique
 non est. sequitur medium sit id aut medium atque indifferens uocam quod
 cum mala contingere qua bono potest tamquam pecunia forma nobilitas hoc
 ut si plus contingere nisi bono non potest ergo indifferens non e. ad qui
 nem malu quidem est qd contingere malo non potest ergo bonu e qd nisi bonu
 non habet bonu e. sapere nisi bonu habet ergo bonu e accidens est. inquit
 sapientiae hoc ergo quod uocas sapere utru facit sapientiae impitatur.
 siue facit illud siue patitur utruque modo corpus est. ni et qd sit & qd
 facit corpus est. si corpus est. bonu est unu tu illi de erit quominus bonu
 esset qd incorporeale erat. per i patitur placet nihil in te inter sapien
 tia & sapere cum in utro libet eorum & alteru sit nuquidem quem qua existimet
 sapere nisi quis sapientiam habet numquid quem qua quis apit non patitur ha
 bere sapientia dulcedi ueteres ista distinguunt ab illis diuisio usq; ad stoncor
 uent. qualis sit haec dicit aliud est ager. aliud agrum habere. quidni cum
 habere agrum habentē na da grū per tuncat sic aliud est sapientia aliud
 sapere. puto concedis duo esse haec hic qd habet & eum qui habet.

Quia autem bona
 aut mala. di
 indiffe
 rent
 est.

(Sulenes ueris)

iustitia bonum est, et iustum esse. Si turpitudine malum est, et turpem esse malum est, tam mehercules quam, si lippitudo malum est, lippire quoque malum est. Hoc ut scias, neutrum esse sine altero potest. Qui sapit, sapiens est; qui
 5 sapiens est, sapit. Adeo non potest dubitari, an quale illud sit, tale hoc sit, ut quibusdam utrumque unum uideatur atque idem. Sed illud libenter quaesierim, cum omnia aut
 9 mala sint aut bona aut indifferentia, sapere in quo numero sit? Bonum negant esse, malum utique non est: sequitur ut
 10 medium sit. Id autem medium atque indifferens uocamus, quod tam malo contingere quam bono possit, tamquam pecunia, forma, nobilitas. Hoc, ut sapiat, contingere nisi bono non potest: ergo indifferens non est. Atqui ne malum quidem est, quod contingere malo non potest: ergo bonum est. Quod
 15 nisi bonus non habet, bonum est; sapere non nisi bonus habet: ergo bonum est. « Accidens est » inquit « sapientiae. » Hoc ergo, 10
 quod uocas sapere, utrum facit sapientiam an patitur? Siue facit illud siue patitur, utroque modo corpus est. Nam et quod fit et quod facit, corpus est: si corpus est, bonum est: unum
 20 enim illi deerat, quominus bonum esset, quod incorporale erat. Peripateticis placet nihil interesse inter sapientiam et
 11 sapere, cum in utrolibet eorum et alterum sit. Numquid enim quemquam existimas sapere nisi qui sapientiam habet? numquid quemquam, qui sapit, non putas habere sapientiam?
 25 Dialectici ueteres ista distinguunt: ab illis diuisio usque ad 12
 Stoicos uenit. Qualis sit haec, dicam. Aliud est ager, aliud

1 turpido *Q* et sic mox lippido || 3 lippire quoque malum est *om.* *Q*: et lippire *m.* est *Erasm.*¹ et inde *edd.* usque ad *Ruhkopfium* | aut scies (*pro* hoc ut scias) *Q*: horū, ut scias *malit* *Heuse* || 4 potens (*pro* potest) *Q* et mox potest *ex* post *m. rec.* || 5 s. illud scit *Q* || 7 atq; *Q* cum *A* et sic mox ubi adque *pr.* *Q* || 8 s. numera sit *mutatum* in *numeras* si *m. rec.* || 9 ut *om.* *Q* q *vetustissimi* *edd.* || 11 malo *ex* mala *ead.* *m.* *Q* | potest *Q* q *vulgo* *edd.* usque ad *Ruhkopfium* || 13 adqui *pr.* *Q* || 15 nisi bonū *Q* cum *B* *pr.* | non *om.* *Q* et *pr.* *B* | nisi bonū hab& *Q* et *pr.* *B* || 16 inquit *Q*, inquit *A* et *pr.* *B* || 17 sapientiae *Q* | siuefacit illud siuepatitur *Q*: *vide* *praej. ibid.* || 20 de erat *Q* || 21 inf esse *compend.* *Q* || 23 quemquē *pr.* *Q* | existimes *Q* || 25 distinguunt *Q*

- agrum habere, quidni? cum habere agrum ad habentem, non ad agrum pertineat. Sic aliud est sapientia, aliud sapere. Puto, concedes duo esse haec, id, quod habetur, et eum, qui habet:
- fol. 163^r || habetur sapientia, habet qui sapit. Sapientia est mens perfecta uel ad summum optimumque perducta: ars enim uitae est. Sapere quid est? non possum dicere «mens perfecta», sed id, quod contingit perfectam mentem habenti: ita eorum alterum est mens bona, alterum quasi habere mentem bonam.
- 13 «Sunt» inquit «naturae corporum, tamquam hic homo est, hic equus: has deinde secuntur motus animorum enuntiatui corporum. Hi habent proprium quiddam et a corporibus seductum, tamquam uideo Catonem ambulans: hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est, quod uideo, cui et oculos intendi et animum. Dico deinde: Cato ambulat. Non corpus» inquit «est, quod nunc loquor, sed enuntiatium quiddam de corpore, quod alii effatum uocant, alii enuntiatum, alii dictum. Sic cum dicimus sapientiam, corporale quiddam intellegimus; cum dicimus «sapit», de corpore loquimur.
- 14 Plurimum autem interest, utrum illum dicas an de illo.» Putemus in praesentia ista duo esse — nondum enim, quid mihi uideatur, pronuntio — quid prohibet, quominus aliud quidem <sit>, sed nihilominus bonum? Dicebam paulo ante aliud esse agrum, aliud habere agrum. Quidni? in alia enim natura est qui habet, in alia quod habetur: illa terra est, hic

1 quid ita G. Gemoll | agrum habentē, om. ad Q || 3 concedas Q complures 5 | haec hic quod Q || 5 obt- Q | uitaest pr. Q || 7 s. iterum alterum Q, ita alterum vell. mss. et edd.: opinor fuisse ita eorum alterum || 10 aequus Q | secuntur sic Q | enuntiat ibi Q, enuntiatibi pr. B || 11 ibi (pro hi) Q || 12 senses pr. Q || 15 enuntiatū Q || 17 edictū Q et sic vulg., dictum B A idque receperunt Schweighaeuser Ficheri Hense | corporali pr. Q || 18 intellig- Q || 19 in est Q | illum dicas Q B A q idque receperunt Schweighaeuser Fichert Hense, dicas illud tres 5, illud dicas vulgo edd. inde a Mureto || 20 quid (per notam) ex corr. Q || 22 sit om. Q B A q | dicebas Q B A q vell.: dicebam Hermes cont. § 12 dicam, prop. dicebamus Hense || 23 in aliena enī Q || 24 qui habet. in alia quod (compend.) habet/illa terra ē Q cum q 5, om. B et pr. A: sic huic quoque lacunae in vell. vet. libb. ex homoeoteleuto natae et recentioribus tantum libris antea suppletae Q medetur et minuitur, si non tollitur,

homo est. At in hoc, de quo agitur, eiusdem naturae sunt utraque, et qui habet sapientiam, et ipsa <quae habetur>. Praeterea illic aliud est, quod habetur, alius, qui habet: hic in eodem est et quod habetur et qui habet. Iure possidetur ager, sapientia natura: ille abalienari potest et alteri tradi, haec non discedit a domino. Non est itaque quod compares inter se dissimilia. Coeperam dicere posse ista duo esse et tamen utraque bona esse, tamquam sapientia et sapiens duo sunt et utrumque bonum esse concedis. Quomodo nihil obstat, quominus et sapientia bonum sit et habens sapientiam, sic nihil obstat, quominus et sapientia bonum sit et habere sapientiam, id est sapere. Ego in hoc uolo sapiens esse, ut sapiam. Quid ergo? non est id bonum, sine quo nec illud bonum est? Vos certe dicitis sapientiam, si sine usu detur, accipiendam non esse. Quid est usus sapientiae? sapere: hoc est in illa pretiosissimum, quo detracto superuacua fit. Si tormenta mala sunt, torqueri malum est, adeo quidem, ut illa non sint mala, si quod sequitur, detraxeris. Sapientia habitus perfectae mentis est, sapere usus perfectae mentis: quomodo potest usus eius bonum non esse, quae sine usu bonum <non> est? Interrogo te, an sapientia expetenda sit: fateris. Interrogo, an usus sapientiae expetendus sit: fateris. Negas enim

Hensii dubitatio (proecd. praef. p. XXIV) num quidam medii aevi lector ad integritatem locum revocaverit ex ipsius Senecae contextu medelae fundamentum petens || 1 ad pr. Q B || 2 quae habetur post ipsa addunt q rell. 5, om. Q B A idque uncis inclusit Haase eiecit Hense, sed ob repetita eadem prope verba in vet. libb. intercidiisse haec enuntiatum apte concludentia videntur || 3 aliudqui Q || 4 iure possidetur ager Q q Rehdig. I codd. Romani omnes et sic ed. Mentel. unde elegans chiasmus cum seqq. sapientia natura fit, ager iure possidetur B A edd. || 6 cōpares Q || 7 ceperam Q || 8 & tamquā Q cum B A (et exp. B); esse, tamquam Rossbach cui assentior, tamquam et Schweighauser | sapientiae / et Q || 13 nec et bonum om. Q || 15 quid est Q q 5, quis est B A || 16 p̄ciosissimū Q | sup/ uacuae sic torm̄ta Q: an superuacua ē. Si tormenta? || 17 quiddā Q | illā Q || 19 usus p̄fecta A et pr. Q B || 20 sine usum Q | non q 5, om. Q B A || 21 in̄rogate Q cum B pr., interrogoate A: an interrogo autem te? | asapientia (pro an sap.) Q | & / expetenda Q

te illam recepturum, si uti ea prohibearis. Quod expetendum est, bonum est. Sapere sapientiae usus est, quomodo eloquentiae eloqui, quomodo oculorum uidere. Ergo sapere sapientiae || usus est, usus autem sapientiae expetendus est: sapere ergo expetendum est. Si expetendum est, bonum est. 5

18 Olim ipse me damno, qui illos imitor, dum accuso, et uerba apertae rei impendo. Cui enim dubium potest esse, quin si aestus malum est, et aestuare malum sit? si algor malum est, malum sit algere? si uita bonum est, et uiuere bonum sit? Omnia ista circa sapientiam, non in ipsa sunt; at nobis 10

19 in ipsa commorandum est. Etiam si quid euagari libet, amplios habet illa spatiososque secessus: de deorum natura quae-ramus, de siderum alimento, de his tam uariis stellarum discursibus, an ad illarum motus nostra moueantur, an corporibus omnium animisque illinc impetus ueniat, an et haec, 15

quae fortuita dicuntur, certa lege constricta sint nihilque in hoc mundo repentinum aut expers ordinis uoluetur. Ista iam a formatione morum recesserunt, sed leuant animum et ad ipsarum, quas tractat, rerum magnitudinem adtollunt; haec uero, de quibus paulo ante dicebam, minuunt et depri- 20

20 munt nec, ut putatis, exacuunt, sed extenuant. Obsecro uos, tam necessariam curam maioribus melioribusque debitam in re nescio an falsa, certe inutili terimus? Quid mihi profuturum est scire illud bonum esse, *hoc non esse?* Temere me geram, subibo huius uoti aleam: tibi sapientia, mihi sapere 25

21 contingat: pares erimus. Potius id age, ut mihi uiam monstres,

I utiq; Q: an uti quoque? || 7 in p- Q || 9 sit et algere *cod. Velz.* « tanto efficacius et vivere bonum, si in malo secundo et omissum erat » Buecheleer || 12 speciososq; Q B A, spaciososque q *vulg.* 5 *vulg.*: illud defendit Hermes, sed Hense comparat ep. 88,33 in. || 13 desiderii Q cum B pr. | deistam A et pr. Q || 14 moueantur Q et pr. B, moueantur corpora B ex corr., q *vulgo edd.* usque ad Ruhkopffium | an Q q 5, in B In A || 16 certe Q | constricta Q | sint ex sunt radendo Q || 17 s. ista ima. Formatione Q || 19 adt- sic Q || 20 uerbo Q || 23 inutiliter imus Q || 24 hoc non esse *suppl.* Muretus || 25 subito Q B A q *idque recepit Ruhkopf interpretans* « adi, suscipe »; subibo *corr.* Erasmus² | sapientiã Q

qua ad ista perueniam. Dic, quid uitare debeam, quid appetere, quibus animum labantem studiis firmem, quem-admodum quae me ex transuerso feriunt aguntque, procul a me repellam, quomodo par esse tot malis possim, quomodo
 5 istas calamitates remoueam, quae ad me inruperunt, quomodo illas, ad quas ego inrupi. Doce, quomodo feram aerumnam sine gemitu meo, felicitatem sine alieno, quomodo ultimum ac necessarium non expectem, sed ipsemet, cum uisum erit, profugiam. Nihil mihi uidetur turpius quam optare mor- 22
 10 tem. Nam si uis uiuere, quid optas mori? siue non uis, quid deos rogas, quod tibi nascenti dederunt? Nam ut quandoque moriaris, etiam inuito positum est, ut cum uoles, in tua manu est. Alterum tibi necesse est, alterum licet. Turpissimum 23
 15 his diebus principium diserti mehercules uiri legi: «ita[que]» inquit «quamprimum moriar.» Homo demens, optas rem tuam. «Ita quamprimum moriar.» Fortasse inter has uoces senex factus es: alioqui quid in mora est? Nemo te tenet: euade, qua uisum est, elige quamlibet rerum naturae partem, quam tibi praebere exitum iubeas. Haec nempe sunt et elementa,
 20 quibus hic mundus administratur, aqua, terra, spiritus: omnia ista tam causae uiuendi sunt quam uiae || mortis. «Ita quamprimum moriar»: «quamprimum» istud quid esse uis? 24
 quem illi diem ponis? citius fieri quam optas, potest. Inbe- fol. 164^r

1 istā Q || 2 libantē Q cum B pr. || 4 par esset (esset compend.) hoc pro par esse tot Q | possim ex possem ead. m. Q || 6 inrupit Q || 8 expetē Q | ipsemecum Q B A: corr. Pincianus ex uetere lectione || 9 erit profugium Q, fuerit nō procrastinem sed ego ipse profugiam q in qua scriptura si quid veri subsit, praeced. ipse me emendationem non desideret | optari Q || 10 nam sive vis scr. Haase: cf. Draeger² II p. 145 | si uero non duo 5 || 11 quid tibi Q, qui id tibi cod. Palat.-Rom. 1541 teste Fickerto, quod vulg. || 14 itaq; Q cum B A q vell.: ita Pincianus || 17 alioquin Q || 19 etelementa Q cum B A q, et om. duo 5 edd. usque ad Ruhkopfium, uncis includunt Hense et Haase qui etiam elementa eiciendum putat: ea elementa prop. Castiglioni, <initia> et elementa suppl. Roszbach. Particulam et (= etiam) ante elementa non otiosam demonstrant quae secuntur omnia ista tam causae uiuendi sunt quam uiae mortis || 20 s. spiritus, ignis: omnia conu. Windhaus || 23 quē. illa die. ē. ponis Q: an quem illi diem iponis? | quam om. Q

cillae mentis ista sunt uerba et hac detestatione misericordiam captantis: non uult mori qui optat. Deos uitam roga et salutem: si mori placuit, hic mortis est fructus, optare desinere. Haec, mi Lucili, tractemus, his formemus animum. Hoc est sapientia, hoc est sapere, non disputatiunculis inani-⁵ bus subtilitatem uanissimam agitare. Tot quaestiones fortuna tibi posuit, nondum illas soluisti: iam cauillaris? quam stultum est, cum signum pugnae acceperis, uentilare. Remoue ista lusoria arma: decretoriis opus est. Dic, qua ratione nulla animum tristitia, nulla formido perturbet, qua ratione¹⁰ hoc secretarum cupiditatum pondus effundam. Agatur aliquid. « Sapientia bonum est, sapere non est bonum »: sic fit,²⁶ ut negemur sapere, ut hoc totum studium derideatur tamquam operatum superuacuis. Quid, si scires etiam illud quaeri, an bonum sit futura sapientia? Quid enim dubi est, oro te,¹⁵ an nec messem futuram iam sentiant horrea nec futuram adulescentiam pueritia uiribus aut ullo robore intellegat? Aegro interim nil uentura sanitas prodest, non magis quam currentem luctantemque post multos secuturum menses²⁷ otium reficit. Quis nescit hoc ipso non esse bonum id, quod²⁰ futurum est, quia futurum est? Nam quod bonum est, utique prodest: nisi praesentia prodesse non possunt. Si non prodest, bonum non est; si prodest, iam est. Futurus sum sapiens: hoc

2 s. uitam roga & salutem Q edd. usque ad Ruhkopfium. uitā et salutem/ roga q cum vell. libb. ut uidetur et recentioribus edd., sed ille uerborum ordo Senecae consuetudini aptius conuenit || 3 si om. Q: an mori placuit? hic? || 4 firmemus coni. Hermes || 6 subtil- sic Q || 7 illa Q || 9 luxuriaē Q q plerique ζ, lusoria B A pauci ζ || 11 aliquid Q, aliquid B A || 13 ut add. Schweighaeuser, dissentit Baehrens (beitr. p. 264) sed ut facile omitti potuisse post fit recte adn. Hense || 14 sciam (pro etiam) Q || 15 sit futusapientia Q, sit puta sapientia B A, sit futura sapientia Pinciani exemplar Franciscanum et cod. Coloniensis Gruteri | dubiū Q q, dubi A et pr. B || 16 an Q B A q vell.: quin Madvig sed Hense apte comparat § 8 ex. || 17 intelligat Q || 18 nihil Q | sanitas est prodest Q || 19 sensos Q, senses A et pr. B, sensus corr. m. rec. in B et sic q plerique ζ et uulgo edd. usque ad Ruhkopfium, menses cod. Vatic.-Rom. 2207 et Schweighaeuser ex coniectura || 23 bonū ē, om. non Q | iam om. Q

bonum erit, cum fuero; interim non est. Prius aliquid esse
 debet, deinde quale esse. Quomodo, oro te, quod adhuc nihil 28
 est, iam bonum est? Quomodo autem tibi magis uis probari
 non esse aliquid, quam si dixerō: futurum est? nondum enim
 5 uenisse apparet quod ueniet. Ver secuturum est: scio nunc
 hiemem esse. Aestas secutura est: scio aestatem non esse.
 Maximum argumentum habeo nondum praesentis futurum
 esse. Sapiam, spero, sed interim non sapio: si illud bonum ha- 29
 berem, iam hoc carerem malo. Futurum est, ut sapiam: ex
 10 hoc licet nondum sapere me intellegas. Non possum simul
 et in illo bono et in hoc malo esse. Duo ista non coeunt nec
 apud eundem sunt una malum et bonum. Transcurramus 30
 sollertissimas nugas et ad illa, quae nobis aliquam opem sunt
 latura, properemus. Nemo, qui obstetricem parturienti filiae
 15 sollicitus accersit, edictum et ludorum ordinem perlegit: nemo,
 qui ad incendium domus suae currit, tabulam latrunculariam
 prospicit, ut sciat, quomodo alligatus exeat calculus. At meher- 31
 cule omnia tibi undique nuntiantur, et incendium domus et
 periculum liberorum et obsidio patriae et bonorum direptio;
 20 adice isto || naufragia motusque terrarum et quicquid aliud fol. 164^v
 timeri potest: inter ista districtus rebus nihil aliud quam ani-
 mum oblectantibus uacas? quid inter sapientiam et sapere
 intersit, inquiris? nodos nectis ac soluis tanta mole inpen-
 dente capiti tuo? Non tam benignum ac liberale tempus na- 32
 25 tura nobis dedit, ut aliquid ex illo uacet perdere. Et uide,
 quam multa etiam diligentissimis pereant: aliud ualetudo
 sua cuique abstulit, aliud suorum; aliud necessaria negotia,

1 fuerit Q || 5 ueniet nonnulli codd. Romani teste Fickerto idque
 nuper prop. Hermes ex coniectura et Ein. Loejstedt defendit concinnioris
 clausulae causa || 8 sapiam pr. Q, flexum supra i add. m. rec. (scil.
 sapientiam) perperam || 10 intelligas Q || 11 bono superscr. ead. m. in
 Q || 12 apud Q, apud Hense plane ex B A || 14 Nemo quod (compend.)
 Q || 15 sollitus Q || 17 admeherculē Q, at (ex ad B) mehercule B
 A, -les cod. Vels. et edd. usque ad Schweighaeuserum idque rectius
 videtur Hensio || 19 obsidie Q || 20 naufragio Q || 21 distractus Q
 et pr. B plane pro distractus scil. diuise occupatus || 23 inpend-
 sic Q || 24 capite Q || 25 aliquo exilio Q, aliquo pr. B || 26 ualit-Q

aliud publica occupauerunt; uitam nobiscum diuidit somnus. Ex hoc tempore tam angusto et rapido et nos auferente quid
 33 iuuat maiorem partem mittere in uanum? Adice nunc, quod
 adsuescit animus delectare se potius quam sanare et philo-
 sopheriam oblectamentum facere, cum remedium sit. Inter sa- 5
 pientiam et sapere quid intersit nescio: scio mea non interesse,
 sciam ista an nesciam. Dic mihi: cum quid inter sapientiam
 et sapere intersit didicero, sapiam? Cur ergo potius inter uo-
 cabula me sapientiae detines quam inter opera? Fac me for-
 tiorem, fac securiorem, fac fortunae parem, fac superiorem. 10
 Possum autem superior esse, si derexero *eo* omne, quod
 disco. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. CXVIII 1 **E**xigis a me frequentiores epistulas. Rationes confera-
 mus: soluendo non eris. Conuenerat quidem, ut tua priora 15
 essent: tu scriberes, ego rescriberem. Sed non ero difficilis: bene
 credi tibi scio. Itaque in antecessum dabo nec faciam, quod
 Cicero, uir disertissimus, facere Atticum iubet, ut etiam « si
 2 rem nullam habebit, quod in buccam uenerit, scribat. » Num-
 quam potest deesse, quod scribam, ut omnia illa, quae Cice- 20
 ronis implent epistulas, transeam: quis candidatus laboret;
 quis alienis, quis suis uiribus pugnet; quis consulatum fi-
 ducia Caesaris, quis Pompei, quis arcae petat; quam durus

1 publicū Q || 2 et hoc Q B A q *rell.*: *corr. Pincianus* || 4 adsuescis Q et *pr.* B || 6 int fit Q || 7 istam *pr.* Q || 8 sapientiā Q cum B A || 11 dixero Q, direxero B A q *plurique* 5 | eo *addidit Haase*, si isto direxero *Schweighaeuser* || 13 *Index novi libri (scil. XX)*, quem B A cum reliquis, ut videtur, libb. exhibent, deest in Q, adest tantum proximae epistulae inscriptio: cf. quae de epistularum libris, quales exstant, disserit *Eug. Albertini* (*op. cit.* p. 162 ss.) || 14 eplās Q || 15 non eris Q B A, par non eris q *aliquot* 5 || 17 antecessum sic Q B A || 18 dissert- Q A || 19 habebis Cic. ad Att. I 12,4 | scribito Cic. *ibid.* || 21 transeamus Q | labor et Q || 22 consul & Q, consulat B A q || 23 arce *pr.* Q, arcē m. *rec. deterius*

naui fragmotaque terrarū cōque quid aliud zoneri potest incertificā destructu frēt; nihil aliud quā ammū oblectantē; ut aiā quid intē sapientiā cōsapere intē sit inquis nodos neccat ac soluit tū tam mole impendente capite tuo. Non tā benignū ac liberale tēpus nōrta nob dedit ut aliquo exilio uacō pdere et uide quā multā etiā diligentissimū perant aliud uab tūdo sua ē uq; abstulit aliud suā; aliud necesse rēnegotiū aliud publicū occupauer' utā nob cum diuidit sōmniū et hoc tēpore tam inquisito et rapido et uis uiferentē quid uult maiore mparte mittere in manū. Ad hęc nunc quod ad hęc itē animus delectare se potuit quā sanare ephē lo sophiā oblectam tū facere cum rē mediū sit; sē sapientiā cōsapere quid intē sit nescio; Sciome intē cē. sē. itā an nesciam. Diē mē cum quid intē sapientiā cōsapere intē sit didicero sapientiā. Cur ergo potuit intē uocabula mē sapientiā cōdetinet quā intē opēta facit mē tiorē. facit securiorē. facit for tūne purē. facit superiorē. possum uult superiorē cē. sē. dū pēro omne qd dīco. uale. SENeca LUCILIO SVO SAbuTEnt.

Exquis tunc frequentiores eptis rationes conferamus, soluendo nonerit comuenire quidem ut tū priora tēnt infertē et tēpore scribere sed hęc difficilis bene cōditabi. Sciō itaq; in uiti cōsūm d. bene faciū qd cū uerū dīstātissimū facere et tūcum uelut; ut etiā si rē nullū habebit qd imbuca uenerit scribat. Numquid potest de cōseqd scribi uerū illa quē accerō nū implent eptis tū mē amū. Quis can datur labor equis alienis. qui suis uirtib; pugnet. quis consul d. fiducia caeteris quis pompeius quis arcē pētat qui durus sit tōenera tor cecilius. quomōdū minoris ^{si sunt q. cogit' sorn.} cōtēnti mē p'opinquū nūm mōdē nō possunt; Sui statos est mala quā aliena tūc tū rē cōcutere et uiderē quā multarū rerū me. indelctū sit tū nū suffragari. hoc est mē lucili egētiū hoc securū ac liberū nihil petere et uolū fortune comū tū t'ramire quā puzā sē uēcundū tribubus uocēt is ē cū can datur intē plus suū pendunt et alios nūmōs p'romunt. Alius p' se que strē agit. alius q' manus oculis conterat; Quibus designat contingēndā manu nēgatur us est. Omis ad toniti uocē p'comis p'fectum stare; otiosū et spectat. illis nū dīnēt. Nec emētē quicquā nec uendētē. Quamō hūc maiore gaudio fruitur quā p'p'ora aut cōsolaria comū securus intuetur. Sed magno illa in quib; aliud honores annuat' s' r'os p'caunt. Alii p'p'rat' potestates. alii bellorū euentus prosperos triumphosq; alii diuitas. alii māt' nomia ac liberof; alii salutē sui suozq; i Quam animi rē sē solū nihil petere nulli

Sunt sua mali tē care q' aliena.

sit faenerator Caecilius, a quo minoris centesimis propinqui
 nummum mouere non possint: sua satius est mala quam aliena
 tractare, se excutere et uidere, quam multarum rerum can-
 didatus sit, et non suffragari. Hoc est, mi Lucili, egregium, 3
 5 hoc securum ac liberum, nihil petere et tota fortunae comitia
 transire. Quam putas esse iucundum tribubus uocatis, cum
 candidati in templis suis pendeant et alius nummos pronun-
 tiet, alius per sequestrem agat, alius eorum manus osculis
 conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus
 10 est, omnes adtoniti uocem praeconis expectent, stare otio-
 sum et spectare illas nundinas nec ementem quicquam nec
 uendentem? Quanto hic maiore gaudio fruitur, qui non prae- 4
 toria aut consularia comitia securus intuetur, sed magna
 illa, in quibus alii honores anniuersarios petunt, alii perpe-
 15 tuas potestates, alii bellorum euentus prosperos triumphosque,
 alii diuitias, alii matrimonia ac liberos, alii salutem suam suorum-
 que! Quanti animi res est solum nihil petere, nulli || supplicare, fol. 165^r
 et dicere: « nihil mihi tecum, fortuna: non facio mei tibi co-
 piam. Scio apud te Catones repelli, Vatinios fieri: nihil rogo. »
 20 Hoc est priuatam facere fortunam. Licet ergo haec in uicem 5
 scribere et hanc integram semper egerere materiam circum-
 spicientibus tot milia hominum inquieta, qui ut aliquid
 pestiferi consequantur, per mala nituntur in malum petunt-
 que mox fugienda aut etiam fastidienda. Cui enim adsecuto 6
 25 satis fuit, quod optanti nimium uidebatur? Non est, ut existi-
 mant homines, auida felicitas, sed pusilla: itaque neminem
 satiat. Tu ista credis excelsa, quia longe ab illis iaces: ei uero,

I s. nam a Caecilio propinqui minoris centesimis nummum
 mouere non possunt *Cic. ibid.*, I || 6 ioc- Q || 7 alios Q et pr. B
 || 8 oculis Q || 9 designatur (ur per notam supra t) Q || 10 Omnis
 Q | adt- sic Q | expectant (exp- pr. Q) Q B A vell.: corr.
 Haase || 13 consol- pr. Q | magno Q || 14 aliud honores Q ||
 18 facio meq; (pro non facio mei) Q || 19 apud sic Q A, aput Hense
 plane ex B | repelli Q A || 20 priuatū Q | libet *Erasm.*² || 21 hanc
 integram semp Q cum q vulg., h. semper integram Hense plane ex
 B A | gerere Q || 23 s. petunt quae Q || 24 cū (pro cui) Q

qui ad illa peruenit, humilia sunt. Mentior, nisi adhuc quaerit descendere: istud, quod tu summum putas, gradus est.

7 Omnes autem male habet ignorantia ueri. Tamquam ad bona feruntur decepti rumoribus, deinde mala esse aut inania aut minora quam sperauerint, adepti ac multa passi uident. Maior-⁵ que pars miratur ex interuallo fallentia; haec uulgo bona

8 pro magnis sunt. Hoc ne nobis quoque eueniat, quaeramus, quid sit bonum. Varia eius interpretatio fuit, alius illud aliter expressit. Quidam ita finiunt: « bonum est quod inuitat animos, quod ad se uocat. » Huic statim opponitur: quid, si inuitat quidem, sed in perniciem? scis, quam multa mala blanda sint. Verum et ueri simile inter se differunt. Ita quod bonum est, uero iungitur; non est enim bonum nisi uerum est. At quod inuitat ad se et adlicefacit, ueri simile est: subripit,

9 sollicitat, adtrahit. Quidam ita finierunt: « bonum est, quod¹⁵ adpetitionem sui mouet, uel quod impetum animi tendentis ad se mouet. » Et huic idem opponitur: multa enim impetum animi mouent, quae petantur petentium malo. Melius illi, qui ita finierunt: « bonum est, quod ad se impetum animi secundum naturam mouet et ita demum petendum est,²⁰ cum coepit esse expetendum. » Iam et honestum est: hoc enim

10 est perfecte petendum. Locus ipse me admonet, ut quid intersit inter bonum honestumque dicam. Aliquid inter se mixtum

1 s. quaerit / scindere Q, q. ascendere q vulgo edd. usque ad Schweighaeuserum || 2 istud Q, istud B A; istuc Schweighaeuser || 3 Om̄s Q || 4 decepti Q et pr. B || 5 minora Q q 5, miro B A || 6 minatur Q | et uulgo bona pro magnis sunt Q B A: vide praef. p. LXIX s. || 7 eueni & Q || 9 inuitata A et pr. Q B, extr. a erasa in Q, punct. in B || 10 ase Q || 11 p̄nitentem Q || 12 itaq; quod (compend.) Q cum q et uetustissimis edd. || 13 ad (pro at) Q || 14 adlicer facit pr. Q cum B A, adlicere facit corr. m. rec. in Q et sic habent q alii 5 et nonnulli edd. inde a uetustissimis: adlicefacit Schweighaeuser Fickert Haase ex Gronouii coniectura (cf. Thes. l. l. I col. 1676), adlice facit Hense | subrepiť Pincianus, fort. recte || 16 adpetitionem Q q 5, petitionem Hense plane ex B A || | tendentes Q A et pr. B || 18 mou & pr. Q sed n̄ supra & scr. m. antiqua | petantur pr. Q sed v supra a punct. scr. m. rec. | penitentium, ni punct. Q || 20 mouet. Ita (vel Ita tum) demum Madvig

habent et inseparabile: nec potest bonum esse, nisi cui
 aliquid honesti inest, et honestum utique bonum est. Quid
 ergo inter duo interest? Honestum est perfectum bonum, quo
 beata uita completur, cuius contactu alia quoque bona fiunt.
 5 Quod dico, tale est: sunt quaedam neque bona neque mala, 11
 tamquam militia, legatio, iurisdictio. Haec cum honeste ad-
 ministrata sunt, bona esse incipiunt et ex dubio in bonum
 transeunt. Bonum societate honesti fit, honestum per se bo-
 num est. Bonum ex honesto fluit, honestum ex se est. Quod
 10 bonum est, malum esse potuit; quod honestum est, nisi bonum 12
 esse non potuit. Hanc quidam finitionem reddiderunt: « bo-
 num est, quod secundum naturam est. » Adtende, quid di-
 cam: quod bonum, est secundum naturam; non protinus
 quod secundum naturam est, etiam bonum est. Multa naturae
 15 quidem consentiunt, sed tam pusilla sunt, ut non conue-
 niat || illis boni nomen: leuia enim sunt, contemnenda. Nullum fol. 165^v
 est minimum contemnendum bonum. Nam. quamdiu exi-
 guum est, bonum non est: cum bonum esse coepit, non est
 exiguum. Vnde ad cognoscitur bonum? si perfecte secundum
 20 naturam est. « Fateris » inquis « quod bonum est, secundum 13
 naturam esse: haec eius proprietas est. Fateris et alia secun-
 dum naturam quidem esse, sed bona non esse. Quomodo
 ergo illud bonum est, cum haec non sint? quomodo ad aliam
 proprietatem peruenit, cum utriusque praecipuum illud com-
 25 mune sit, secundum naturam esse? » Ipsa scilicet magnitudine. 14

2 s. post honestum habet utiq; bonū ē. Quid ergo in̄ duo inter
 est. honestū Q cum q Harlei. 2659 aliis 5, om. B A || 4 cōpl&ur
 Q || 5 tale est Q A, talest pr. B idque recepit Hense || 6 s. admi-
 nistrata ex -te ead. m. Q || 8 honestum fit Q || 10 esse (compend.)
 nisi Q || 13 quodbonū ē. secundum (compend.) naturā Q, ē post
 naturam addit q cum 5 et vulg.: q. b. est, et s. n. est Erasmus¹,
 sed apte distinxit post bonum Hense qui in adn. dubitat an fuerit q.
 b. est, est s. n.: cf. ep. 43,2 gubernaculum, quod alteri nauī magnum,
 alteri exiguum est, al. || 16 contemn- Q, contempn- B A ||
 18 s. nonexiguum, om. est Q || 19 ad/cognoscitur Q cum B A,
 aut cogn. q, autem c. vel autem agn. vel aliquid c. 5, agnoscitur
 codd. quidam Pinciani: id c. vetustissimi edd. || 21 ē. (pro eius) Q
 || 25 Ipsamsilicet magnitudinē Q cum B A q aliquot 5

Nec hoc nouum est, quaedam crescendo mutari. Infans fuit; factus est pubes; alia eius proprietas fit: ille enim inrationalis est, hic rationalis. Quaedam incremento non tantum in maius
 15 exeunt, sed in aliud. « Non fit » inquit « aliud quod maius fit. Vtrum lagonam an dolium impleas uino, nihil refert: in utroque 5
 proprietate uini est. Et exiguum mellis pondus et magnum sapore non differt. » Diuersa ponis exempla: in istis enim eadem
 16 qualitas est; quamuis augeantur, manet. Quaedam amplificata in suo genere et in sua proprietate perdurant: quaedam post multa incrementa ultima demum uertit adiectio 10
 et nouam illis aliamque quam in qua fuerunt, condicionem inprimit. Vnus lapis facit fornacem, ille qui latera inclinata cuneauit et interuentu suo uinxit. Summa adiectio quare
 17 plurimum facit uel exigua? quia non auget, sed implet. Quaedam processu priorem exuunt formam et in nouam transeunt. 15
 Vbi aliquid animus diu protulit et magnitudinem eius sequendo lassatus est, infinitum coepit uocari: quod longe aliud factum est quam fuit, cum magnum uideretur, sed finitum. Eodem modo aliquid difficulter secari cogitauimus: nouissime crescente hac difficultate insecabile inuentum est. 20
 Sic ab eo, quod uix et aegre mouebatur, processimus ad immobile. Eadem ratione aliquid secundum naturam fuit: hoc in aliam proprietatem magnitudo sua transtulit et bonum fecit. VALE.

5 lagonam *pr.* Q cum B A idque recipio cum Hensio, lagenam *corr. m. rec. in Q* et sic habent q 5 *vulg.* || 6 ex magno Q cum B A, et magnū q cum paucis 5 || 8 aequalitas Q B A, qualitas q 5 || 10 ulma Q || 11 aliamque Q | condit- Q A || 12 fornacē Q cum B et *pr.* A || 13 cuneauit Q q (cūn- q) pauci 5 ut *Harlei.* 2659, cenauit B A | uixit ex uixit *m. rec.* Q || 15 exiunt *pr.* Q || 16 aliquid post animus *superscr. m. ead. in Q*, animus aliquid q *vulgo ead.* usque ad *Ruhkopfium* || 20 ac Q || 23 magnitudosua Q cum B, magnitudine A || 24 post fecit lacunam signavit Haase

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quotiens aliquid inueni, non expecto, donec dicas « in 1 Ep. CXIX
 commune »: ipse mihi dico. Quid sit, quod inuenerim quaeris:
 sinum laxa, merum lucrum est. Docebo, quomodo fieri diues
 5 celerrime possis. Quam ualde cupis audire! nec inmerito: ad
 maximas te diuitias compendiaria ducam. Opus erit tamen
 tibi creditore: ut negotiari possis, aes alienum facias oportet,
 sed nolo per intercessorem mutueris, nolo proxenetæ nomen
 tuum iactent. Paratum tibi creditorem dabo Catonianum 2
 10 illum, a te mutuum sumes. Quantulumcumque est, satis erit,
 si, quicquid deerit, id a nobis petierimus. Nihil enim, mi Lucili,
 interest, utrum non desideres an habeas. Summa rei in utro-
 que eadem est: non torqueberis. Nec illud praecipio, ut ali-
 quid naturae neges — contumax est, non potest || uinci, fol. 166^r
 15 suum poscit — sed ut quicquid naturam excedit, scias pre-
 carium esse, non necessarium. Esurio: edendum est. Vtrum 3
 hic panis sit plebeius an siligineus, ad naturam nihil pertinet:
 illa uentrem non delectari uult, sed impleri. Sitio: utrum
 haec aqua sit, quam ex lacu proximo excepero, an ea, quam
 20 multa niue clusero, ut rigore refrigeretur alieno, ad naturam
 nihil pertinet. Illa hoc unum iubet, sitim extinguui: utrum
 sit aureum poculum an crustallinum an murreum an Tibur-
 tinus calix an manus concaua, nihil refert. Finem omnium rerum 4

1 salutationis formulam om. Q || 7 facies pr. Q || 9 iacent pr.
 Q, tacent corr. rubricator deterius || 10 illū pr. Q mutatum in
 illud m. rec., illud q alii 5 sed illum recte defendit et interpretatus
 est Gronov: cf. M. Catonis rel. p. 79 Iord. | quantulūq; Q || 11
 quicq- sic Q | de erit Q cum q 5, dederit B A (ex der- A) | mi
 om. Q || 12 intererit Q plane propter praeced. erit - deerit - petieri-
 mus || 13 torqueberes pr. Q || 17 sigiligneus Q || 18 sitio: bibendum
 est. utrum Bartsch, vix necessario, ut monuit Io. Mueller || 19 hoc
 Q B A, hec q 5 || 22 crustalinū pr. Q cum B et pr. A. prioris u
 ductus alter punct. in Q erasus in A | myrreū Q || 23 calix /
 anmanus Q, calix in manus B et pr. A

specta, et superuacua dimittes. Fames me appellat: ad pro-
 xima quaeque porrigatur manus; ipsa mihi commendauit
 5 quodcumque comprehendero. Nihil contemnit esuriens. Quid
 sit ergo, quod me delectauerit quaeris? uidetur mihi egregie
 dictum: sapiens diuitiarum naturalium est quaesitor acer-
 rimus. « Inani me » inquis « lance muneris: quid est istud?
 Ego iam paraueram fiscos: circumspiciebam, in quod me mare
 negotiaturus inmitterem, quod publicum agitare, quas
 arcesserem merces. Decipere est istud, docere paupertatem,
 cum diuitias promiseris. » Ita tu pauperem iudicas, cui
 10 nihil deest? « Suo » inquis « et patientiae suae beneficio, non
 fortunae. » Ideo ergo illum non iudicas diuitem, quia diui-
 6 tiae eius desinere non possunt? Vtrum mauius habere multum
 an satis? qui multum habet, plus cupit, quod est argumentum
 nondum illum satis habere: qui satis habet, consecutus est,
 15 quod numquam diuiti contigit, finem. An has ideo non putas
 esse diuitias, quia propter illas nemo proscriptus est? quia
 propter illas nulli uenenum filius, nulli uxor inepigit? quia
 in bello tutae sunt? quia in pace otiosae? quia nec habere
 7 illas periculosum est nec operosum disponere? « At parum habet
 20 qui tantum non alget, non esurit, non sitit. » Plus Iuppiter
 non habet. Numquam parum est quod satis est, et num-
 quam multum est quod satis non est. Post Dareum et Indos
 pauper est Alexander. Mentior? quaerit, quod suum faciat,
 scrutatur maria ignota, in oceanum classes mittit nouas et
 25

2 commēdauit Q cum B A q, commendabit complures 5 vulg.
 || 3 compr- Q | contemnit Q || 5 quae. ē. oracer/rimus Q || 6 Ina-
 nime Q cum 5, Inanima B cum A, inani (om. me) q | quidam studiam
 ego Q unde eruitur iam ego (sic vet. edd.) et fort. quidnam istud ||
 9 accer serem Q ubi duas vocabuli partes coniunxit m. rec., arcesserem
 B A || 11 de est Q || 13 desinere Q | mauius ut videtur Q, mauius
 pr. B, maius A et ex corr. B || 15 dum pro nondum Q ||
 16 diuitis Q et pr. B A, diuitis q alii 5 vulg., diuiti ex corr.
 B A Pinciani « vetus lectio » | contigit Q B A, contingit q 5
 || 20 ad parum Q B A || 21 iupiter Q cum A || 23 postdareū
 sed e in i mutavit m. rec. Q, item B || 24 aut interrogative profe-
 rendum mentior? aut scribendum mentior, nisi quaerit monuit Mad-
 vig || 25 in /noceanum Q | mittit (mitti pr. Q) nouas Q q

ipsa, ut i<ta> dicam, mundi claustra perrumpit. Quod natu- 8
 rae satis est, homini non est. Inuentus est qui concupisceret
 aliquid post omnia: tanta est caecitas mentium et tanta ini-
 tiorum suorum unicuique, cum processit, obliuio. Ille modo
 5 ignobilis anguli non sine controuersia dominus tacto fine
 terrarum per suum rediturus orbem tristis est. Neminem 9
 pecunia diuitem fecit, immo contra nulli non maiorem sui
 cupidinem incussit. Quaeris, quae sit huius rei causa? plus
 incipit habere posse, qui plus habet. Ad summam quem
 10 uoles mihi ex his, quorum nomina cum Crasso Licinoque
 numerantur, in medium licet protrahas. Adferat census,
 et quicquid habet et quicquid sperat simul computet: iste,
 si mihi credis, pauper est, si tibi, potest esse. At hic, qui se 10
 ad quod exigit natura, composuit, non tantum extra sen-
 15 sum est paupertatis, sed extra metum. Sed ut scias, || quam fol. 166^v
 difficile sit res suas ad naturalem modum coartare, hic ipse,
 quem circumcidimus, quem tu uocas pauperem, habet ali-
 quid et superuacui. At excaecant populum et in se conuertunt 11
 opes, si numerati multum ex aliqua domo effertur, si multum
 20 auri tecto quoque eius inlinitur, si familia aut corporibus
 electa aut spectabilis cultu est. Omnium istorum felicitas
 in publicum spectat: ille, quem nos et populo et fortunae

*edd. usque ad Schweighaeuserum et sic clausula uitatur heroica quae
 fit ex mittit et ipsa || 1 ipsa om. nonnulli § et vulgo edd. veteres
 et Fickertus, restituit Schweighaeuser recte ut contendit Hermes et
 confirmat Hense conl. ep. 122,1 | utidicam Q cum B A, ut ita
 dicam q § || 2 est om. post inuentus Q || 3 s. ininitiorum (rum
 compend.) Q || 5 tanto Q q plerique § | finē Q || 6 redditurus
 Q || 9 quam Q || 10 croeso / licinioq; Q cum B A q, crasso
 licinioque quaedam exemplaria Pinciani qui comparat Pers.
 II 36 ubi de Licino (sic recte corr. Muretus in Senecae loco de
 quo agimus) loquitur satiricus poeta sicut Iuuenalis I 109; XIV
 306; Hense autem confert ep. 120,19 apocol. 6 || 13 si om. Q ante mihi
 | adhuc Q cum B A || 14 adquod Q; vide praef. p. LXX | conp-
 Q || 17 circadicimus Q B et pr. A, circa naturam dicimus q ple-
 rique § vulg., circa dicimus Hense: quemcirca iunxit Buecheler,
 quem circumcidimus (scil. multis amputatis circumscipsimus)
 Madvig cui assentior || 18 et om. post aliquid Q | Adexcecant Q
 cum B || 20 familia sic Q A et pr. B || 21 cultu Q §, cultus B A*

- 12 subduximus, beatus introrsum est. Nam quod ad illos per-
tinet, apud quos falso diuitiarum nomen inuasit occupata
paupertas, sic diuitias habent, quomodo habere dicimur fe-
brem, cum illa nos habeat. E contrario dicere solemus: febris
illum tenet. Eodem modo dicendum est: diuitiae illum tenent. 5
Nihil ergo monuisse te malim quam hoc, quod nemo monetur
satis, ut omnia naturalibus desideriis metiaris, quibus aut
gratis satis fiat aut paruo: tantum miscere uitia desideriis
13 noli. Quaeris, quali mensa, quali argento, quam paribus mi-
nisteriis et leuibus adferatur cibus? nihil praeter cibum na- 10
tura desiderat. « Num tibi, cum fauces urit sitis, aurea quaeris
pocula? num esuriens fastidis omnia praeter pauonem rhom-
14 bumque? » Ambitiosa non est fames, contenta desinere est:
quo desinat, non nimis curat. Infelicis luxuriae ista tormenta
sunt: quaerit, quemadmodum post saturitatem quoque esu- 15
riat, quemadmodum non impleat uentrem sed farciat,
quemadmodum sitim prima potione sedatam reuocet. Egre-
gie itaque Horatius negat ad sitim pertinere, quo poculo
aqua aut quam eleganti manu ministretur. Nam si pertinere
ad te iudicas, quam crinitus puer et quam perlucidum tibi 20
15 poculum porrigat, non sitis. Inter reliqua hoc nobis praestitit
natura praecipuum, quod necessitati fastidium excussit. Re-
cipiunt superuacua dilectum: hoc parum decens, illud parum
laudatum, oculos hoc meos laedit. Id actum est ab illo mundi
conditore, qui nobis uiuendi iura descripsit, ut salui essemus, 25
non ut delicati. Ad salutem omnia parata sunt et in promptu,

1 subduximus Q q 5, subduximus B A: subducimus ed. Mentel.
| introrsum Q q 5 vulg., introsum Hense² ex B A | ab illo (pro
ad illos) Q || 11 sitit pr. Q et sic mox quaerit || 14 quod Q || 16
farciait Q q (pharc- q) 5, faciait B et pr. A || 17 sit in Q cum
B A | sedata Q A et pr. B | egrigiae pr. Q || 18 oratius Q || 19 aquae
Q A et pr. B: « vide ne glossema sit aqua vel aquae. cf. Cic. Verr.
III 44,105 maximisq. poculis administraretur » adn. Hense || 20
adte Q, atte A et pr. B | quem Q || 22 necessi/tatis Q || 23 dilec-
tum pr. Q mutatum in del- m. rec. || 24 lautum Lipsius || 25
descripsit Q B A q rell., discr- Hense Buechelerum et Hermesium
secutus

deliciis omnia misere ac sollicite comparantur. Vtamur ergo
hoc naturae beneficio inter magna numerando et cogitemus
nullo nomine melius illam meruisse de nobis, quam quia quic-
quid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur. VALE.

5 SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

E pistula tua per plures quaestiunculas uagata est, sed 1 Ep. CXX
in una constitit et hanc expediri desiderat, quomodo ad nos
boni honestique notitia peruenerit. Haec duo apud alios di-
uersa sunt, apud nos tantum diuisa. Quid sit hoc, dicam. Bonum 2
10 putant esse aliqui id, quod utile est. Itaque hoc et diuitiis
et equo et uino et calceo nomen inponunt: tanta fit apud
illos boni uilitas et adeo in sordida usque descendit. Honestum
putant, cui ratio recti officii constat, tamquam pie curatam
15 expeditionem, prudentem || moderatamque sententiam. <Nos> 3
ista duo quidem facimus, sed ex uno. Nihil est bonum, nisi fol. 167r
quod honestum est: quod honestum est, utique bonum est.
Superuacuum iudico adicere, quid inter ista discriminis sit,
cum saepe dixerim. Hoc unum dicam, nihil nobis uideri

1 deliciis ex dil- Q, deliciis Hense² ex B A | compar- sic Q
|| 2 beneficio Q || 3 illa Q || 5 salutationis formulam om. Q ||
6 Epistola Q cum A, epistula pr. B || 8 apud alios Q, apud
iteratum in B A pr. | 9 apud nos Q, apud n. Hense plane ex B A |
| tanta pr. Q || 10 aliquid Q q 5, aliquid B A: aliqui vulg., aliqui
id Hense ex Buecheleri et Windhausii coniectura | et diuitiis Q 5,
et dedeuitiis B A, in diuitiis q || 11 aequo Q || 12 utilitas Q
|| 15 sententiam (sent in ras.) Q cum q 5, sentiam B A | nos
cod. Vatic.-Rom. 2215 teste Ficherto, om. Q B A q vell.: nos
etiam Gertz, facimus nos, sed Rossbach, nos subaudiri posse opi-
natur A. Bourgery (op. c. p. 404) conl. nat. q. I 1,3 ubi quoque
nos deest in libb. || 17 quod honestum est utiq; bonum est Q
q 5, alterum est om. B A vulg.: q. honestum, est u. b. Haase Hense,
q. honestum est, est u. b. Buecheler || 18 adicerem sed flexus puncti.
Q || 19 nihil nobis Q cum B A, nihil nobis bonum plerique 5 vulg.,
nihil bonum nobis Hense² ex cod. Ottobon. 1031, nihil nobis uideri
bonum q idque praefero concinnioris clausulae causa

<bonum>, quo quis et male uti potest. Vides autem diuitiis, nobi-
 litate, uiribus quam multi male utantur. Nunc ergo ad id
 reuertor, de quo desideras dici, quomodo ad nos prima boni
 4 honestique notitia peruenerit. Hoc nos natura docere non
 potuit: semina nobis scientiae dedit, scientiam non dedit. 5
 Quidam aiunt nos in notitiam incidisse, quod est incredibile,
 uirtutis alicui speciem casu occurrisset: nobis uidetur obser-
 uatio collegisse et rerum saepe factarum inter se conlatio; per
 analogiam nostri intellectum et honestum et bonum iudicant.
 Hoc uerbum cum Latini grammatici ciuitate donauerint, ego 10
 damnandum non puto, in ciuitatem *autem* suam redigendum.
 Vtar ergo illo non tantum tamquam recepto, sed tamquam
 5 usitato. Quae sit haec analogia, dicam. Noueram corporis
 sanitatem: ex hac cogitauimus esse aliquam et animi. Noue-
 ramus uires corporis: ex his collegimus esse et animi robur. 15
 Aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia nos ob-
 stupefecerant: haec coepimus tamquam perfecta mirari. Sub-
 erant illis multa uirtutia, quae species conspicui alicuius facti
 fulgorque celabat: haec dissimulauimus. Natura iubet augere
 laudanda, nemo non gloriam ultra uerum tulit: ex his ergo 20
 6 speciem ingentis boni traximus. Fabricius Pyrrhi regis aurum
 reppulit maiusque regno iudicauit regias opes posse contem-
 nere. Idem medico Pyrrhi promittente uenenum se regi da-
 turum monuit Pyrrhum, caueret insidias. Eiusdem animi
 fuit auro non uinci, ueneno non uincere. Admirati sumus 25
 ingentem uirum, quem non regis, non contra regem promissa
 flexissent, boni exempli tenacem, quod difficillimum est, in
 bello innocentem, qui aliquod esse crederet etiam in hostes

1 diuitis *pr. Q* cum *B A*, alteram *i* *superscr. m. rec.*, diuitiis *q*
 5 || 4 notitiae, e *punct. Q* || 6 innocentiam (*pro* in notitiam) *Q* | est
om. Q || 7 occurrisset *Q q* 5 *vulgo edd. ante Fickertum*, occurrisset *B A*
idque commendat clausulae ratio || 8 colligisse *Q* | facturum *pr. Q* |
coll- Q || 9 analogiam *Q* || 11 damnandum *ut glossema uncis inclusit*
Haase | puto *iteravit Buecheler: vide praef. ibid.* | ciuitate
 suū *Q* | rediendum *Q* || 15 colligimus *Q B A*, collegimus *q* 5 ||
 18 facta *Q B A*, facti *q* 5 || 21 pyrrhi *Q* *et sic deinde in hoc nomine*
om. h || 23 si (*pro se*) *Q* || 26 uirumq; (*pro uirum quem*) *Q*

nefas, qui in summa paupertate, quam sibi decus fecerat,
 non aliter refugit diuitias quam uenenum. « Viue » inquit
 « beneficio meo, Pyrrhe, et gaude quod adhuc dolebas, Fa-
 bricium non posse corrumpi. » Horatius Cocles solus impleuit 7
 5 pontis angustias adimique a tergo sibi reditum, dummodo
 iter hosti auferretur, iussit et tam diu prementibus restitit,
 donec reuulsa ingenti ruina tigna sonuerunt. Postquam re-
 spexit et extra periculum esse patriam periculo suo sensit,
 « ueniat, si quis uult » inquit « sic euntem sequi » iecitque se
 10 in praeceps et non minus sollicitus in illo rapido alueo flumi-
 nis ut armatus quam ut saluus exiret, retento armorum uic-
 tricium || decore tam tutus redit, quam si ponte uenisset. Haec
 et eiusmodi facta imaginem nobis ostendere uirtutis. Adiciam,
 quod mirum fortasse uideatur: mala interdum speciem honesti
 15 obtulere et optimum ex contrario enituit. Sunt enim, ut scis,
 uirtutibus uitia confinia, et perditis quoque ac turpibus recti
 similitudo est: sic mentitur prodigus liberalem, cum plurimum
 intersit, utrum quis dare sciat an seruare nesciat. Multi, in-
 quam, sunt, Lucili, qui non donant, sed proiciunt: non uoco
 20 ego liberalem pecuniae suae iratum. Imitatur negligentia
 facilitatem, temeritas fortitudinem. Haec nos similitudo coe- 9
 git adtendere et distinguere specie quidem uicina, re autem
 plurimum inter se dissidentia, dum obseruamus eos, quos in-
 signes egregium opus fecerat. Coepimus adnotare, quis rem

2 Bibe Q || 4 cochles Q B et ex corr. A || 5 adimique pr.
 Q mutatum in ademitque m. rec. perperam | Adergo pr. Q |
 dūmodo (dū super add. Q¹) Q cum q 5, dummo A et pr. B |
 || 6 offeretur Q | etiam Q, et iam B A q, et tam Laurent. XXXVIII
 24 et Palat. quartus Gruteri || 9 legitq; Q cum B et pr. A, de-
 ditque q vulgo edd. ante Fickertum, egitque vel iecitque alii 5 ||
 11 tamquam ut Q || 12 redit sic Q B A: clausulae ratione commen-
 datur || 13 et in eiusmodi sed in transf. Q | ostender & pr. Q || 15
 obtulere Q vell. (opt. pr. B idque recepit Hense), obtulerunt vulgo
 edd. ante Fickertum | nituit Q B A vulg., enituit Hense² ex cod.
 Ottobon. 1031 ut maluerat Buecheler, emicuit cod. Velz. || 17 prodigas
 pr. Q || 18 in qua pr. Q || 20 negligentiam sed in transf. Q || 22 adt-
 sic Q || 24 fecerat. Coepimus adnotare Q: vide praef. p. LXX s.
 | quis Q B A q, ut quis Laurent. XXXVIII 24 Sangall. 878 alii,

aliquam generoso animo fecisset et magno impetu, sed semel. Hunc uidimus in bello fortem, in foro timidum, animose paupertatem ferentem, humiliter infamiam: factum laudauimus, contempsimus uirum. Alium uidimus aduersus amicos benignum, aduersus inimicos temperatum, et publica et priuata sancte ac religiose administrantem, non deesse ei in is, quae toleranda erant, patientiam, in is, quae agenda, prudentiam. Vidimus, ubitribuendum esset, plena manu dantem, ubi laborandum, pertinacem et obnixum et lassitudinem corporis animo subleuantem. Praeterea idem erat semper et in omni actu par sibi, iam non consilio bonus, sed more eo perductus, ut non tantum recte facere posset, sed nisi recte facere non posset. Intelleximus in illo perfectam esse uirtutem. Hanc in partes diuisimus: oportebat cupiditates refrinari, metus comprimi, facienda prouideri, reddenda distribui: comprehendimus temperantiam, fortitudinem, prudentiam, iustitiam et suum cuique dedimus officium. Ex quo ergo uirtutem intelleximus? ostendit illam nobis ordo eius et decor et constantia et omnium inter se actionum concordia et magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta est illa beata uita secundo defluens cursu, arbitrii sui tota. Quomodo ergo hoc ipsum nobis apparuit? dicam. Numquam uir ille perfectus adeptusque uirtutem fortunae maledixit, numquam accidentia tristis exceperit, ciuem esse se uniuersi et militem credens labores uelut imperatos subit. Quicquid

« fortasse recte ut exemplum de multis unum denotetur » Buecheler || 1 imp&u. Sed semel Q cum B A, impetu sed semel. Hunc recte distinxerunt ex vet. lect. Pinciani Muretus et vulgo edd. ante Ruhkopfium (qui coni. sed simul) et sic recentiores inde a Buechelero || 3 infamiam Q sed extr. in punct. perperam | factum pr. Q mutatum in fractum m. rec. perperam || 6 sanctae acreligiosae Q | & Q cum B A, ei q ut coni. Schweighaeuser, et vel ei et alii 5 | in his Q et sic mox cum rell. praeter B A ubi in hiis: scr. iis Buecheler Hense || 9 obnoxium Q B A q vulg., obnixum Laurent. XXXVIII 24 Met. 377 Ottobon. 1031 || 12 etnon (pro ut non) Q || 14 hac Q || 15 conpr- Q || 19 concordia Q, consordia A et pr. B || 21 cursui Q || 25 subit Q B A: clausulae ratione commendatur

inciderat, non tamquam malum aspernatus est et in se casu
 delatum, sed quasi delegatum sibi. Hoc qualecumque,
 inquit, meum est: *sed* asperum est, || durum est? in hoc ipso na-
 uemus operam. Necessario itaque magnus apparuit qui num-
 5 quam malis ingemuit, numquam de fato suo questus est:
 fecit multis intellectum sui et non aliter quam in tenebris
 lumen effulsit aduertitque in se omnium animos, cum esset
 placidus et lenis, humanis diuinisque rebus pariter aequus.
 Habebat perfectum animum et ad summam sui adductum, 14
 10 supra quam nihil est nisi mens dei, ex quo pars et in hoc
 pectus mortale defluxit: quod numquam magis diuinum est,
 quam ubi mortalitatem suam cogitat et scit in hoc natum
 hominem, ut uita defungeretur, nec domum esse hoc corpus,
 sed hospitium, et quidem breue hospitium, quod relinquen-
 15 dum est, ubi te grauem esse hospiti uideas. Maximum, in-
 quam, mi Lucili, argumentum est animi ab altiore sede ueni-
 entis, si haec, in quibus uersatur, humilia iudicat et an-
 gusta, si exire non || metuit. Scit enim quo exiturus sit, fol. 86r
 qui unde uenerit, meminit. Non uidemus quam multa nos
 20 <in>commoda exagitent, quam male nobis conueniat hoc
 corpus? Nunc de capite, nunc de uentre, nunc de pectore ac 16
 faucibus querimur; alias nerui nos, alias pedes uexant, nunc
 deiectio, nunc destillatio; aliquando superest sanguis, ali-
 quando deest: hinc atque illinc temptamur et expellimur. Hoc

I casum Q et pr. B, cassum A, casu q vulg. || 2 est om. post
 qualecumque Q | meum esse, asperum est Q, meum est a. est re l.
 mss. et vulg.: ex Q eruo Hoc qualecumque (indef.: cf. ep. 123, 4
 haec qualiscumque cena), inquit, meum est: sed asperum est, durum
 est? in hoc ipso nauemus operam. Hic desinit Q unde quaternionem
 ultimum reuulsum esse dolendum est: dehinc codicis q scripturas profero,
 quatenus aliquid momenti habere videntur || 5 statu (t facto superscr.) q ||
 9 adductus (s. est superscr.) q, adductus B A, adductum (ut corr.
 Bartsch et Buecheler) Harlei. 2659: animum ad summam sui ad-
 ductus vulgo edd. ante Buechelerum || 10 ex qua q alii 5 edd.
 ante Haasium || 15 esse om. q alii 5 || 16 s. uenientis sede q vulgo
 edd. ante Schweighaeuserum || 20 incommoda q vell. 5, commoda
 B A || 21 Nunc de uentre nunc de/capite q vulgo edd. ante Schweig-
 haeuserum

- 17 euenire solet in alieno habitantibus. At nos corpus tam putre
 sortiti nihilominus aeterna proponimus et in quantum potest
 aetas humana protendi, tantum spe occupamus, nulla con-
 tenti pecunia, nulla potentia. Quid hac re fieri impudentius,
 quid stultius potest? Nihil satis est morituris, immo morien- 5
 tibus: cotidie enim propius ab ultimo stamus, et illo, unde
 18 nobis cadendum est, hora nos omnis inpellit. Vide in quanta
 caecitate mens nostra sit: hoc quod futurum dico, cum maxi-
 me fit, et pars eius magna iam facta est, nempe quoad uixi-
 mus. Erramus autem qui ultimum timemus diem, cum tan- 10
 tumdem in mortem singuli conferant. Non ille gradus lassi-
 tudinem facit, in quo deficimus, sed ille profitetur. Ad mor-
 tem dies extremus peruenit, accedit omnis: carpit nos illa,
 non corripit. Ideo magnus animus conscius sibi melioris na-
 turae dat quidem operam, ut in hac statione qua positus est, 15
 honeste se atque industrie gerat, ceterum nihil horum, quae
 circa sunt, suum iudicat, sed ut commodatis utitur, peregri-
 19 nus et properans. Cum aliquem huius uideremus constantiae,
 quidni subiret nos species non usitatae indolis? utique si hanc,
 ut dixi, magnitudinem ueram esse ostendebat aequalitas. 20
 Vero tenor permanet, falsa non durant. Quidam alternis Va-
 tinii, alternis Catones sunt: et modo parum illis seuerus est
 Curius, parum pauper Fabricius, parum frugi et contentus
 uilibus Tubero; modo Licinum diuitiis, Apicium cenis, Maec-

1 at nos q, ad nos B A || 2 alterna q B et pr. A: aeterna
 corr. Pincianus ex Franciscano exemplari ubi aeterna || 7
 cadendum B q 5, eandem A || 8 nunc maxime q vetustissimi edd.
 || 9 nam quod q cum B A vell.: iam quoad Buecheler idque recepe-
 runt Hense¹ Hauck: puto fuisse nempe quoad | uiximus tempore
 eo loco erat quo erat antequam uiximus q vulgo edd. ante Bueche-
 lerum, qui quidem tempus et eo loco est scripserunt inde a Mureto: v.
 tempore (vel tempus) — uiximus om. B A cod. Velz. Buecheler
 Hense quibus assentior || 13 accidit B A q, accedit 5 || 20 qualitas
 B A q, equalitas cod. Velz. ut coni. Gronovius (aeq-) || 21 uerus
 q alii 5 idque probat Gruterus, ueri cod. Ottobon.-Rom. 1670 ut
 coni. Gronovius, uero Buecheler Hense ex B A nonnullis 5 | Vatinii q,
 uatim pr. B, uatini A || 22 illis parum q || 24 licinium diuitiis q,
 Licinum d. cod. Guelferb. (Gud. 10) teste Fickerto et sic scr. iam Muretus

cenatam deliciis prouocant. Maximum indicium est malae
 mentis fluctuatio et inter simulationem uirtutum amorem- 20
 que uitiorum adsidua iactatio oris. «Habebat saepe ducen-
 tos, saepe decem seruos; modo reges atque tetrarchas, omnia
 5 magna loquens, modo «sit mihi mensa tripes et concha salis
 puri, toga quae defendere frigus quamuis crassa queat»;
 decies centena dedisses huic parco, paucis contento: quinque
 diebus nil erat.» Homines isti tales sunt, qualem hunc de- 21
 scribit Horatius Flaccus, numquam eundem, ne similem quidem
 10 sibi: adeo in diuersum aberrat. Multos dixi? prope est, ut
 omnes sint. Nemo non cotidie et consilium mutat et uotum:
 modo uxorem uult habere, modo amicam, modo regnare uult,
 modo id agit, ne quis sit officiosior seruus, modo dilatat se
 usque ad inuidiam, modo subsidit et contrahitur infra humi-
 15 litatem uere iacentium, nunc pecuniam spargit, nunc rapit.
 Sic maxime coarguitur animus imprudens: alius prodit atque 22
 alius et, quo turpius nihil iudico, impar sibi est. Magnam ||
 rem puta unum hominem agere. Praeter sapientem autem fol. 86v
 nemo unum agit, ceteri multiformes sumus. Modo frugi tibi
 20 uidebimur et graues, modo prodigi et uani: mutamus sub-
 inde personam et contrariam ei sumimus, quam exuimus.
 Hoc ergo a te exige, ut, qualem institueris praestare te, ta-
 lem usque ad exitum serues: effice ut possis laudari, si minus,
 ut agnosci. De aliquo, quem here uidisti, merito dici pot-
 25 est: «hic qui est?» Tanta mutatio est. VALE.

2 et iter q 5, cancer. B A | amorēque uiciorū q alii 5, Pinc.
 «vetus lectio» ubi uit-, amorumque utiliorum A B || 3 Is q cum B
 A rell.: vide praef. p. LXXI || 4 decē q, ducem B et pr. A |
 atque/tetrarchas q, adq; tetrachas B A || 6 puri et toga Hor.,
 et om. B A plerique 5 || crassa/queat. Decies q, crassa. que (quae
 A) adde cies B A || 7 dedisses q 5 Hor., dedisset B A || 8 nil q 5 Hor.,
 nihil B A | in oculis post erat add. q plerique 5 vulg. ex Horatio,
 om. B A Buecheleer Hense | omnes B A q rell.: homines corr. Buecheleer
 || 18 sapientiā q cum B A, † sapientem superscr. q¹ || 19 unum q alii
 5, unam B A | tibi frugi q || 21 ei q 5, et A et pr. B || 22-24 v. Hoc
 ergo — ut agnosci traiecit post tanta mutatio est Haase, sed ita
 epistolulae finem minus incitatum et vibrantem fieri monet Eug. Albertini
 (op. c. p. 194 adn. 1) || 24 heri q || 25 quis q 5, qui B A

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. CXXI 1 **L**itigabis, ego uideo, cum tibi hodiernam quaestiunculam, in qua satis diu haesimus, exposuero: iterum enim exclamabis: « hoc quid ad mores? » Sed exclama, dum tibi primum alios opponam, cum quibus litiges, Posidonium et 5 Archidemum: hi iudicium accipient. Deinde dicam: non quicquid morale est, mores bonos facit. Aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad uestiendum, aliud ad docendum, aliud ad delectandum. Omnia tamen ad hominem pertinent, etiam si non omnia meliorem eum 10 faciunt. Mores alia aliter attingunt: quaedam illos corrigunt et ordinant, quaedam naturam eorum et originem scrutantur.

3 Cum *quaero*, quare hominem natura produxerit, quare praetulerit animalibus ceteris, longe me iudicas mores reliquisse? falsum est. Quomodo enim scies, qui habendi sint, nisi quid 15 homini sit optimum, inueneris, nisi naturam eius inspexeris? Tunc demum intelleges, quid faciendum tibi, quid uitandum

4 sit, cum didiceris, quid naturae tuae debeas. « Ego » inquis « uolo discere, quomodo minus cupiam, minus timeam. Superstitionem mihi excute: doce leue esse uanumque hoc, quod 20 felicitas dicitur, unam illi syllabam facillime accedere. » Desiderio tuo satis faciam, et uirtutes exhortabor et uitia conuerberabo. Licet aliquis nimium immoderatumque in hac parte me iudicet, non desistam persequi nequitiam et adfectus

3 Interim eim q *vett. edd.* || 4 clamabis hoc quod clamare soles quid ad mores q *alii* § | ad exclamandum q *alii* §, exclamandum B et *pr.* A, exclamanti *nonnulli* § : exclama, dum *Gruterus* || 7 morale q *alii* §, mortale B A | bonos mores q *vulg.*, mores bonos *Hense ex B A* || 11 Mores q *cum* §, timores B A | alii q | quidam q *et sic mox* || 13 quaeritur *pauci* § *vulg.*, *om.* B A q: quaero *Schweighauser idque recipio cum Hensio* | produxerit quare praetulerit q *cum B*, produxerit quaeritur quare praetulerit (*præ corr. ex pro*) A ubi tamen quaeritur *prorsus deesse testatur Schweighauser* || 17 intelliges A q | quid fatiendū sit tibi. quid uitandum q

efferatissimos inhibere et uoluptates ituras in dolorem com-
 pescere et uotis obstrepere. Quidni? cum maxima malorum
 optauerimus, et ex gratulatione natum sit quicquid adlo-
 quimur. Interim permitte mihi ea, quae paulo remotiora ui- 5
 dentur, excutere. Quaerebamus, an esset omnibus anima-
 libus constitutionis suae sensus? Esse autem ex eo maxime
 apparet, quod membra apte et expedite mouent non aliter
 quam in hoc erudita: nulli non partium suarum agilitas est.
 Artifex instrumenta sua tractat ex facili, rector nauis scite
 10 gubernaculum flectit, pictor colores, quos ad reddendam
 similitudinem multos uariosque ante se posuit, celerrime
 denotat et inter || ceram opusque facili uultu ac manu com- fol. 87r
 meat: sic animal in omnem usum sui mobilest. Mirari solemus 6
 saltandi peritos, quod in omnem significationem rerum et
 15 adfectuum parata illorum est manus, et uerborum uelocita-
 tem gestus adsequitur: quod illis ars praestat, his natura.
 Nemo aegre molitur artus suos, nemo in usu sui haesitat. Hoc
 edita protinus faciunt; cum hac scientia prodeunt: instituta
 nascuntur. « Ideo » inquit « partes suas animalia apte 7
 20 mouent, quia si aliter mouerint, dolorem sensura sunt. Ita,
 ut uos dicitis, coguntur, metusque illa in rectum, non uolun-
 tas mouet. » Quod est falsum: tarda enim sunt, quae neces-
 sitate inpelluntur, agilitas sponte motis est. Adeo autem non

3 quicq- q et sic ubique scriptum uidimus in Q | obsequimur q,
 adloquimur vel all- plerique vett. et ζ idque restituit Haase (scil.
 solandi causa loquimur), obloquimur edd. superiores inde a Mureto:
 amolimur Madvig, adloquio solamur Io. Mueller, « adloquimur
 loquendi et solandi uerborum structuram sequitur » adn. Hense
 || 9 facile B A q pro adverbio dici potuit sed, ut Hense adnotat,
 periculum erat ne opus facile contingeretur || 14 satiant B A, sa-
 tiat q: scenae Erasmus, saltationis Turnebus, saltandi Gronovius id-
 que receperunt edd. inde a Ruhkopffio. An saltat? scil. saltatus
 (genit. sing.) | partes q, peritos uell. (per- A) || 17 egre q cum ζ,
 aegro B et pr. A | hesit. At hec q confirmat haesitat a Madvigio
 coniectum, haesit. ad hoc B A edd. ante Hensium || 18 ita insti-
 tuta Th. Matthiae sed, ut Hense adnotat, enervans orationem ||
 19 nascitur q cum ζ, nascuntur B A || 22 falsum ē q || 23 sponta-
 neus motus q edd. ante Schweighaeuserum

- adigit illa ad hoc doloris timor, ut in naturalem motum etiam
 8 dolore prohibente nitantur. Sic infans, qui stare meditatur
 et ferre se adsuescit, simul temptare vires suas coepit, cadit et
 cum fletu totiens resurgit, donec se per dolorem ad id, quod
 natura poscit, exercuit. Animalia quaedam tergi durioris
 inuersa tam diu se torquent ac pedes exerunt et obliquant,
 donec ad locum reponantur. Nullum tormentum sentit supinata
 testudo, inquieta est tamen desiderio naturalis status nec
 ante desinit niti et quaterere se,, quam in pedes constitit.
 9 Ergo omnibus constitutionis suae sensus est et inde mem- 10
 brorum tam expedita tractatio, nec ullum maius indicium habemus
 cum hac illa ad uiuendum uenire notitia, quam quod
 10 nullum animal ad usum sui rude est. « Constitutio » inquit
 « est, ut uos dicitis, principale animi quodam modo se habens
 erga corpus. Hoc tam perplexum et subtile et uobis quoque 15
 uix enarrabile quomodo infans intellegit? Omnia animalia
 dialectica nasci oportet, ut istam finitionem magnae parti
 11 hominum togatorum obscuram intellegant. » Verum erat quod
 opponis, si ego ab animalibus constitutionis finitionem intellegi
 dicerem, non ipsam constitutionem. Facilius natura 20
 intellegitur quam enarratur. Itaque infans ille quid sit
 constitutio, non nouit, constitutionem suam nouit: et quid sit
 12 animal, nescit, animal esse se sentit. Praeterea ipsam
 constitutionem suam crasse intellegit et summatim et obscure.

1 ad hec q || 3 assuescit se q *vetustissimi edd.* | simul ut q *pauca* ζ
 || 4 resurgit q ζ, resurgat B A || 5 poscit q *plerique* ζ, poscet B A
 || 7 supinata q *correctiora exemplaria Pinciani et edd. a Curione*
ad Schweighaeuserum idque restituendum puto cum ta ante testudo
facile exciderit, cf. praeced. animalia quaedam tergi durioris in-
 uersa *cet.*; supina testudo *alii* ζ, supinate studio B A || 9 niti &
 quaterere q *ut con.* Schweighaeuser | se *om.* q || 12 illa q ζ, illam
 B A || 13 Constitutio ē iquit ut q *et sic vulgo edd. ante Schweig-*
haeuserum || 15 per plexum & subtile q, perflexum et suptile B,
 perflexum et sculptile A || 16 enarrabile (*supeser. ad uix enarra-*
bile ead. m.) q | intelligit A q *et sic intellig-* *deinceps* q || 21 ille
om. q || 23 *ante* nescit *inseri iubet animal Bartsch* | -ea ipsam]
hic rursus incipere p duobus alienis a priore parte foliis adnotat
Hense || 24 suam *om. p q*

Nos quoque animum habere nos scimus: quid sit animus, ubi sit, qualis sit aut unde, nescimus. Qualis ad nos [peruenerit] animi nostri sensus, quamuis naturam eius ignoremus ac sedem, talis ad omnia animalia constitutionis suae sensus
 5 est. Necesse est enim id sentiant, per quod alia quoque sentiunt; necesse est eius sensum habeant, cui parent, a quo reguntur. Nemo non ex nobis intellegit esse aliquid, quod
 13 impetus suos moueat: quid sit illud, ignorat. Et conatum sibi esse scit: quis sit aut unde sit, nescit. Sic infantibus quoque
 10 animalibusque principalis partis suae sensus est non satis dilucidus nec expressus. « Dicitis » inquit « omne animal primum constitutioni suae conciliari, hominis autem constitutionem rationalem esse et ideo conciliari hominem sibi non
 14 tamquam animali, sed tamquam rationali: ea enim parte sibi carus est homo, qua homo est. Quomodo ergo infans conciliari constitutioni rationali potest, cum rationalis nondum
 15 sit? » Vnicuique aetati sua || constitutio est, alia infanti, alia puero, alia seni: omnes ei constitutioni conciliantur, in qua sunt. Infans sine dentibus est: huic constitutioni suae conciliatur.
 20 Enati sunt dentes: huic constitutioni conciliatur. Nam et illa herba, quae in segetem frugemque uentura est, aliam constitutionem habet tenera et uix eminens sulco, aliam, cum conualuit et molli quidem culmo, sed quo ferat onus suum, constitit, aliam, cum flauescit et ad aream spectat
 25 et spica eius induruit: in quamcumque constitutionem uenit, eam tuetur, in eam componitur. Alia est aetas infantis, pueri, 16
 adulescentis, senis: ego tamen idem sum, qui et infans fui

15
fol. 87v

1 habere aimum q | noscimus B q || 2 peruenerit *uncis inclusit Haase: adscriptum videtur Hensio ex ep. 120,1* || 9 quid aut (*plane pro autem ut legitur in duobus aliis c*) sit q, quis sit B A p || 10 iest q || 11 nō expressus q et sic vulgo *edd. ante Schweighaeuserum* || 17 s. alia puero, alia adulescenti, alia seni Gertz idque probat Hense *conl. § 16 in. sed hic noster nimiam molestamque iterationem pronominis alia vitare voluisse videtur, cum praesertim puer etiam ad adulescentis aetatem haud raro patescat* || 18 ei om. q || 23 quod q cum B A p, quo quattuor *codd. Romani teste Fickerto* || 27 et om. ante infans q

- et puer et adulescens. Sic, quamuis alia atque alia cuique constitutio sit, conciliatio constitutionis suae eadem est. Non enim puerum mihi aut iuuenem aut senem, sed me natura commendat. Ergo infans ei constitutioni suae conciliatur, quae tunc infanti est, non quae futura iuueni est. Neque enim si aliquid illi maius, in quod transeat, restat, non hoc quoque, in quo nascitur, secundum naturam est: primum sibi ipsum conciliatur animal; debet enim aliquid esse, ad quod alia referantur. Voluptatem peto, cui? mihi: ergo mei curam ago. Dolorem refugio, pro quo? pro me: ergo mei curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est mei cura. Haec animalibus inest cunctis nec inseritur, sed innascitur.
- 17 Producit fetus suos natura, non abicit; et quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisque commissus est. Itaque, ut in prioribus epistulis dixi, tenera quoque animalia et materno utero uel ouo modo effusa, quid sit infestum, ipsa protinus norunt et mortifera deuitant: umbram quoque transuolantium reformidant obnoxia auibus rapto uiuentibus.
- 18 Nullum animal ad uitam prodit sine metu mortis. « Quemadmodum » inquit « editum animal intellectum habere aut salutaris aut mortiferae rei potest? » Primum quaeritur, an intellegat, non quemadmodum intellegat. Esse autem illis intellectum ex eo apparet, quod nihil amplius, si intellexerint, faciunt. Quid est, quare pauonem, quare anserem gallina non fugiat, at tanto minorem et ne

1 cuique *om. q* || 2 constitutionis eadem sui ē *q* quo *verborum ordine, mutato* sui in suae, *concinrior efficitur clausula sed contortior fit oratio* || 3 enim puerū *q* cum *p*, enim in (enī In A) puerum *BA*: enim infantem aut *p. Gertz* || 7 s. conciliatur ipsum an. *q* || 12 Hoc ī ē animalibus cunctis non inseritur *q* || 15 epistularum corpore desiderari et alii viri docti animadverterunt et nuper *Eug. Albertini* (op. c. p. 167), cf. ep. 98,15 | animalia ex materno *q* || 16 quoquo *q* vulg., quo *BA*: ovo *Hense ex Bartschii et Gertzii coniectura* | ipsis *q* || 17 vulg., ipsi *B p¹*, *om. A*: ipsa corr. *Hense* || 19 ad uitam *om. q* || 21 salutis *q* || 22 non quemadmodum intellegat *om. q* || 24 quam intellexerunt fatiūt *q* cum aliis || 25 quum pro quam *coni. Pincianus* || 25 nō fugiat *q* cum *A*,

notum quidem sibi accipitrem? quare pulli faelem timeant, canem non timeant? Apparet illis inesse nocituri scientiam non experimento collectam: nam antequam possint experisci, cauent. Deinde ne hoc casu existimes fieri, nec metuunt
 5 alia quam debent nec umquam obliuiscuntur huius tutelae et diligentiae: aequalis est illis a pernicioso fuga. Praeterea non fiunt timidiora uiuendo. Ex quo quidem apparet non usu illa in hoc peruenire, sed naturali amore salutis suae. Et tardum est et uarium, quod usus docet; quicquid natura tra-
 10 dit, et aequale omnibus est et statim. Si tamen exigis, dicam, quomodo omne animal perniciosa intellegere conatur? sentit se carne constare. Itaque sentit, quid sit, quo secari caro, quo uri, quo obteri possit, quae sint animalia armata ad nocendum: horum speciem trahit inimicam et hostilem. Inter
 15 se ista coniuncta sunt: simul enim conciliatur saluti suae quidque, et iuuantia illic petit et laesura || formidat. Naturales ad utilia impetus, naturales a contrariis aspernationes sunt: sine

20

21

fol. 88r

ne fugiat *B* p^1 alii idque ortum esse ex \bar{n} refugiat (non refugiat duo ζ et vulgo edd. ante Fickertum) putauit Ianus: nec timeat nec fugiat con. Rossbach || 1 sibi quidem q || 2 non/deesse (pro inesse) q cum aliquot ζ || 3 possent *B A* q , possint ζ | experiri cauēt q cum *A*, experiscicauent ex experiscauent ead. *m.* *B* idque *m. rec.* in experiri mutauisse videtur, experis cauent p^1 : corr. Buecheler verbum experisci recipiens ex inscriptionibus notum (arch. lex. lat. II p. 118) || 6 perniciosus q alii ζ , pernicioso *B A* || 10 et om. post tradit q | equale ē omnibus & statim q : vide praef. p. LXXI s. || 12 Ita consentit q cum paucis ζ (ubi itaque aut item), itaque sentit *B A* vulgo edd. usque ad Ruhnkopffium idque restituerunt Haase et Hense: itaque quum sentit Schweighaeuser, itaque cum s. Fickert || 13 obt- sic q || 15 s. quisque q per synesin pro quodque animal apte quadraret nisi interpolationem perspicue redoleret, quidq. p^1 , quidque *pr.* *B* vulg. quid quae *A*, quodque duo codd. Ottobon.-Rom. et Schweighaeuser || 16 que iuuant illa q vulg. (quae iuuant, illa vulg.), iuuant (iuuant *A*) illa *B A* p : quae iuuant illam (scil. salutem), petit Gronovius, iuuantia *p.* Haase Hense¹, iuuatura vel utilia ut videtur Hense². Recepto iuuantia ex Haasii coniectura, opinor illa pro illic (= illo tempore, illico) traditum esse propter formam ic vocalis a (cf. ep. 95, 2 ab is qui illum obmutescere illic cupiunt) et addo et post petit, ita ut enuntiatum et iuuantia petit et laesura formidat apodosis sit praecedentis simul (= simulac) enim — quidque || 16 s. naturales — impetus om. *p* q edd. ante Schweighaeuserum

- ulla cogitatione, quae hoc dictet, sine consilio fit, quicquid
 22 natura praecepit. Non uides, quanta sit subtilitas apibus ad
 fingenda domicilia, quanta diuidui laboris obeundi *tribuendique*
 concordia? Non uides, quam nulli mortalium imitabilis illa
 aranei textura, quanti operis sit fila disponere, alia in rec- 5
 tum inmissa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex denso
 rara, qua minora animalia, in quorum perniciem illa ten-
 23 duntur, uelut retibus implicata teneantur? Nascitur ars ista,
 non discitur. Itaque nullum est animal altero doctius: uidebis
 araneorum pares telas, par in fauis angulorum omnium fo- 10
 ramen. Incertum est et inaequabile, quicquid ars tradit; ex
 aequo uenit, quod natura distribuit. Haec nihil magis quam
 tutelam sui et eius peritiam tradidit, ideoque etiam simul
 24 incipiunt et discere et uiuere. Nec est mirum cum eo nasci
 illa, sine quo frustra nascerentur. Primum hoc instrumen- 15
 tum *in* illa natura contulit ad permanendum, [in] conciliationem
 et caritatem sui. Non poterant salua esse, nisi uellent: nec
uero hoc per se profuturum erat, sed sine hoc nulla res pro-

1 dicit *p q plerique* ζ, dictet *A et ex corr. m. antiquae B*:
 quae hoc dictet *om. Muretus et inde edd. ante Ruhkopfium qui*
recepit dicit | quicq- sic p q || 2 precipit q | 3 diuidui B A q
plerique ζ vulg.: diuidendi (-undi Windhaus) Haase | obeundique
B p q plerique ζ, obeundi A vulg.: obeundi undique Buecheler,
obeundi tribuendique Castiglioni cui assentior || 4 imitabilis q
plerique ζ, sit add. alii ζ et vulgo edd. ante Schweighaeuserum,
imitabiles B A p¹ || 5 araneorum et sic paulo infra q || 7 quam
minora B A p q, † qua superscr. q¹ | perniciem q alii ζ, praet-
tium B p, precium aliquot ζ, predam Velz. idque defendit Rud.
Muecke || 9 animal om. q || 10 pares telas q, par est telas A et
pr. B, parsestellas p || 11 quicq- sic q | tradidit q alii ζ | ex
quo q, et ex aequo vel aequo alii ζ, et quo B p et pr. A, ex
aequo «vetus lectio» Pinc. et nonnulli ζ || 16 illa B A p q: illis
vulgo edd. inde a Mureto quae scriptura si codicum auctoritate ni-
tatur, apte quadret (illis natura in illa natura facile potuit mutari
aequandae structurae causa), in illa (scil. animalia) Hense ex Wind-
hausii coniectura | in secl. Bartsch Madvig || 17 s. nec nō hoc per
se q cum B A, nec non hoc p, nec hoc per se vulgo edd. inde a
Mureto: nec unum hoc per se Haase, nec enim h. per se Casti-
glioni. Puto nō, quod Hense uncis includit, ex compendio parti-
culae uero male interpretato, hic, ut alibi, traditum esse || 18 nulla
ars Haase

fuisset. Sed in nullo deprendes uilitatem sui, <ne> negligentiam quidem. Tacitis quoque et brutis, quamuis in cetera torpeant, ad uiuendum sollertia est. Videbis, quae aliis inutilia sunt, sibi ipsa non deesse. VALE.

5 SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Detrimentum iam dies sensit: resiliit aliquantum, ita 1 Ep. CXXII
 tamen ut liberale adhuc spatium sit, si quis cum ipso, ut ita
 dicam, die surgat. Officiosior meliorque, si quis illum expec-
 tat, ut lucem primam exuat: turpis, qui alto sole semisomnus
 10 iacet, cuius uigilia medio die incipit; et adhuc multis hoc an-
 telucanum est. Sunt qui officia lucis noctisque peruerterint 2
 nec ante diducant oculos hesternae graues crapula quam ad-
 petere nox coepit. Qualis illorum condicio dicitur, quos na-
 tura, ut ait Vergilius, sedibus nostris subditos e contrario
 15 posuit, «nosque ubi primus equis Oriens adflauit anhelis,
 illis sera rubens accendit lumina Vesper»: talis horum con-
 traria omnibus non regio, sed uita est. Sunt quidam in eadem
 urbe antipodes, qui, ut M. Cato ait, nec orientem umquam
 solem uiderunt nec occidentem. Hos tu existimas scire, quem- 3
 20 admodum uiuendum sit, qui nesciunt, quando? Et hi mor-

¹ sed tamquam dittographiam secl. Bartsch Madvig Hense, at hic corrigendo continuatur sententia quae uerbis nisi uellent et sine hoc continetur | ne om. B A (super add. m. recentissima in A) p q plerisque § || 2 quamuis q, quamuis uell. § uulg., quam (quã A) B p et pr. A unde quamquam Hense sed uis ante in facile excidere potuit || 3 solertia q A || 6 aliquantulũ A q nonnulli § uulgo edd. usque ad Schweighaeuserum || 8 expectat A q || 9 exiit q detegit supersvc. q¹: uide praef. p. LXXII | semisomnis q alii §, -somnia B A: «semisomnes dial. X 14,4 sed codicis Ambrosiani tertia demum m.» adn. Hense || 10 incipit q §, incepit B A p | ante lucanum hoc multis ē q alii § || 11 noctis/lucisque q cod. Rehdig I | peruertant q alii §: peruertunt uulgo edd. ante Schweighaeuserum || 12 deducāt q cum plerisque §, deducant et (deducantet B, deducante p¹) deducant B p¹ et pr. A || 18 ut ait oratius (oratius punct.) cato q, ut ait M. Cato cod. Rehdig. I || 19 nec cadentem q alii § || 20 & ubi q alii §, et in B p¹, etui pr. A

tem timent, in quam se uiui condiderunt? tam infausti omine
 quam nocturnae aues sunt. Licet in uino unguentoque tene-
 bras suas exigant, licet epulis et quidem in multa fericula dis-
 coctis totum peruersae uigiliae tempus educant, non conui-
 uantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certe interdiu paren- 5
 tatur. At mehercules nullus agentis dies longus est. Extenda-
 fol. 88^v mus uitam: huius et officium et argumentum actus || est.
 Circumscribatur nox, et aliquid ex illa in diem transferatur.

4 Aues, quae conuiuuis comparantur, ut inmotae facile pin-
 guescant, in obscuro continentur; ita sine ulla exercitatione 10
 iacentibus tumor pigrum corpus inuadit, et sub parua umbra
 iners sagina subcrescit. Ita et istorum corpora, qui se tene-
 bris dicauerunt, foeda uisuntur. Quippe suspectior illis quam
 morbo pallentibus color est, languidi et euanidi alben, et
 in uiuis caro morticina est. Hoc tamen minimum in illis malo- 15
 rum dixerim. Quanto plus tenebrarum in animo est! ille in
 se stupet, ille caligat, inuidet caecis: quis umquam oculos
 5 tenebrarum causa habuit? Interrogas, quomodo haec animo
 prauitas fiat auersandi diem et totam uitam in noctem trans-
 ferendi? Omnia uitia contra naturam pugnant, omnia debitum 20
 ordinem deserunt: hoc est luxuriae propositum, gaudere per-
 uersis nec tantum discedere a recto, sed quam longissime

I ī quā se q cum p, in quam in se sed prius in punct. B,
 quā In se A | ifausti homines q cum p plerisque 5 unde infausti
 ominis conī. Pincianus idque receptum ab edd. usque ad Ruhkop-
 fium defendit Rossbach animadvertens infausti nude posito sententiae
 non satisfieri nec intellegi cur librarius ullus uocem homines ex ar-
 bitrio suo addiderit. Puto fuisse infausti omine: cf. Tac. hist. I 6
 introitus in urbem — infaustus omine cet. || 3 pericula B A p q
 vell.: corr. Turnebus | distortis q, discoctis B A p vetustissimi edd.
 idque restituit Hense, districtis «vetus lectio» Pinc.: distinctis
 Muretus, discretis Gronovius || 6 At q 5, ad B A || 7 et om. ante
 officium q || 11 tumor q 5, timor B A p | superba menbra q: vide
 praef. p.LXXII s. || 12 At q plerique 5 vetustissimi edd. Hense, ad B
 p¹ et pr. A, ita cod. Rehdig. I et vulg.: ita et Windhaus cui as-
 sentior || 13 nō spetiosior (pro suspectior) q cum aliis 5 et sic Mu-
 retus alii edd. || 14 color p q 5, calor B A || 18 animi prop.
 Castiglioni || 19 aduersandi p¹ q: dubito an fuerit auersanti et
 sic mox transferenti

abire, deinde etiam e contrario stare. Non uidentur tibi contra 6
naturam uiuere <qui> ieiuni bibunt, qui uinum recipiunt ina-
nibus uenis et ad cibum ebrii transeunt? Atqui frequens hoc
adulescentium uitium est, qui uires excolunt, ut in ipso paene
5 balinei limine inter nudos bibant, immo potent et sudorem,
quem mouerunt potionibus crebris ac feruentibus, subinde
destringant. Post prandium aut cenam bibere uulgare est.
Hoc patres familiae rustici faciunt et uerae uoluptatis ignari:
merum illud delectat, quod non innatat cibo, quod libere
10 penetrat ad neruos: illa ebrietas iuuat, quae in uacuum uenit.
Non uidentur tibi contra naturam uiuere qui commutant cum 7
feminis uestem? Non uiuunt contra naturam qui spectant, ut
pueritia splendeat tempore alieno? Quid fieri crudelius uel
miserius potest? numquam uir erit, ut diu uirum pati possit?
15 et cum illum contumeliae sexus eripuisse debuerat, non ne
aetas quidem eripiet? Non uiuunt contra naturam qui hieme 8
concupiscunt rosam fomentoque aquarum calentium et loco-
rum apta mutatione bruma illum florem uernum <ex>primunt?

2 qui ieiuni q «*vetus lectio*» Pinc. Harlei. 2659, ieiuni B
A p || 3 Atque q cum B p, adq; A, atqui «*vetus lectio*» Pinc. ||
4 uiciū/adolescentium q || 5 balnei q et ex corr. B || 7 distr- q
|| 8 patresfamilie q cum vulg., patresfamilias p || 12 spec/tāt q
cum plerisque libb.: expectant «*vetus lectio*» Pinc., expetunt
coni. Lipsius || 14 uir erit p q, utrerit A et pr. B || 15 non q ali-
quot ζ, none B A, ne p vulg.: non ne Hense qui adn. «*usitatus*
quidem non eripiet ne aetas quidem?» || 17 calentium q vulg., ua-
lentium p: alentium *mauuli* Hense sed cf. Plin. nat. hist. XXI
4,21 qui praecocem (scil. rosam) faciunt, pedali circa radicem
scrobe aquam calidam infundunt germinare incipiente calice |
colorū B p¹ q aliquot ζ, calorū vulg.: locorum Haase cui
assentior, cf. Plin. ib. omnis autem (scil. rosa) recisione atque
ustione proficit, translatione quoque, ut vites, optume ocissi-
meque provenit cet. Quod ad palaeographicam rationem per-
tinet, cf. ep. 123,3 ubi colorum pro locorum exhibent B¹ A¹ ali-
quot ζ calorū alii ζ || 18 brumalium B p¹ A¹ q (-aliū q) vell. (unus
cod. Palat. quartus Gruteri bruinalium): bruma lilium coni. Pin-
cianus idque inde edd. vulgo receperunt, teporum apta imitatione
bruma lilium [florem uernum] exprimunt P. Thomas, sed et arti-
ficia quae hic memorat noster ad rosam pertinent et supervacua inep-
taque videtur adiectio lilii tamquam alterius floris verni hieme ex-
pressi: puto igitur brumalium ex bruma illum prave esse constatum

Non uiuunt co(ntra) naturam qui pomaria in summis turribus serunt? quorum siluae in tectis domuum ac fastigiis nutant, inde ortis radicibus, quo inprobe cacumina egissent? Non uiuunt contra naturam qui fundamenta thermarum in mari iaciunt et delicate natate ipsi sibi <non> uidentur, nisi
 9 calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur? Cum instituerunt omnia contra naturae consuetudinem uelle, nouissime in totum ab illa desciscunt. « Lucet: somni tempus est. Quies est: nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit: tempus est cenae. Non oportet
 10 id facere, quod populus: res sordida est trita ac uulgari uia uiuere. Dies publicus relinquatur: proprium nobis ac peculiare
 10 mane fiat. » Isti uero mihi defunctorum loco sunt: quantum enim a funere absunt et quidem acerbo, qui ad faces et cereos uiuunt? Hanc uitam agere eodem tempore multos memini-
 15 mus, inter quos et Acilium Butam, praetorium, cui post patrimonium ingens consumptum Tiberius || paupertatem confol. 89^r fitenti « sero » inquit « experrectus es ». Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poeta et amicitia Tiberi notus et frigore: ortus et occasus libentissime inserebat. Itaque cum 20

| florem *A p q*, flore *B* | exprimūt *q cum* ζ et *vulg.*, primaint *B*, prima Int *A*, primunt *p*: promunt *prop.* Hense *conl. Colum. III 12,1* || 1 contra naturā *q cum* ζ et *vulg.*, conaturam *B A¹ p¹* || 2 domorum *q* « *vetus lectio* » *Pinc.*, domuum *aliquot* ζ et *recentiores edd.*, domum *B p et pr. A* || 3 nutāt *q*, mutant *B A p aliquot* ζ | cacumiā *q cum plerisque* ζ , cacumine *B A p* || 5 et *B A p¹ q vell.*: nec *Pincianus et vulg.* | sibi ipsi uidentur *q alii* ζ , ipsi sibi non uidentur *duo codd. Romani*, ipsi sibi dentur *B¹ p¹* (ui *superscr. antiqua m. in B*), ipsi uidentur *A* | ubi (*pro nisi*) *q alii* ζ || 6 aut temp. *q* || 8 desistunt *q alii* ζ , desciscunt *p plerique* ζ *vulg.*, desuiscent *A et ex deseiscunt B*: disuescūt *ed. Mentel.*, desuescent *Hense* || 9 nūc gestemur (*ur per notam*) *q cum p cod. Harlei.* 2659, n. gestemus *plerique* ζ , *om. B A*: suspectavit *Bartsch cui adsensus fere est Buecheler, defendunt Rossbach et Hense conl. § 15 extr.* || 11 trita aut *q alii* ζ || 12 publicus *q* ζ , publices *A et pr. B*, huplices *p¹* | propius *q*: *uide praef. p. LXXIII* || 14 absunt *om. q* || 16 & atilium *q etacilium B ubi supra c flexus additus et rursus detersus est* || 19 Iulius] illius *B p¹, pr. A, q* | poete amicitia *q*, poetaeamicitia *p* | et frequenter (*pro et frigore*) *q aliquot* ζ

indignaretur quidam illum toto die recitasse et negaret
 accedendum ad recitationes eius, Natta Pinarius ait: «num-
 quam possum liberalius agere: paratus sum illum audire
 ab ortu ad occasum.» Cum hos uersus recitasset: «incipit 12
 5 ardentes Phoebus producere flammās, spargere <se> rubicunda
 dies, iam tristis hirundo argutis reditura cibos <in>mittere
 nidis incipit et molli partitos ore ministrat», Varus eques
 Romanus, M. Vinicii comes, cenarum bonarum adsector,
 quas improbitate linguae merebatur, exclamauit: «incipit
 10 Buta dormire». Demum cum subinde recitasset: «iam sua 13
 pastores stabulis armenta locarunt, iam dare sopitis nox pigra
 silentia terris incipit», idem Varus inquit: «quid dicis? iam
 nox est? ibo et Butam salutabo.» Nihil erat notius hac eius
 uita in contrarium circumacta; quam, ut dixi, multi eodem
 15 tempore egerunt. Causa autem est ita uiuendi quibusdam, 14
 non quia aliquid existiment noctem ipsam habere iucundius,
 sed quia nihil iuuat oblatum, et grauis malae conscientiae lux
 est, et omnia concupiscenti aut contemnti, prout magno
 aut paruo empta sunt, fastidio est lumen gratuitum. Praeterea
 20 luxuriosi uitam suam esse in sermonibus, dum uiuunt, uolunt:
 nam si tacetur, perdere se putant operam. Itaque <male habent,>

2 pinarius q cod. Rehdig. I Harlei. 2659 (ut CIL. X 1129),
 pinnarius B A p | Numquid — agere? «vetus lectio» Pinc. ||
 liberalius q cod. Harlei., liberalig sagere B A p¹ (g prior punct. B)
 || 4-7 incipit — ministrat et mox (10-12) iam sua — incipit] poet.
 Rom. fr. p. 355 Baehr. || 5 spargere se q 5, se om. B A p¹ ||
 6 yrundo q, hiraindo pr., B A | imittere q cum 5, mittere p B¹ A¹
 || 7 s. Varusque. s. p. r./uinitii (in marg. al eques romanus) q,
 uarus eq. s. r. m. uinicii B¹ et fere A, uarusq; s. r. m. uinicius
 p || 10 demum q alii 5, deinde vulg. quod moleste consonat cum seq.
 subinde || 12 dicit vulgo edd. ante Fickertum || 17 solitum q alii 5,
 oblitum B A¹ p (oblitū p teste Ernesto Diehl), oblatum cod. Vatic.-
 Rom. 2205 idque ad sententiam et clausulae concinnitatem accom-
 modatum recte recepit Fickeri conl. ep. 123,3 rebus oblati hilaris
 uti; conl. obuium Erasmi², publicum Haase, natura oblatum
 Hense, <solis> oblitum Rossbach | et quia q || 18 concupiscenti q
 5, -tis pr. B A p | contempnti q 5 (vel contemn- 5), contem-
 nentis pr. B A p || 21 male habent quotiens faciunt q cum aliis
 5 Harlei. 2659, aliquotiens faciunt B A aliquot edd.

quotiens faciunt quod excidat fama. Multi bona comedunt,
 multi amicas habent. Vt inter istos nomen inuenias, opus
 est non tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere: in
 tam occupata ciuitate fabulas uulgaris nequitia non inuenit.
 15 Pedonem Albinouanum narrantem audieramus — erat autem
 fabulator elegantissimus — habitasse se supra domum S. Papini:
 is erat ex hac turba lucifugarum. « Audio » inquit « circa ho-
 ram tertiam noctis flagellorum sonum. Quaero, quid faciat:
 dicitur rationes accipere. Audio circa horam sextam noctis
 clamorem concitatum; quaero, quid sit: dicitur uocem exercere. 10
 Quaero circa horam octauam noctis, quid sibi ille sonus rota-
 16 rum uelit: gestari dicitur. Circa lucem discurritur, pueri uo-
 cantur, cellarii, coqui tumultuantur. Quaero, quid sit: dicitur
 mulsum et halicam poposcisse, a balneo exisse. Excedebat »
 inquit « huius diem cena minime; ualde enim frugaliter uiuebat: 15
 nihil consumebat nisi noctem. » Itaque, credo, dicentibus illum
 quibusdam auarum et sordidum « uos » inquit « illum et lych-
 17 nobium dicetis. » Non debes admirari, si tantas inuenis uitiorum
 proprietates: uaria sunt, innumerabiles habent facies, com-
 prehendendi eorum genera non possunt. Simplex recti cura est, 20
 multiplex prauis, et quantumuis nouas declinationes capit.
 Idem moribus euenit: naturam sequentium faciles sunt, soluti
 fol. 89^v sunt, exiguas differrentias habent; uitiiis distorti plurimum

1 excidat q pauci 5 Harlei. 2659, excidet p¹, excitet B
 p², excitaet A || 3 sed et notabilē q alii 5, sed notabilem p,
 s. notilem B A¹: « notilis recte formatum ut potilis coctilis sim. »
 adn. Hense || 6 Spurii papinii/qui q, Sp. Papinii qui alii 5, spaniis
 B A, spapinii (s exp. p¹) is p: Sub. Papinii. is Pinc., Sp. Papinii.
 is Lipsius, S. Papini Hense (S. corr. Buecheler conl. Tac. ann. VI 40 et 49)
 || 7 audio inquit circum audio/inquit circa horā q cum B et pr.
 A (inquit B et pr. A utrobique) || 12 uellet B A p q aliquot 5,
 uelit cod. Vatic.-Rom. 2216 teste Fickerto || 13 coci q || 14 multū q
 cum B A¹, mulsum p | extendebat Haase, exedebat P. Thomas
 || 15 cuius B A p q, eius vel huius 5 | cena minime diem q ||
 16 credo q: vide praef. ibid. || 17 s. illum lichinobium, om. et
 q: « ipsum dictum hoc fortasse fuit: Vos, inquit, illum ελληνοβιον
 dicite » Madvig adv. II p. 513 || 19 s. comprehendendi q || 23 exi-
 guam habent differrentiam q alii 5 | His q: vide praef. ibid.

et omnibus et inter se dissident. Causa tamen praecipua 18
 mihi uidetur huius morbi uitae communis fastidium. Quo-
 modo cultu se a ceteris distingunt, quomodo elegantia
 cenarum, munditiis uehicularum, sic uolunt separari etiam
 5 temporum dispositione. Nolunt solita peccare, quibus peccandi
 praemium infamia est. Hanc petunt omnes isti, qui, ut ita
 dicam, retro uiuunt. Ideo, Lucili, tenenda nobis uia est, quam 19
 natura praescipit, nec ab illa declinandum: illam sequentibus
 omnia facilia, expedita sunt; contra illam nitentibus non alia
 10 uita est quam contra aquam remigantibus. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

I tinere confectus incommodo magis quam longo in Alba- 1 Ep. CXXIII
 num meum multa nocte perueni: nihil habeo parati nisi
 me. Itaque in lectulo lassitudinem pono, hanc coci ac pis-
 15 toris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor,
 quam nihil sit graue, quod leuiter excipias, quam indignan-
 dum nihil, *dum nihil* ipse indignando adstruas. Non habet 2
 panem meus pistor: sed habet uilicus, sed habet atriensis,

1 et omnibus om. q | tamen om. q alii 5 || 2 uidetur michi
 q || uitae p A q, uita B || 3 distingunt sic B A q || 4 Sic uolunt
 separare q cum B A¹ (si B A¹) p: se ante separare add.
 Bartsch Cornelissen, ante uolunt Hense, separari prop. Madwig et
 Castiglioni quibus assentior || 5 dispositiones q rell. (vel -iciones):
 dispositione Muretus et inde edd. praeter Fickertum et Haasium
 qui codicum scripturam tuentur, sic uolunt separare e. t. disposi-
 tiones et abstracta quidem nomina plurali numero apud nostrum
 saepe occurrere constat, sed Mureti emendatio orationis concinnita-
 tate cum praeced. cultu - elegantia - munditiis commendatur |
 spec care A, spectare B p q rell.: corr. Erasmus¹ || 6 in fama
 vel fama con. Pincianus || 7 retro q ut con. Pincianus, recto B
 A p || 9 facilia & exp. q cum cod. Rehdig. I || 12 confectus q rell. 5,
 confestus B A || 14 hanc / coci hanc pistoris q alii 5 « *vetus
 lectio* » Pinc. || 16 quod B A q plerique 5, quam (ut con. Pincianus)
 nonnulli cod. Romani teste Fickerto et cod. bibl. Univ. Patau. 913
 teste Carolo Landi idque recipio | indignandum si nichil ipse q: vide
 praef. p. LXXIII s. || 18 meus q 5, meum B A

sed habet colonus. « Malum panem » inquis. Exspecta: bonus fiet; etiam illum tenerum tibi et siligineum fames reddet. Ideo non est ante edendum quam illa imperat. Exspectabo ergo nec ante edam quam aut bonum panem habere coepero aut
 3 malum fastidire desiero. Necessarium est paruo adsuescere: 5
 multae difficultates locorum, multae temporum etiam locuple-
 tibus et instructis ad uoluptatem prohibentes occurrent.
 Quidquid uult, habere nemo potest, illud potest, nolle quod
 non habet, rebus oblati hilaris uti. Magna pars libertatis est
 4 bene moratus uenter et contumeliae patiens. Aestimari non 10
 potest, quantam uoluptatem capiam ex eo, quod lassitudo
 mea sibi ipsa adsuescit: non unctores, non balineum, non
 ullum aliud remedium quam temporis quaero. Nam quod labor
 contraxit, quies tollit. Haec qualiscumque cena adi<ti>ali
 5 iucundior erit. Aliquod *demum* experimentum animi sumpsi 15
 subito: hoc enim est simplicius et uerius. Nam ubi se prae-
 parauit et indixit sibi patientiam, non aequae apparet, quan-
 tum habeat uerae firmitatis: illa sunt certissima argumenta,
 quae ex tempore dedit, si non tantum aecus molestias, sed
 placidus aspexit; si non excanduit, non litigauit; si quod dari 20
 deberet, ipse sibi non desiderando suppleuit et cogitauit ali-

2 etiam] iam *Haase* | tenerū / tibi & s. q *vulgo edd. ante Fickertum qui uerborum ordo Senecae consuetudini accommodatior uidetur quam tibi tenerum et s. ut scribunt recentiores edd.* || 5 malū fastidire q 5 *edd. praeter Hensium qui om. malum cum B A et con. fastidire durū conl. ep. 18,7* || 6 locorum q *alii* 5, colorum B¹ A¹ aliquot 5, calorū nonnulli 5 || 7 a diebus optantē q: *vide praef. p. LXXIV* | prohibent & q *cum B A (-et A) rell. praeter Pinciani exemplar familiare ubi prohibentes* || 12 assuescit q *cum B A plerisque* 5, acquiescit *alii* 5 *edd. ab Erasmo ad Ruhkopfium et Io. Mueller ex sua coniectura* | balneum q || 14 qui extollitur q *alii* 5, qui extollit B, quies tollit A | dissoluit quae Attali q, adiali B A, attali cena *cod. Harlei. 2659, coena Attali ex. Fac. et Prim., adiciali Erasmi¹ marg.* || 15 aliquod enim B A q: *vide praef. ibid.* || 16 est om. q || 19 si nō tñ equus q: *vide praef. p. LXXIV s.* | molesta q *alii* 5 *ut conl. Pincianus et receperunt vulgo edd., modestia B A: molestiam Erasmi², molestias Hense ex Windhausii coniectura, molestias et (pro m. sed) Gertz | sed etiam pl. q alii 5, sed apud nostrum locutioni non tantum saepius sed, rarius sed etiam respondere monet A. Bourgery (op. c. p. 400)*

quid consuetudini suae, sibi nihil deesse. Multa quam super- 6
 uacua essent, non intelleximus, nisi deesse coeperunt: ute-
 bamur enim illis, non quia debebamus, sed quia habebamus.
 Quam multa autem paramus, quia alii parauerunt, quia apud
 5 plerosque sunt! Inter causas malorum nostrorum est, quod
 uiuimus ad exempla nec ratione componimur, sed consuetudine
 abducimur. Quod, si pauci facerent, nollemus imitari, || cum fol. 90^r
 plures facere coeperunt, quasi honestius sit, quia frequentius,
 sequimur; et recti apud nos locum tenet error, ubi publicus
 10 factus est. Omnes iam sic peregrinantur, ut illos Numida- 7
 rum praecurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedit:
 turpe est nullos esse, qui occurrentis uia deiciant, aut qui ho-
 nestum hominem uenire magno puluere ostendant. Omnes
 iam mulos habent, qui crustallina et murrina et caelata ma-
 15 gnorum artificum manu portent: turpe est uideri eas te habere
 sarcinas, rota quae tuto concuti possint. Omnium paedag-
 ogia oblita facie uehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem
 laedat: turpe est neminem esse in comitatu tuo puerorum,
 cuius sana facies medicamentum desideret. Horum omnium 8
 20 sermo uitandus est: hi sunt, qui uitia tradunt et alio aliunde

I consuetudini suae q cum plerisque 5, consuetudine sua B et
 pr. A || 2 nisi cum abesse q codd. Rehdig. I Palat.-Rom. 1542, nisi
 deesse B A aliquot 5, nisi cum deesse vulgo edd. ante Fickertum:
 utrumque dici licere adnotat Hense conl. epp. 63,9; 79,14; 124,11
 extr., nisi ubi deesse P. Thomas. An nisi si deesse? || 5 quod quidem
 uiuimus q || 9 rectum q, retu B A || 12 occurrentes q alii 5 | deiciant
 & (superscr. I ut I aut) q, deiciantur ut B A: particulam inter
 deiciant et qui supervacuum existimavit Pincianus eamque hoc loco
 ad Senecae stilum vix facere putat Castiglioni: aut vel ut dittographiam
 esse post -ant suspicari licet | hominem honestum q || 14 iam mulos]
 iam famulos conl. Pincianus: an famulos ex iam mulos? | cris-
 tallinā q, crystallina rell. 5 vulg., cristill- B A: crustall- scr. Hense
 conl. ep. 119, 3 et cod. Ambr. dial. V 40,2 et 3: cf. Thes. l. l. IV
 col. 1261 s. || 16 totas q rell.: vide praef. p. LXXV || 17 sol ne
 q aliquot 5 vulg., sol uel ne aut sol uel alii 5, soluene (ue punct.)
 ex B enotat Hermes, sol uene A: sol neve Schweighauser Haase
 P. Thomas, sed neve apud Senecan nusquam se inuenisse affirmat
 Ioehring de particulis (Pragae a. 1894) p. 51 || 18 laedant, n punct.
 q | comitatu q 5 vulg., comitatu B A sed o exp B: comitatu
 tuo Buecheler

transerunt. Pessimum genus horum hominum uidebatur, qui uerba gestarent: sunt quidam, qui uitia gestant. Horum sermo multum nocet: nam etiam si non statim profecit, semina in animo relinquit sequiturque nos etiam cum ab illis discessimus, resurrecturum postea malum. Quemadmodum qui audierunt synphoniam, ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantuum, quae cogitationes impedit nec ad seria patitur intendi, sic adulatorum et praua laudantium sermo diutius haeret quam auditur. Nec facile est animo dulcem sonum excutere: prosequitur et durat et ex interuallo recurrit. Ideo cludendae sunt aures malis uocibus et quidem primis: quom initum fecerunt admissaeque insunt, plus audent. Inde ad haec peruenitur uerba: « uirtus et philosophia et iustitia uerborum inanium crepitus est: una felicitas est bene uitae facere; esse, bibere, frui patrimonio, hoc est uiuere, hoc est se mortalem esse meminisse. Fluunt dies et inreparabilis uita decurrit: dubitamus sapere? Quid iuuat et aetati non semper uoluptates recepturae interim, dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatem et eo mortem praecurrere, ut quidquid illa ablatura est, iam tibi interierit? Non

I transeūt q cum B A rel., transferunt « *vetus lectio* » Pinc. et sic vulgo edd.: trans(er)unt Hense conl. semina quod mox sequitur et ep. 94.54. An tradunt, ut alio aliunde transeant? | Horum omnium q, horum hominum B A aliquot 5 « *vetus lectio* » Pinc., hominum omnium nonnulli 5; horum secl. Muretus || 3 profecit q plerique 5, officit Pinc. ex. diuae Mariae et cod. Palat. secundus Gruteri idque recepit Muretus, profecit B A et sic. rec. edd. || 4 discesserimus q alii 5 vulgo edd. usque ad Ruhkopfium || 6 in auribus secū q || 7 cantus q alii 5 « *vetus lectio* » Pinc. vulgo edd. usque ad Ruhkopfium || 8 certa (pro seria) q alii 5, sarta A || 11 recōdende (pro cludendae) q || 12 Nam cum initium q rel. 5 vulg., quam (nam B) initium B A: corr. Buecheler | admissaeque insunt (in ex m) B, admissae quae insunt A: admissaeque iam sunt Linde || 13 et ante phil. om. q || 15 bone uite facere omnia libere frui q alii 5; bonae uitae, facere omnia libere, frui p. Erasmus et Ruhkopf qui v. una felicitas — meminisse e margine in textum migrasse putat || 16 mortalem / se esse q || 17 quod iuuat sapere & etati q: vide praef. p. LXXV s. || 19 uigere (al. ingerere superscr.) frugalitatem / eo ut mortem praecurrere & q: vide praef. ibid. || 20 iā sibi in / gere q: vide praef. ibid. ||

amicam habes, non puerum, qui amicae moueat inuidiam; cotti-
 die sobrius prodis; sic cenas tamquam ephemeridem patri
 adprobaturus: non est istud uiuere, sed alienae uitae inter-
 esse. Quanta dementia est heredis sui res procurare et sibi 11
 5 negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat here-
 ditas: plus enim gaudebit tua morte, quo plus acceperit. Istos
 tristes et superciliosos alienae uitae censores, suae hostes, publicos
 paedagogos assis ne feceris nec dubitaueris bonam uitam
 quam opinionem bonam malle.» Hae uoces non aliter 12
 10 fugiendae sunt quam illae, quas Vlixes nisi alligatus praeteruehi
 noluit. Idem possunt: abducunt a patria, a parentibus, ab
 amicis, a uirtutibus et inerti spe uitae miseriam situ turpis
 inludunt. Quanto satius est rectum sequi limitem et eo se
 perducere, ut ea demum sint tibi iucunda, quae honesta.
 15 Quod adsequi poterimus, si scierimus duo esse genera rerum, 13
 quae nos aut inuitent aut fugent. Inuitant autem diuitiae,
 uoluptates, forma, ambitio, || cetera blanda et adridentia: fol. 90^v
 fugat labor, mors, dolor, ignominia, uictus adstrictior. Debe-
 mus itaque exerceri, ne haec timeamus, ne illa cupiamus. In
 20 contrarium pugnemus et ab inuitantibus recedamus, aduer- 14
 sus petentia concitemur. Non uides, quam diuersus sit de-
 scendentium habitus et ascendentium? qui per pronum eunt,
 resupinant corpora, qui in arduum, incumbunt. Nam si de-

3 est om. q || 6 tua morte q alii §, tuamor A et pr. B ||
 8 dubitabis, bis punct. q | fidē (pro uitam) q alii § || 10 preterire
 (pro praeteruehi) q alii § || 12 s. i turpem uitam q miserios
 illudunt q: vide praef. p. LXXXVI s. || 13 se om. q || 15 fece-
 rimus q alii § cum B A idque defendit Gronovius animadvertens
 facere hic idem esse quod fingere docendi causa, constituere, pro-
 ponere; scierimus nonnulli § || 16 inuitent ut q codd. Rehdig. I et
 Velz. idque defendens Rud. Muecke opinatur ita continuari prae-
 cedd. coniuictivos inuitent aut fugent, qua sententiae structura deinde
 relicta Senecam anacoluthice fugat posuisse, inuitant ut B A: ut
 secl. Schweighaeuser et Haase, inuitant autem con. Hense cui as-
 sentior || 17 ābitio aut c. q cum aliis § || 18 fugant q plerique
 codd. Rom. | mors om. cod. Velz.: morbus con. Cornelissen cui ad-
 stipulatur Windhaus || 21 ipotentia q cum aliis §: impotentia (scil.
 superba, dura, minantia) con. Lipsius || 22 euntes supinant q ed.
 Mentel.

scendas, pondus suum in priorem partem dare, si ascendas, retro abducere cum uitio, Lucili, consentire est. In uoluptates descenditur, in aspera et dura subeundum est: hic
 15 inpellamus corpora, illic refrenemus. Hoc nunc me existimas dicere, eos tantum perniciosos esse auribus nostris, 5
 qui uoluptatem laudant, qui doloris metus, per se formidabiles res, incutiunt? illos quoque nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoicae sectae hortantur ad uitia. Hoc enim iactant: solum sapientem et doctum esse amatorem. «Solutus aptus est ad hanc artem: aequè conbibendi et conuiuendi sapiens 10
 est peritissimus. Quaeramus, ad quam usque aetatem iuuenes
 16 amandi sint.» <Haec Graecae consuetudini data sint,> nos ad illa potius aures derigamus: «nemo est casu bonus: discenda uirtus est. Voluptas humilis res et pusilla est et in nullo habenda pretio, communis cum mutis animalibus, ad quam 15
 minima et contemptissima aduolant. Gloria uanum et uolucres quiddam est auraque mobilis. Paupertas nulli malum est nisi repugnanti. Mors malum non est: quid sit quaeris? sola ius

I ascendas q. *rell.* (ex *esc.* corr. m. *uetus* in B): «non solent opponi inter se escendere et descendere» *adn. Hense* || 3 aspera/& dura q. *alii* 5 «*vetus lectio*» *Pinc.*, asperas et duras B A (res ante asp. *superscr. m. rec. in B*) et sic *edd. a Mureto ad Ruhkopfium*: asperas <res> vel duras <res> *coni. Buecheler*, «sed aperta mendii origo dura(s) sub-, inde latius serpsit» *Hense* || 4 me nūc q. || 6 dolores q. *rell.*: corr. *Pincianus* | formidabiles/res q. *rell.*: formidabilis rei *Pincianus*, sed «contra Senecae sententiam» *Hense* || 8 Hec q. || 10 apte B A q. *plerique* 5, aptus duo *codd. Palat. Gruteri*: sapit *Hense* ex *Buecheleri coniectura*, aptus est O. *Rossbach* cui assentior et apte ex apt'ē ortum esse opinor | conuiuendi (e super a q¹) q. *alii* 5 conuiuendi B et *pr. A*: cf. *ep.* 104,21; *ben. I* 12,2 || 11 usque/ad quā etatem q. cum *aliis* 5 || 12 hec grece consuetudini/data sint q. cum *rell.* 5, om. B A plane ob similem praecedentium uerborum exitum, ut *animadvertit Rossbach*: comparat *epp.* 40,11; 113,1 *Hense* || 13 dirig- q. cum B A || 16 minima ima & contemptissima q. cum *nonnullis codd. Rom.* ubi ima: an minima immo et contemptissima (*scil. muta animalia*)? | uolubile q. *alii* 5 «*vetus lectio*» *Pinc.*, uolabile *alii* 5, ex corr. B, *plerique edd.*, uolue B *pr. et A*¹: uolucres *Schweighaeuser* || 17 auraque q. 5, aura quem *pr. B A* | usus paupertatis (*pro paupertas*) q. *alii* 5 || 18 quid sit / quaeris q. *alii* 5 «*vetus lectio*» *Pinc. et vulg.*, sit om. B A *aliquot* 5: quid quereris *Muretus*, quid quaeris *Hense* | sola ius q.

aecum generis humani. Superstitio error insanae indolis est: amandos timet; quos colit, uiolat. Quid enim interest, utrum deos neges an infames? » Haec discenda, immo ediscenda sunt: non debet excusationes uitio philosophia suggerere. Nullam habet spem salutis aeger, quem ad intemperantiam medicus hortatur. VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

« POSSUM multa tibi ueterum praecepta referre, ni refugis tenuisque piget cognoscere curas. » Non refugis autem nec ulla te subtilitas abigit: non est elegantiae tuae tantum magna sectari. Sic et illud probo, quod omnia ad aliquem profectum redigis et tunc tantum offenderis, ubi summa subtilitate nihil agitur. Quod ne nunc quidem fieri laborabo. Quaeritur, utrum sensu comprehendatur an intellectu bonum? huic adiunctum est in mutis animalibus et infantibus non esse. Quicumque uoluptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum, nos contra intellegibile, qui illud animo damus. Si de bono sensus iudicarent, nullam uoluptatem reiceremus, — nulla enim non inuitat, nulla <non> delectat — et e contrario nullum dolorem uolentes subiremus; nullus enim non offendit sensum.

cum B A, sola ius vel s. uis vel s. in *rell.* 5: scilicet ius *coni.* Bartsch, « quid » quaeris « illa ? » ius *prop.* Hense || 1 aequum q *vulg.*, aequat alii 5, aecuum B A¹ unde aecum Hense | isanus q: *vide praej. p. LXXVII* || 2 amandos — uiolat *om. q* | « an quid autem? » Hense *conl. ep. 55,2 adn. ipsius edit., sed hic enim libb. omnes idque apte quadrat ad explicandum praeced.* quos colit uiolat || 3 immo ediscenda *om. q* || 4 non debes excusationes philosophiae uitio suggerere q alii 5 || 5 eger q cum plerisque 5, aequae B A¹ || 10 tam multa q alii 5, tam magna *rell. idque defendere studet P. Hauck (Seneca: ausgewählte Briefe, 1910, Kommentar p. 38 s.)* tantum magna Pincianus et inde *edd. plerique* || 11 sicut / illud q: *vide praej. ibid.* || 13 nec nūc quidē q cum aliis 5 || 14 comprehendatur q | v. Huic adiunctum — non esse e *marginē ingesta esse putat Ruhkopf* || 15 multis q pauci 5 cum B A || 19 nulla nō q cum *rell. 5, nulla in fine vers. B A*

- 3 Praeterea non essent digni reprehensione, quibus nimium uoluptas placet quibusque summus est doloris timor. Atqui
fol. 91^r inprobamus gulae ac || libidini addictos et contemnimus illos, qui nihil uiriliter ausuri sunt doloris metu. Quid autem peccant, si sensibus, id est iudicibus boni ac mali, parent? his 5
- 4 enim tradidistis adpetitionis et fugae arbitrium. Sed uidelicet ratio isti rei praeposita est: illa quemadmodum de beata uita, quemadmodum de uirtute, de honesto, sic et de bono maloque constituit. Nam apud istos uilissimae parti datur de meliore sententia, ut de bono pronuntiet sensus, obtusa 10 res et hebes et in homine quam in aliis animalibus tardior.
- 5 Quid si quis uellet non oculis, sed tactu minuta discernere? Subtilior ad hoc acies nulla quam oculorum et intentior; *et dederit* bonum malumque dinoscere? Vides, in quanta ignorantia ueritatis uersetur et quam humi sublimia ac diuina 15 proiecerit, apud quem de summo, bono malo, iudicat tactus.
- 6 « Quemadmodum » inquit « omnis scientia atque ars aliquid debet habere manifestum sensuque comprehensum, ex quo oriatur et crescat, sic beata uita fundamentum et initium a manifestis ducit et eo, quod sub sensum cadat. Nempae uos 20
- 7 a manifestis beatam uitam initium sui capere dicitis. » Dicimus beata esse, quae secundum naturam sint: quid autem secundum naturam sit, palam et protinus apparet, sicut

3 adiectos (*superscr.* l. adiunctos) q | contempn- q || 6 appet- q || 7 istius rei q aliquot 5 | illi B A, om. q sed illis ante praeced. est: illa Haase | debeat & uita q, debeat de uita *rell.* 5 et *vulg.*, debeat debita sed debita *mutatum* in deuita B A: debeat uita *ed. Mentel.*, [debeat] de uita Haase, de beata uita Madvig || 9 constitui B A q *rell.*: *corr.* Haase || 12 Quod (*super o scr. i q^d*) si quis q cum B, fere A, plerisque 5, Quid si quis tres *codd. Rom.* || 13 ad hoc q B A plerique 5 *vulg.*, adhuc pauci Haase Madvig: *ad hoc Hense* | nulla. B A q *rell.*: multo Madvig || 14 deberet q: *vide praef. p. LXXVII s.* || 16 maloque q 5, malo *pr.* B A: de summo, bono malo Hense *praeunte Buechelero* || 18 sensu q et sic Muretus || 20 manifestis q *rell.* (manifesti in -tis *corr.* B): « vix subest manifesto » *adn. Hense* | & eo quod q cum A B plerisque 5, et ab eo q. pauci 5 *idque recepit Schweighaeuser* || 22 sunt q *cod. Palat. primus Gruteri edd. vulgo usque ad Schweighaeuserum*

quid sit integrum. Quod secundum naturam est, quod con-
 tigit protinus nato, non dico bonum, sed initium boni. Tu
 summum bonum, uoluptatem, infantiae donas, ut inde in-
 cipiatur nascens, quo consummatus homo peruenit: cacumen
 5 radicis loco ponis. Si quis diceret illum in materno utero la-
 tentem, sexus quoque incerti, tenerum et imperfectum et in-
 formem iam in aliquo bono esse, aperte uideretur errare. At-
 qui quantum interest inter eum, qui cum[que] maxime
 uitam accipit, et illum, qui maternorum uiscerum latens onus
 10 est? Vterque, quantum ad intellectum boni ac mali, aequè
 maturus est, et non magis infans ad hoc boni capax est quam
 arbor aut mutum aliquod animal. Quare autem bonum in ar-
 bore animalique mutuo non est? quia nec ratio. Ob hoc in in-
 fante quoque non est; nam et huic deest. Tunc ad bonum
 15 perueniet, cum ad rationem peruenerit. Est aliquod inra-
 tion(al)e animal, est aliquod nondum rationale, est rationale
 sed imperfectum: in nullo horum bonum, ratio illud secum
 adfert. Quid ergo inter ista, quae rettuli, distat? In eo, quod
 inrationale est, numquam erit bonum: in eo, quod nondum
 20 rationale est, tunc esse bonum non potest: esse <in eo, quod
 rationale est> sed imperfectum, iam potest bonum, sed non
 est. Ita dico, Lucili: bonum non in quolibet corpore, non in
 10 quolibet aetate inuenitur et tantum abest <ab> infantia, quan-

1 s. contingit q vulgo edd. usque ad Ruhkopfium || 6 sexus
 quoque / incerti q cod. Velz. et sic Erasmus,² s. q. incepti B A
 || 7 in post iam om. q || 8 qui tū (superscr. † cum q¹) que q,
 quicumq¹ B A: corr. Erasm.² || 9 latens intus (superscr. † uermis q¹)
 q duo codd. Rom., latens unus B et pr. A: corr. Erasm.² || 10
 Uterque q cum †, inter quae B et pr. A || 11 adhuc q, ad hoc
 Hense ex A et pr. B, ad hoc aliquot † || 12 mutū q cum †, multum
 B A || 15 s. irrationale q †, est aliquod in ratione animal bis scriptum
 B A || 20 s. in eo quod rationale est om. B A q plerique †, sed in eo
 quod est rationale codd. Rehdig. I et Palat.-Rom. 1542 et sic Fic-
 heri, in eo quod r. est alii duo † et sic Schweighaeuser: esse in eo,
 q. r. est. sed imp., iam p. b. sed Hense addito esse ante in eo ex
 Buecheleri coniectura || 21 potest / bonū esse sed q, potest esse
 bonum sed alii † vulg., esse om. B A pauci † || 23 ab infantia q
 cum †, ab om. B et pr. A adstipulatur Baehrens (beitr. p. 241)

tum a primo ultimum, quantum ab initio perfectum: ergo
 nec in tenero, modo coalescente corpusculo est. Quidni non
 11 sit? non magis quam in semine. Hoc si dicas, aliquod arboris
 ac sati bonum nouimus: hoc non est in prima fronde, quae
 emissa cum maxime solum rumpit. Est aliquod bonum tri- 5
 tici: hoc nondum est in herba lactente nec cum folliculo se
 exerit spica mollis, sed cum frumentum aestas et debita ma-
 fol. 91^v turitas coxit. Quemadmodum || omnis natura bonum suum
 nisi consummata non profert, ita hominis bonum non est in
 12 homine, nisi cum illi ratio perfecta est. Quod autem hoc bo- 10
 num? Dicam: liber animus, erectus, alia subiciens sibi, se
 nulli. Hoc bonum adeo non recipit infantia, ut pueritia non
 speret, adulescentia inprobe speret: bene agitur cum senec-
 tute, si ad illud longo studio intentoque peruenit. Si hoc est
 13 bonum, et intellegibile est. «Dixisti» inquit «aliquod bonum 15
 esse arboris, aliquod herbae: potest ergo aliquod esse et
 infantis.» Verum bonum nec in arboribus nec in mutis ani-
 malibus: hoc, quod in illis bonum est, precario bonum dici-
 tur. «Quod est?» inquis. Hoc, quod secundum cuiusque na-
 turam est. Bonum quidem cadere in mutum animal nullo 20
 modo potest: felicioris meliorisque naturae est. Nisi ubi rationi
 14 locus est, bonum non est. Quattuor hae naturae sunt, arboris,
 animalis, hominis, dei: haec duo, quae rationalia sunt, ean-

sed particulam ad concinniozem clausulam necessariam ostendit Ein. Loeffstedt || 1 s. Ergo nō / in q cum aliis 5 || 2 et modo cod. Vatic.-Rom. 2216 teste Fickerto: ac modo Madvig || 3 in semine. Ut si dicas aliquod ed. Curionis, in s. hoc esse dicas. Aliquod Haase, in semine. Hoc ut scias, aliquod prop. Madvig, in semine. hoc sic dicas: aliquod cet. Rossbach || 5 tū maxime q | terram (pro solum) q || 8 suum bonum q || 10 ī illo q vulgo edd. ante Schweighaeuserum, illa B A plerique 5, illi pauci 5 | hoc sit bonū q alii 5 vulgo edd. ante Schweighaeuserum || 11 ac rectus q alii 5 || 13 adulesc- B A q || 14 s. si hoc & bonum & q cum B A plerisque 5: corr. O. Rossbach || 17 s. animalibus ē. hoc q et sic vulgo edd. ante Fickertum || 18 predicatione (superscr. precario q⁴) q alii 5, praecatio B, precatio pr. A | 19 quid est cod. Velz. | naturam cuiusque q vulgo edd. ante Fickertum || 23 qua rationalia sunt coni. Theod. Matthias

dem naturam habent, illo diuersa sunt, quod alterum immortale, alterum mortale est. Ex his ergo unius bonum natura perficit, dei scilicet, alterius cura, hominis. Cetera tantum in sua natura perfecta sunt, non uere perfecta, a quibus abest ratio. Hoc enim demum perfectum est, quod secundum uniuersam naturam perfectum, uniuersa autem natura rationalis est: cetera possunt in suo genere esse perfecta. In quo non potest beata uita esse, nec id potest, quo beata uita efficitur: beata autem uita bonis efficitur. In muto animali non est beata uita <nec id, quo beata uita> efficitur: in muto animali bonum non est. Mutum animal sensu comprehendit praesentia; praeteritorum reminiscitur, cum id incidit, quo sensus admoneretur: tamquam <e>quos reminiscitur uiae, cum ad initium eius admotus est. In stabulo quidem nulla illi uiae quamuis saepe calcatae memoria est. Tertium uero

1 illa diuersa q vell.: corr. Schweighaeuser || 3 scilicet secl. Haase | hominis s q, hominis scilicet «*vetus lectio*» Pinc., scilicet hominis nonnulli 5 | cetera i sua q «*vetus lectio*» Pinc., c. in sua tantum cod. Ottobon.-Rom. 1670 teste Fickerto, c. tantum in sua cod. Harlei. 2659 ut scripserat Schweighaeuser, c. tam in sua B A plerique 5 || 6 naturam uniuersam q | perfectum e q vulgo edd. ante Fickertum (est p. Schweighaeuser): hoc enim d. perfectum: quod s. un. n. perfectum est ed. Ven. a. 1490 f. LXII^r || 7 perfecta esse q vulgo edd. usque ad Ruhkopfium || 8 quo b. q 5, quod b. B A || 9 perficitur q aliquot 5 | v. beata autem uita — beata uita efficitur om. q cod. Rehdig. I ubi suppleta sunt in marg. || 10 non est beata uita nec id quo beata uita cod. Palat.-Rom. 1541 idque commendatum a Fickerto receperunt Haase et Hense, non est quo beata uita vulgo edd. superiores ex Pinc. cod. scholast., nec id quo beata uita om. B A | In muto igitur animali q cod. Rehdig. I tres codd. Rom., in muto ergo an. Pinc. cod. scholast., ergo (vel igitur) in muto an. alii 5, in muto an. B A aliquot 5 || 11 comprehendit q || 12 praetitorum q cum vell. 5, praetitorum B A | cum in id malit Hense idque recepit P. Hauck || 13 remouerentur (supescr. i renouaretur i admoneretur q⁴) q, admoneretur B A sed re deletum m. rec. A, admonetur vulgo edd. ante Haasium | quoque q alii 5, quos B A plerique 5: equus vulg., equos O. Rossbach || 14 admotum est q vell.: corr. Erasmus² || 15 uie q «*vetus lectio*» Pinc. ubi uiae et sic vulg., uiaest B A idque recepit Hense | calcarit q, calcauerit cod. Rehdig. I | memoria e q cum plerisque 5 et vulg., memoria cod. Vatic.-Rom. 2207 idque recepit Hense Buechelerum secutus, memoriae sed e paenultima exp. B, memoria esse (esse compend. et lineola notatum) A | Tertium uero — non pertinet

- 17 tempus, id est futurum, ad muta non pertinet. Quomodo ergo potest eorum uideri perfecta natura, quibus usus perfecti temporis non est? Tempus enim tribus partibus constat, praeterito, praesente, uenturo. Animalibus tantum, quod breuissimum est intra cursum, datum praesens: praeteriti rara⁵ memoria est nec umquam reuocatur nisi praesentium occursu.
- 18 Non potest ergo perfectae naturae bonum in imperfecta esse natura, aut si natura talis [habet] hoc habet, habent et sata. Nec illud nego, ad ea, quae uidentur secundum naturam, magnos esse mutis animalibus impetus et concitatos, sed¹⁰ inordinatos ac turbidos. Numquam autem [aut] inordina-
- 19 tum est bonum aut turbidum. «Quid ergo?» inquis «muta animalia perturbate et indisposite mouentur?» Dicerem illa perturbate et indisposite moueri, si natura illorum ordinem caperet: nunc mouentur secundum naturam suam. Perturbatum¹⁵ enim id est, quod esse aliquando et non perturbatum potest; sollicitum est, quod potest esse securum. Nulli uitium est, nisi cui uirtus potest esse: mutis animalibus talis ex natura
- 20 sua motus est. Sed ne te diu teneam, erit aliquod bonum in muto animali, erit aliqua uirtus, erit aliquid perfectum, sed²⁰ nec bonum absolute nec uirtus nec perfectum. Haec enim rationalibus solis contingunt, quibus datum est scire quare, quatenus, quemadmodum. Ita bonum in nullo est, nisi in

post occursu traici iubet Bartsch, non necessario ut monet Eug. Albertini (op. c. p. 194 adn. 1) || 2 eorum / potest q || 4 praesente & futuro q cod. Rehdig. I vulgo edd. ante Schweighaeuserum | breuissimum q § vulg., grauissimum B A idque recepit Hense cum Buechelero || 5 intra cursum q: vide praef. p. LXXVIII || 8 si mutum (mutum punct. et superscr. natura q⁴) habet hoc habet quod nō (nō punct.) habent sata q: vide praef. p. LXXVIII s. || 11 aut ante inord. om. cod. Palat.-Rom. 1541 teste Fickerto idque secluserunt Bartsch et Hense || 13 dicerem illo q, dicerem illa plerique §, dicere illa B et pr. A || 15 s. perturbatur (-bantur q) enim idem quod q alii § || 19 erit aliquando B A q alii §, est aliquod cod. Ottobon.-Rom. 1670, erit aliquod (ut conit. Bartsch) Harlei. 2659 idque recipio cum Hensio: aliquod erit Erasm.⁴, erit aliquando aliquod Haase || 20 erit aliquando / uirtus q alii § || 22 rationalibus q plerique §, rationalibus B A nonnulli § idque receperunt Muretus Schweighaeuser || 23 in nul/lo ē i quo ratio nō ē q cum aliis §

quo ratio. Quo nunc pertineat ista disputatio quaeris, et quid 21
 animo tuo profutura sit? Dico: et exercet illum || et acuit et fol. 92^r
 utique aliquid acturum occupatione honesta tenet. Prodest
 autem etiam quo moratur ad praua properantem. Sed <et>
 5 illud dico: nullo modo prodesse possum magis, quam si tibi
 bonum tuum ostendo, si te a mutis animalibus separo, si
 cum deo pono. Quid, inquam, uires corporis alis et exerces? 22
 pecudibus istas maiores ferisque natura concessit. Quid ex-
 colis formam? cum omnia feceris, a mutis animalibus decore
 10 uinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum
 uel effuderis more Parthorum uel Germanorum modo uinxeris
 uel, ut Scythae solent, sparseris, in quolibet equo densior iacta-
 bitur iuba, horrebit in leonum ceruice formosior. Cum te
 ad uelocitatem paraueris, par lepusculo non eris. Vis tu re- 23
 15 lictis, in quibus uinci te necesse est, dum in aliena niteris,
 ad bonum reuerti tuum? Quod est hoc? animus scilicet emen-
 datus ac purus, aemulator dei, super humana se extollens,
 nihil extra se sui ponens. Rationale animal es. Quod ergo in
 te bonum est? perfecta ratio. An tu ad suum finem hanc
 20 euocas, in quantum potest plurimum crescere? Tunc beatum 24

4 quo B A q, quod nonnulli ζ et vulg.: «fort. quom»
 Hense. An qua? | properantem sed q: vide praef. p. LXXIX |
 sed illum q plerique ζ , sed illum B A, sed et illud (ut scripserat
 Schweighauser) cod. Harlei. 2659 || 5 prodesse tibi q alii ζ edd.
 a Mureto ad Ruhkopffium | magis possum q cod. Vatic.-Rom. 2205,
 possunt magis B A nonnulli ζ || 6 mutis q ζ , multis B A || 7 alis
 et om. q || 8 istas q plerique ζ , ista B A nonnulli ζ || 9 omnia
 sic confeceris q | a mutis om. q || 10 illum om. q || 11 modo
 q rell.: om. «vetus lectio» Pinciani qui coni. nodo idque rece-
 perunt vulgo edd. usque ad Schweighauserum || 13 formosior q rell.
 sed formosior pr. B A || 15 dum aliena intueris prop. Haase ||
 16 quid est hoc q cod. Rehdig. I || 18 quid ergo q alii ζ ||
 19 Hanc tu ad suum finē. hanc q cod. Vatic.-Rom. 2201, an tu ad
 s. i. hanc B A codd. Ottobon.-Rom. 1670 et Urbino-Rom. 219 teste
 Fickerto et sic Hense, hanc tu ad summum finem vulgo edd.
 usque ad Ruhkopffium, hanc tu ad suum finem Schweighauser
 Fickert Haase || 20 euoca q ζ vulg., euocas B A (sed s atramento
 pallidiore B) quam scripturam reposuit Buecheler interrogative distin-
 guens post crescere | beatū te esse minus concinne q

esse te iudica, cum tibi ex <ea> gaudium omne nascetur, cum uisis, quae homines eripiunt, optant, custodiunt, nihil inuenis, non dico quod malis, sed quod uelis. Breuem tibi formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum esse iam sentias: tunc habebis tuum, cum intelleges infelicissimos esse felices. VALE.

I tibi ex/te q plerique § « *vetus lectio* » *Pinc. vulgo edd. ante Hensium idque comprobatur Bonhöffer Die ethik des Stoikers Epikt. p. 13, tibi ex ea duo §, tibi ex B A sed ex punct. B || 2 uisis his quae q, in his quae pauci § vulgo edd. inde ab Erasmo², uisis quae B A plerique § vetustissimi edd. idque restituerunt Hense et Hauck, in istis quae Haase || 4 qua te perfectū / esse q, qua p. esse te quattuor codd. Romani teste Fickerto, fort. recte || 5 tunc habebis tuum bonū q aliquot §, tunc hab. bonum tuum alii §, bonum tunc hab. tuum Pinc. ex. domest. et sic edd. a Curione ad Ruhkopfium, bonum om. B A pauci § edd. vetustissimi et recentiores inde a Schweighaeusero | intelliges q || 6 Vale. Deo gratias Amen q: excipiunt Senecae et Pauli, quae feruntur, epistulae.*

INDICES.



INDEX NOMINVM.

Litterarum ordine disposita sunt nomina qualia in epistulis occurrunt: litteris obliquis sunt adscripta quae ad nomina distinctius designanda adhibentur: asteriscus praefixus est iis locis quibus nomen ipsum in epistulis deest.

ACADEMICI epp. 29,11; 71,18 in.; 88,44 ex.: Academicum ep. 88,5.
 ACCIUS *L.*: Accium ep. 58,5.
 ACHAIA: Achaiae ep. 91,9 in.: Achaia epp. 91,10; 104,1.
 ACHERUSIUS lacus: Acherusio lacu ep. 55,6.
 ACHILLES: Achillis epp. 27,5; 88,6 ex.: Achillen (Verg.) ep. 104,31 ex.
 ACHIVI: Achivos ep. 27,5 ex.
 ACILIUS BUTA: Buta ep. 122,12 ex.: Acilium Butam ib., 10.
 AEGAEUM mare ep. 89,20.
 AEGIALUS ep. 86,21 ex.: Aegialo ib., 14 in.
 AEGYPTUS: Aegypto ep. 71,9. — Aegyptii ep. 51,13 ex.: Aegyptiis harenis ep. 115,8.
 AENEAS: Aeneae epp. 88,37; (Verg.) 21,5 ex.; Aenea (Verg.) ep. 82,7 ex.
 AETHIOPS ep. 85,41.
 AETNA ep. 79,7 in.: Aetnam epp. 51,1 in.; 72,2 et 5 in.
 AFRICA: Africae epp. 94,66; 104,33 in.; 115,8 ex.: Africam epp. 24,9; 94,65 in.: Africa epp. 24,10 in.; 71,9 et 10; 82,24 in.; 114,26 ex. — Africanus v. *P. Cornelius* SCIPIO AFRICANUS *maior* et *P. Corn. Sc. AFRICANUS minor*.
 AGAMEMNON ep. 66,26 ex.
 M. *Vipsanius* AGRIPPA epp. 21,4; 94,46.
 ALBANUM *Senecae* ep. 123,1.
 ALBINOVANUS PEDO: Pedonem Albinovanum ep. 122,15 in.
 ALBURNUS *mons*: Alburnum (Verg.) ep. 58,2.
 ALEXANDER Macedo (vel Macedonum rex) epp. 53,10 in.; 59,12 in.; 91,17 in.; 113,29 in.; 119,7: Alexandri ep. 83,19 in.: Alexandrum epp. 83,23 in.; 94,62 in.

ALEXANDRIA: Alexandriam ep. 102,21. — Alexandrinae naves ep. 77,1; Alexandrinas n. ib.; Alexandrinarum n. ib., 2 ex.; Alexandrina marmora ep. 86,6.
 ALPES: Alpius epp. 51,5; 95,69.
 ANACHARSIS ep. 90,31; Anacharsim ib.
 ANACREON ep. 88,37.
 ANCUS *Marcus* rex: Ancus ep. 108,30 ex.
 ANNAEUS SERENUS: Serenus ep. 63,15: Annaeum Serenum ib., 14.
 ANTIPATER *Tarsensis* epp. 87,40; 92,5: Antipatro ep. 87,39 in.
 M. ANTONIUS: M. Antonium 83,25 in.: Antonio ep. 82,12 ex.
 M. APICIUS ep. 95,42: Apicium 120,19 ex.
 APION grammaticus ep. 88,40 in.
 APPIUS *Claudius Caecus*: Appium ep. 114,13.
 APULIA: Apuliae ep. 87,7.
 ARCHIDEMUS *Tarsensis*: Archidemum ep. 121,1.
 ARDEA ep. 91,16: Ardeatino ep. 105, 1.
 ARGİ: Argis (inc. poeta trag.) ep. 80,7: — urbes Argolicas (Verg.) ep. 104,10.
 ARISTARCHUS: Aristarchi ep. 88,39.
 ARISTON Chius Stoicus epp. 36,3; 89,13 in.; 94,2 in.; 115,8: Aristone ep. 94,18 in.
 ARISTON philosophus: Aristonem ep. 29,6 in.
 ARISTOTELES epp. 6,6; 58,9 in.; 65,4: Aristotele ep. 65,11 in.
 ARMENIA: Armeniam ep. 94,65.
 L. ARRUNTIUS ep. 114,17-19.
 ASCLEPIADES *Bithynus*: Asclepiadis ep. 95,9 ex.
 ASELLIUS ep. 40,9.
 ASIA: Asiae ep. 91,9 in.; 94,65: Asiam ep. 53,10.

C. ASINIUS GALLUS : Asinii Galli ep. 55,3.

C. ASINIUS POLLIO : Pollionis Asinii ep. 100,7 : Pollionem ib., 7 et 9.

ATHENAE : Athenas epp. 90,6; 94,62; 104,8 : Athenis epp. 79,15; 58,31.

ATHENODORUS : Athenodorum ep. 10,5.

ATRIDES : Atriden (Verg.) ep. 104,31.

ATTALUS philosophus Stoicus epp. 9,7; 63,5 in.; 67,15 in.; 72,8 in.; 81,22; 108,23 in.; 110,20 : Attalum epp. 108,3 et 13; 110,14.

T. Pomponius ATTICUS : Attici ep. 21,4 : Atticum epp. [97,4 in.]; 118,1.

AUFIDIUS BASSUS ep. 30,3 et 5 : Bassum ib., 1 in. et 10 in.

AUGUSTUS v. C. Iulius CAESAR AUGUSTUS.

BABA : Babae ep. 15,9.

BAIAE : Bais ep. 55,7 : Baias epp. 51,3; 55,7 in. : Bais epp. 51,1, 11 et 13 in.; 57,1 in. — Baiana regione ep. 51,11.

BASSUS v. AUFIDIUS B.

BELLEROPHONTES ep. 115,15 ex.

M. Iunius Brutus ep. 95,45 in.

D. Iunius BRUTUS ep. 82,12 : Bruto ib.

BUCCELLUS (Rufillus Horati) ep. 86,13 : Buccillo ib. : Buccillum ib.

BUTA v. ACILIUS B.

CAECILIUS fenerator ep. 118,2.

M. CAELIUS Rufus orator (an Statius Caecilius comicus?) : Caelianum (an Caecilianum?) illud ep. 113,26.

CAESAR v. C. IULIUS CAESAR.

C. Iulius CALLISTUS ep. 47,9 : Callisti ib. : Callistum ib.

CALVISIUS SABINUS ep. 27,5, 7 et 8.

C. Licinius CALVUS : Calvi ep. 94,25 ex.

CAMBYSES ep. 86,1.

CAMPANIA ep. 49,1 : Campaniae epp. 51,5 ex.; 77,1 : Campaniam ep. 83,14 : Campania ep. 55,8.

CANDAVIA : Candaviae ep. 31,9.

CANOPUS ep. 51,3 : Canopum ib.

CAPITOLIUM : Capitoli (Verg.) ep. 21,5 : Capitolio epp. 95,72; 98,13.

CAPREAE : Capreas ep. 77,2.

CARTHAGO : Carthaginis ep. 86, 5 : Carthaginem ep. 24,10.

C. CASSIUS ep. 83,12 : Cassio ib.

M. Porcius CATO CENSORIUS epp. 87,9 in.; 122,2; 25,6 (an Cato recentior?) : Catonis ep. 95,72 : Catoni ep. 7,6 (an Cato recentior?) : Catonem epp. 86,10; 11,10 (an Cato recentior?) : Catone ep. 87,10 ex.

M. Porcius CATO recentior epp. 14,12 in. et 13; 24,7 ex.; 58,12 et 16 (1); 71,8, 10 ex. et 15 in.; 82,13; 95,69 et 71; 97,3; 98,12; 104,30 ex.; 117,13 (2) : Catonis epp. 14,13; 24,10 ex.; 67,7; 71,8 in., 11 in. et 16; 95,72 : Catoni ep. 13,14 : Catonem epp. 24,6; 51,12 in.; 67,13 in.; 71,17; 79,14; 97,8; 104,29. 30 in. et 31; 117,13 (2) : Marce Cato ep. 14,13 : Catone epp. 70,19; 82,12; 95,70; 97,1 ex.

Porcii CATONES ep. 120,19 (plane Cato recentior significatur) : Catonibus ep. 95,72; Catones epp. 70,22; 97,10 in.; 118,4 (plane Cato recentior significatur) : Catonibus ep. 104,21 : Marcum Catonem utrumque ep. 64,10.

Q. Lutatius CATULUS ep. 97,6.

CENTAURI ep. 58,15.

CERBERUS : Cerberum ep. 24,18.

Cassius CHAEREA : Chaereae ep. 4,7.

(1) Catonem recentiorem hic significasse Seneca videtur, cum Catonem tamquam hominis exemplum una cum Cicrone et Lucretio ipsius prope aequalibus afferat.

(2) Hic quidem Cato simpliciter dicitur a Seneca de motibus animorum enuntiativis corporum disserente; veri simile autem est etiam hic, ut in ep. 58,12 et 16, Catonem recentiorem a philosopho nostro esse significatum.

CHALYBES (Verg.) ep. 87,20 ex.
 CHARINUS: Charino magistratu
 ep. 18,9.
 CHARONDAS: Charondae ep. 90,6.
 CHARYBDIS epp. 14,8; 31,9; 45,2;
 79,1; Charybdi ep. 79,1.
 CHELIDON ep. 87,16.
 CHIMAERA ep. 113,9.
 CHIUS v. ARISTON CHIUS.
 CHRYSIPPUS epp. 108,38; 113,23:
 Chrysippi epp. 9,14 in.; 113,23:
 Chrysippo ep. 33,4: Chrysippum
 epp. 56,3 (Crispum *Lipsius*); 113,
 23: Chrysippo ep. 104,22 in.:
 Chrysippi ep. 22,11 ex.
M. Tullius CICERO epp. 21,4 ex.;
 40,11; 49,5; 58,16; 108,32; 111,1 ex.;
 118,1: Ciceronis epp. 17,2; 21,4;
 97,3 ex. [4 in.]; 107,10; 108,30 in.;
 114,16; 118,2: Ciceronem epp. 58,
 6 et 12; 97,8 in.; 100,7 in. et 9 in.;
 108,34: Cicerone ep. 108,32.
 CIMBER: Cimbro ep. 94,66:
 v. *L. TILLIUS* CIMBER.
 CLARANUS ep. 66,4 in.: Clara-
 num ib., 1 in. et 2.
 CLEANTHES epp. 6,6 in.; 33,7 et
 9 in.; 44,3 in.; 94,4 in.; 107,10;
 108,10 in.; 113,23: Cleanthi ep.
 33,4: Cleanthen epp. 64,10; 113,23.
 CLEOPATRA: Cleopatrae epp. 83,
 25; 87,16.
 CLITUS: Clitum ep. 83,19 in.:
 amico (sc. Clito) *ep. 113,29.
 P. CLODIUS ep. 97,2 et 9: Clodios
 ib., 10 in. — Clodiani iudices ib., 6 in.
 COCLES v. HORATIUS C.
 CORNELII: Corneliis ep. 86,10:
 v. *SCIPIONES*.
 CORNELIUS SENECIO: Senecio
 ep. 101,2: Corneliium ib., 1.
 CORNELIUS SEVERUS: Severum
 Corneliium ep. 79,5.
Ti. CORUNCANIUS: Coruncanium
 ep. 114,13.
 COSSUS *Cornelius Lentulus*: Cos-
 sum ep. 83,15: Cosso ib.
L. Licinius CRASSUS orator ep.
 114,13.
M. Licinius CRASSUS triumvir:
 Crassum ep. 104,29 ex.: Crasso
 epp. 4,7; 119,9.

CRATES ep. 10,1.
 CROESUS ep. 47,12.
 CUMAE: Cumas ep. 55,2.
C. Scribonius CURIO ep. 114,13.
M. CURIUS Dentatus ep. 120,19.
 CYLLENIUS ignis (Verg.) ep. 88,14.
 CYNICI ep. 29,11: Cynicis ib., 1.
 CYPROS: Cypron ep. 91,9.
 CYRENAICI ep. 89,12 in.
 DAEDALUS: Daedalum ep. 90,14.
 DAHAE: Dahas ep. 71,37.
 DAREUS: Darei ep. 47,12: Da-
 reum ep. 119,7: Dareo ep. 94,63.
 DECEMBER mensis ep. 18,1 in.:
 Decembrem m. ib.
P. DECIUS Mus pater ep. 67,9:
 filius ib.
 DEMETRIUS *Cynicus* epp. 20,9;
 62,3; 67,14 in.; 91,19: Demetrium
 ep. 62,3 in.
 DEMETRIUS POLIORCETES: De-
 metrio ep. 9,18.
 DEMOCRITUS epp. 7,10 ex.; 79,
 14 in.; 90,32 in.: Democritum ep.
 90,32.
 DEXTER tribunus: Dextro tr.
 ep. 4,7.
 DIDYMUS grammaticus ep. 88,37.
 DIOGENES *Cynicus* ep. 47,12 ex.:
 Diogenem ep. 90,14: Diogene ep.
 29,1.
 DORICA lingua ep. 77,14.
 DOSSENNUS: Dossenni ep. 89,7.
 DRUSUS *Iulius CAESAR* ep. 21,4.
C. Scribonius LIBO DRUSUS:
 Drusi Libonis ep. 70,10 in.
 ELEATES v. ZENON EL.
Q. ENNIUS ep. 108,33: Enni
 ep. 108,34: Ennio ib.: Ennium
 epp. 58,5; 108,34. — Ennianus
 versus ep. 108,33 in.
 EPHESUS: Ephesum ep. 102,21.
 EPICURUS epp. 7,11; 9,1 in., 8
 et 20; 11,9 in.; 12,11 in.; 18,9; 20,9;
 21,4, 5 et 7; 24,22; 25,4-6; 26,8;
 27,9; 28,9; 29,11; 33,2; 52,3 in. et 4;
 66,18, 47 et 48 ex.; 85,18; 92,25:
 Epicuri epp. 6,6; 8,8; 9,18; 13,17;
 14,17; 21,3 in. et 9 in.; 22,5 et 13 ex.;
 23,9; 30,14 in.; 33,2; 46,1: Epicu-

rum epp. 2,5; 8,7; 12,11; 18,14; 66,45, 47 in. et 48 in.; 67,15; 79, 15 in. et 16; 81,11: Epicure ep. 97,15: Epicuro epp. 8,8; 9,1; 16,7; 17,11; 19,10; 97,13 in. et 15 in. — Epicureus ep. 48,2 in.: Epicureum ep. 88,5: Epicuree ep. 20,11: Epicurei ep. 89,11 in.: Epicuream cantilenam ep. 24,18 in.: Epicureum chaos ep. 72,9 ex.: Epicureas voces ep. 68,10 in.

ERETRICI ep. 88,44.

EURIPIDES epp. *49,12; 115,15: Euripidis ep. 115,15.

FABIANUS v. PAPIRIUS F.

Q. FABIVS MAXIMVS: Fabium M. ep. 86,10: Fabios ep. 82,20.

FABRICIVS epp. 98,13; 120,6 in. et 19: Fabricium ep. 120,6 ex.

FAVONIUS: Favonio ep. 55,7.

FEBRUARIUS mensis: Februario m. ep. 86,20.

FELICIO ep. 12,3.

FENESTELLA ep. 108,31 ex.

FLACCUS v. Q. HORATIUS FL.

FLACCUS Lucili amicus: Flaccum ep. 63,1 in.

FLORALES ioci: Fl. iocos ep. 97,8.

GALLIA ep. 91,2. — Gallica auxilia ep. 95,70.

L. Iunius GALLIO: Gallionis ep. 104,1.

GALLUS v. C. ASINIUS G.

GARGONIUS Horati: Gargonii ep. 86,13.

GEMINUS v. VARIUS G.

GENIUS: Genium epp. 110,1 ex.; (Maec.) 114,5 (genio ep. 95,41: genium ep. 12,2: genii ep. 90,28).

GERMANIA ep. 36,7. — Germanorum ep. 124,22: Germanis ep. 70,20 in.

GIGANTES ep. 58,15.

C. Sempronius GRACCHUS ep. 114,13.

GRAECIA ep. 79,15 ex.: Graeciae ep. 94,62; ep. 90,6 ex.: Graecia ep. 88,40. — Graeci epp. 33,7; 58,2 in.; 81,11; 82,10; 87,39; 88,23; 89,7 in.; 92,6; 94,63; 95,1 et 10:

Graecis ep. 104,21: Graecos epp. 58,12 et 17; 114,1 ex.: Graecis ep. 40,11: Graecus tubicen et praeco ep. 76,4: Graeco nomine ep. 54,1: Graecorum poetarum ep. 63,2: Graecos tragicos ep. 115,14 in.: Graecas ineptias ep. 82,8: Graecis verbis ep. 59,7.

GRAI (Verg.) epp. 56,12; 58,2. GRAIVS mons: Graium m. ep. 31,9.

HADRIA: Hadriam ep. 89,20

HANNIBAL ep. 51,7 in.: Hannibalis ep. 86,3 ex.: Hannibalem ep. 51,5.

HARPASTE: Harpasten ep. 50,2 in.

Q. HATERIVS: Q. Hateri ep. 40,10.

HECATON ep. 9,6: Hecatonem epp. 5,7; 6,7.

HECUBA epp. 47,12; 88,6.

HELENA ep. 88,6.

HELLES pontus: H. ponto (inc. poeta trag.) ep. 80,7.

HEPHAESTIO Alexandri amicus *ep. 113,29.

HEPHAESTION Lyciae regio ep. 9,3 in.

HERACLITUS epp. 12,7 in.; 58, 23 in.

HERCULANEUS scyphus ep. 83,23 ex.: H. nodus ep. 87,38 in.

HERCVLES: Hercules ep. 94,63.

HERMARCHUS Epicureus ep. 33,4: Hermarchum epp. 6,6; 52,4.

HESIODUS ep. 88,6: Hesiodum ep. 27,6.

HIERO rex Syracusanorum ep. 114,17.

HIPPOCRATES *ep. 95,20 in.: Hippocratis ib., 9 ex.

HISPANIA: Hispaniam ep. 94,64; Hispania ep. 71,9.

HOMERUS epp. 88,6; * 63,2: Homeri ep. 88,37 et 40: Homero ep. 108,34: Homerum epp. 27,6;

40,2; 58,17; 88,5, 39 et 40; 90,31.

HORATIUS Cocles ep. 120,7 in.

Q. HORATIUS FLACCUS epp. 86,13; 119,14; 120,21 in.

HYRCANI: Hyrcanos ep. 113,29 in.

IANVARIAE Kalendae: Ianuarius Kal. ep. 83,5.

IDOMENEUS Epicureus ep. 21,7 in. : Idomenei ib., 4 : Idomeneo ib., 3 in.; 22,5 : Idomeneia ep. 21,4.

ILIAS Homeri : Iliade ep. 88,40.

INDIA (Verg.) ep. 87,20; ep. 59,12 in. — Indos epp. 84,4; 113,29 in.; 119,7.

IONIUM mare : Ionium ep. 89,20; Ionio mari ep. 80,7.

ISION : Isonian ep. 15,9.

ISTHMOS (inc. poeta trag.) ep. 80,7.

ITALIA : Italiam epp. 88,7; 90,6 ex.

ITHACA : Ithacae ep. 66,26.

IUBA rex Numidiae : Iubam ep. 71,10 in.

C. IULIUS CAESAR epp. 14,13; 51,11; 104,30 et 32 : Caesaris epp. 83,12; 97,2; 118,2 : Caesari ep. 24,8 : Caesarem epp. 14,12 ex.; 94,65; 95,70; 97,8 in.; 104,29 ex., 30 et 33 : (divo Iulio) ep. 98,13. — Caesareanas opes ep. 95,70.

C. Iulius Caesar AUGUSTUS : Augustus ep. 83,14 : Caesaris ep. 114,6.

C. Iulius CAESAR (Caligula) epp. 4,7; 77,18 : C. Caesare ep. 88,40 in.

IULIUS GRAECINUS ep. 29,6.

IULIUS MONTANUS ep. 122,11.

IUNIUS mensis ep. 86,16.

IUNO : Iunoni ep. 95,47 : Iunonem ep. 110,1 ex.

IUPPITER epp. 73,12, 13 in. et 14; 119,7 : Iovis epp. 9,16; 59,12; 95,72 : Iovi epp. 95,47; 110,18 : Iovem epp. 73,12; 107,10; 110,20 : Iove ep. 25,4.

IXION : Ixionem ep. 24,18.

LACEDAEMON : Lacedaenona ep. 94,62. — Lacon ep. 77,14; Laco-nas ep. 82,20.

LADAS ep. 85,4.

C. LAELIUS SAPIENS : Laelius ep. 25,6 : Laeli ep. 95,72 : Laelio ep. 7,6 : Laelium ep. 11,10; Laelium Sapien-tem ep. 64,10 : Laelio ep. 104,21.

LATINUS : Latinum verbum ep. 87,40 in. : Latini sermonis ep. 95,65 : Latinam viam ep. 77,18 : Latini grammatici ep. 120,4 : Latine epp. 58,7; 111,1 in.

LEONIDAS ep. 82,21.

M. Aemilius LEPIDUS ep. 4,7.

LIBER : Liberi ep. 94,63.

Aebutius LIBERALIS Lugdunen-sis ep. 91,1 in. : Liberalis ib., 3 in. : Liberali ib., 13 in.

LIBO v. C. Scribonius LIBO DRU-sus.

LICINUS : Licinum ep. 120,19 : Licino ep. 119,9.

LITERNUM ep. 86,3 : Literni ep. 51,11.

T. LIVIUS : Titi Livii ep. 46,1 : T. Livium ep. 100,9.

LUCILIUS cui inscriptae sunt epis-tulae : Lucilium ep. 31,1 in. : Lucili epp. 1,1 in., 2 et 3 in.; 5,7; 6,1 in.; 7,12 in.; 9,13 in.; 11,9 in.; 13,16; 15,2 et 10 in.; 16,1 in. et 5 in.; 18,7 et 15; 20,1 et 12; 21,2 in. et 5; 22,9 in. et 11 in.; 23,3 in. et 6 in.; 24,11 et 25; 30,4 in. et 15 in.; 32,3 in.; 41,2 in.; 48,4 in. et 12 in.; 49,1 in.; 50,7 in.; 51,1 in. et 13; 52,1 in.; 53,7; 54,5; 55,4 et 11; 57,4 in.; 58,6 et 26 in.; 61,4; 62,1; 66,31 in.; 67,1 et 4 in.; 70,2 in.; 71,6; 73,12 in.; 74,1; 76,5 in.; 78,4; 79,13 in.; 82,15 in.; 89,18 in.; 90,1 in.; 93,4; 96,2 ex.; 97,1 in.; 98,2; 101, 10 in.; 108,15 in.; 111,3; 111,3,1; 114,26 in.; 115,1 in.; 117,25 in.; 118,3 in.; 119,2; 120,8 et 15 in.; 122,19 in.; 123,14 : Lucili versus epp. 8,10; 24,21.

T. LUCRETIVUS Carus epp. 95,11; 106,8 : Lucretio ep. 110,6 : Lucretium ep. 58,12 : Lucreti ep. 110,7 in.

LUCRINUS : Lucrina ostrea ep. 78,23.

LUGUDUNUM ep. 91,2 — Lug-dunensis colonia ib., 1 et *14.

LYCIA ep. 79,3 in.

LYCURGUS : Lycurgum ep. 90,6.

MACEDONIA ep. 91,9. — Macedo v. ALEXANDER.

MAEANDER ep. 104,15.

C. MAECENAS epp. 92,35; 114,4 in. [5 in.] : Maecenatis epp. 19,9 s.; 101,10; 114,21 ex. : Maecenatem ep. 120,19 ex.

- MARCELLINUS v. TULLIUS M.
 C. MARIUS epp. 51,11; 94,66 ex.:
 Mariam ep. 94,66 in. — Mariana
 clade ep. 47,10.
 MARS (stella) ep. 88,14. — Martio
 mense ep. 86,20
 MARULLUS: Marullo ep. 99,1 in.
Caesonius vel Caesennius MAXI-
 MUS ep. 87,2: v. Q. FABIVS M.
 MEDUS: Medorum ep. 71,37.
 MEGARICI ep. 88,44.
 MELIBOEVS: Meliboee (Verg.) epp.
 73,10; 101,4.
 MENELAUS: Menelae (inc. poeta
 trag.) ep. 80,8.
 MERCURIUS (stella) ep. 88,14.
 M. *Valerius* MESSALA ep. 51,1.
 META SUDANS: Metam Sudan-
 tem ep. 56,4.
 Q. *Caecilius* METELLUS *Numidi-*
cus ep. 24,4.
 METRODORUS Epicureus epp. 33,4;
 79,16; 81,11 ex.; 98,9 in.; 99,25:
 Metrodori epp. 14,17; 79,15; 99,25:
 Metrodoro ep. 79,15: Metrodorum
 epp. 6,6; 18,9 ex.; 52,3.
 METRONAX philosophus: Metro-
 nactis epp. 76,4; 93,1 in.
 MITHRIDATES: Mithridaten ep.
 94,65.
 MONTANUS v. IULIUS M.
 C. MUCIUS *Scaevola* epp. 24,5;
 98,12: Mucii ep. 66,51: Mucio ep.
 24,5 ex.: Mucium ep. 66,53.
 MYCENAE: Mycenarum ep. 66,26.
 Cn. *Naevius* *ep. 102,16.
 NATALIS ep. 87,16.
 NATTA PINARIUS ep. 122,11.
 NAUSIPHANES ep. 88,43: Nausi-
 phani ib., 45.
 NEAPOLIS ep. 49,1: Neapolim
 ep. 57,1 in.: Neapoli ep. 68,5. —
 Neapolitanorum ep. 76,4: Nea-
 politana crypta ep. 57,1 ex.
 NEPTUNUS: Neptuno ep. 73,5.
 NESIS: Nesida ep. 53,1 ex.
 NESTOR: Nestoris ep. 77,20.
 NILUS ep. 104,15: Nili ep. 56,3 ex.
 NIOBA: Niobam ep. 63,2.
 NONENTANUM Senecae ep. 104,1
 in.: Nomentano ep. 110,1 in.
- NUMA: Numae ep. 108,30 ex.
 NUMANTIA: Numantiam ep. 66,13.
 NUMIDAE: Numidarum ep. 123,7
 in.: Numidas ep. 87,9. — Numi-
 dicis crustis ep. 86,6.
 P. OCTAVIUS ep. 95,42: Octavio ib.
 ODYSSIA Homeri ep. 88,40.
 ORCUS: Orci (Verg.) ep. 82,16.
 ORIENS (Verg.) ep. 122,2.
 ORPHEUS: Orphea ep. 88,39.
 P. OVIDIUS *Naso* ep. * 33,4;
 79,5; * 90,20; 110,1; * 115,13.
 PACUVIUS ep. 12,8.
 PALLAS (poeta inc.) ep. 77,2.
 PANAETIUS Stoicus ep. 116,5 in.
 et 6 in.: Panaetio ep. 33,4.
 PANHORMITANI: Panhormitanos
 (L. Arruntius) ep. 114,17 ex.
 PAPHUS ep. 91,9.
 S. PAPINIUS: S. Papini ep. 122,15.
 PAPIRIUS FABIANUS epp. 40,12
 in.; 52,11; 100,2 in. et 5 in.: Fab-
 iani ep. 100,1 in. et 9: Fabiano
 ep. 100,9 in.: Fabianum epp. 11,4;
 58,6.
 PARMENIDES ep. 88,44 in.: Par-
 menidi ib., 45.
 PARTHENOPE ep. 53,1.
 PARTHUS ep. 4,7: Parthorum
 epp. 17,11; 124,22: Parthos ep.
 58,12. — Parthia ep. 36,7 in.
 PATROCLUS: Patrocli ep. 88,6 ex.
 PAULINA Senecae uxor ep. 104,5:
 Paulinae ib., 2 in.: Paulina ib., 1.
 PEDO v. ALBINOVANUS P.
 PELOPS (inc. poeta trag.) ep. 80,7.
 PENELOPA ep. 88,8 in.
 PERIPATETICUS epp. 29,6; 85,31:
 Peripateticum ep. 88,5: Peripa-
 tetici epp. 29,11; 85,3 in.; 87,12
 et 38; 116,1: Peripateticis ep. 117,
 11 in.; ep. 89,10 in.
 PERSAE ep. 94,63: Persas epp.
 33,2 ex.; 71,37; 113,29 in.
 PHAEDON ep. 94,41.
 PHALARIS: Phalaridis ep. 66,18.
 PHARIUS puer Senecae ep. 83,4.
 PHARSALICUS: Pharsalica acie
 ep. 71,8.
 PHIDIAS epp. 9,5; 85,40 in.

PHILIPPUS Macedo ep. 94,62.
 PHILOSITUS vilicus Senecae: Philo-
 sitositi vilici ep. 12,3.
 PHOEBUS (Iulius Montanus) ep.
 122,12.
 PHRYGIUS: Phrygii tibicinis ep.
 108,7.
 PINARIUS v. NATTA P.
 L. *Calpurnius* PISO ep. 83,14 in.:
 Pisonis ib., 15 in.
 L. *Munatius* PLANCUS: Planco
 ep. 91,14.
 PLATO(N) epp. 6,6; 44,4; 47,12
 ex.; 58,16 et 17 in.; 22,27 in. et 30
 in.; 65,7,8 in., 9 in. et 10; 108,38:
 Platonis epp. 24,6; 58,18; 94,38:
 Platoni ep. 58,19 in., 20 et 31 in.:
 Platonem ep. 44,3: Platone epp.
 58,1 et 8 in.; 64,10; 65,11 in. —
 Platonicae ideae ep. 58,26.
 POENIS: Poenos ep. 67,12 in.
 POENINUS mons: Poeninum m.
 ep. 31,9 in.
 POLLIO v. C. ASINIUS P.
 POLYAENUS Epicureus: Polyae-
 num epp. 6,6; 18,9.
 POMPEII Lucili urbs: Pompeio-
 rum ep. 49,1: Pompeios ep. 70,1 in.
 CN. POMPEIUS epp. 14,13; 51,11;
 71,9 in.; 104,30 et 32: Pompei ep.
 4,7 in.; 11,4; 24,9; 118,2: Pompeio
 ep. 94,64 in.: Pompeium epp.
 14,12 ex.; 95,70; 97,8 in.; 104,29 ex.
 30 et 33: Pompeio ep. 83,12. —
 Pompeianarum partium ep. 71,9:
 Pompeianas opes ep. 95,70.
 POMPONIUS (Bononiensis an Se-
 cundus?) Pomponium ep. 3,6.
 PORSENNA epp. 24,5 ex.; 66,51.
 POSIDONIUS Stoicus epp. 78,28;
 83,10 in.; 87,31 in., 35 in. et 38;
 88,21 in.; 90,5 et 20; 92,10; 95,65;
 108,38: Posidonii ep. 113, 28 in.:
 Posidonio epp. 33,4; 90,7 in., 13 in.,
 30 in. et 31: Posidonium ep. 121,1:
 Posidonio epp. 90,10; 94,38; 104,22 in.
 PRIAMUS: Priami ep. 27,5: Priam-
 um (Verg.) ep. 104,31.
 PROMETHEUS Maecenatis liber
 ep. 19,9.
 PROTAGORAS ep. 88,43: Prota-
 gorae ib., 45.

PUBLILIUS *Syrus*: Publilii ep.
 8,8: de Publilii sententiis a Seneca
 laudatis vide indicem alterum.
 PUNICUS: Punici belli ep. 114,17
 et 19: Punica signa ep. 51,7.
 PUTEOLI: Puteolorum ep. 77,1:
 Puteolos ep. 53,1.
 PYRRHONEI ep. 88,44.
 PYRRHUS: Pyrrhi ep. 120,6:
 Pyrrhum ib.: Pyrrhe ib.
 PYTHAGORAS epp. 94,42; 108,
 17 et 19 in.: Pythagorae ep. 90,6:
 Pythagoram ep. 52,10.
 PYTHIUS (ballista aut arcus ex
 divini teli similitudine *Buecheler*):
 Pythio ep. 82,24.
 PYTHOCLES Epicureus: Pytho-
 clea ep. 21,7 s.
 QUADRATUS v. SATELLIUS Q.
 QUIRITES: Quiritium ep. 15,7 ex.
 M. *Atilius* REGULUS ep. 98,12:
 Reguli ep. 67,7: Regulum epp.
 67,12 in.; 71,17: Regulo ep. 114,
 19 ex.
 RHODOS: Rhodon ep. 104,8. —
 Rhodii (Telesphori) vox ep. 70,6.
 ROMA epp. 86,1 ex. et 5; 91,16:
 Romae ep. 91,13: epp. 50,3; 86,1
 ex. — Romani ep. 89,7: Romanis
 (L. Arruntius) ep. 114,17 ex.:
 Romanos ep. 58,12: dux ille Ro-
 manus ep. 82, 22 in.: eques Roma-
 nus epp. 31,11; 44,2 in.; 122,12:
 pater Romanus (Verg.) ep. 21,5
 ex.: populus Romanus epp. 87,41;
 95,73: Romanus sermo ep. 40,11:
 Romana eloquentia ep. 40,11: no-
 men Romanum (Verg.) ep. 58,2:
 populi Romani ep. 51,11: Roma-
 nae eloquentiae ep. 19,9: equitem
 Romanum epp. 31,11; 44,6 in.; 101,
 1: Romanis legionibus ep. 82,24
 in.: Romanos reges ep. 108,30: an-
 gustias Romanas (in lingua) ep.
 58,7: vitia non Romana (M. An-
 tonii) ep. 83,25: Romanis moribus
 ep. 59,7.
 ROMULUS: Romulum ep. 108,31.
 P. RUTILIUS *Rufus* epp. 24,4;
 82,11; 98,12: Rutilii epp. 67,7; 79,14.

SABAEI (Verg.) ep. 87,20 ex.
 SABINUS v. CALVISIUS S.
 C. SALLUSTIUS *Crispus* epp. 60,
 4 in.; 114,19: Sallustium ep. 114,
 17 s.: Sallustio ib., 17. — Sallus-
 tianus ib.: de Sallustianis locis a
 Seneca laudatis vide indicem al-
 terum.
 SAPPHO ep. 88,37.
 SARMATIA: Sarmatiae ep. 80,10.
 SATELLIUS QUADRATUS ep. 27,7 s.
 SATTIA (an Satilia? *Buecheler*):
 Sattiae ep. 77,20.
 SATURNALIA ep. 18,1.
 SATURNUS (stella) ep. 88,14:
 Saturni (Verg.) ib.: Saturno ib.
Mam. Aemilius SCAURUS ep.
 29,6.
 Q. *Caecilius Metellus Pius* SCI-
 PIO: Scipionem epp. 24,9; 71,10.
 P. *Cornelius* SCIPIO AFRICANUS
maior: Scipio epp. 25,6; 51,11; 86,1
 ex. et 3: Scipionis Africani ep. 86,1
 in.; Scipionis ep. 86,4 ex. et 8 in.:
 Scipioni epp. 86,3 et 12; 108,33 ex.:
 Scipionem epp. 86,11 in.; 87,9 in.:
 Africano ep. 108,33
 P. *Cornelius* SCIPIO AFRICANUS
minor: Scipio ep. 66,13: Sci-
 pione ep. 95,72.
 SCIPIONES ep. 70,22: Scipionibus
 ep. 24,10.
 SCRIBONIA ep. 70,10.
 SCYLLA epp. 31,9; 45,2: Scyllae
 ep. 92,9: Scyllam ep. 79,1: Scylla
 ep. 92,9.
 SCYTHAE ep. 124,22: Scytharum
 ep. 90,16. — Scythiae regem ep.
 80,10 in.
 L. *Aelius* SEIANUS: Seiani ep.
 55,3.
Annaeus Seneca pater: patris
 ep. 78,2; patre meo ep. 108,22.
 L. *Annaeus* SENECA: ep. 68,10
 in.: cf. epp. *49,2; *53,3; *54,1 ss.;
 *78,1 ss.; *106,2; *108,1; *ib.,
 15 ss.; *ib. 22 s.; *109,17 et passim.
 SENECIO v. CORNELIUS S.
 SERAPIO philosophus: Sera-
 pionem phil. ep. 40,2
 SERENUS v. ANNAEUS S.
 SERTORIANA arma ep. 94,64.

SERVILIUS VATIA ep. 55,4 et 7:
 Servili Vatieae ib., 2 et 3: Vatia
 ib., 3 ex.: Vatia ib., 4.
 SERVIUS *Tullius* rex: Servi ep.
 108,30 ex.
 SEVERUS v. CORNELIUS S.
 Q. SEXTIUS pater epp. 64,5; 73,
 12; 98,13; 108,17: *Quinti* Sextii
 ep. 64,2: Sextio ep. 73,15 in.:
 Sextium epp. 59,7 in.; 64,3.
 SICILIA: Siciliae epp. 51,1; 79,1:
 Siciliae ep. 90,6 ex.: Siciliam epp.
 14,8 in.; 88,7: Sicilia ep. 114,26
 ex. — Siculum pelagus ep. 14,8
 SILARUS: Silari (Verg.) ep. 58,2.
 SIRENES: Sirenas ep. 56,15 ex.
 SISYPHUS: Sisyphi ep. 24,18.
 SOCRATES epp. 24,4; 28,2 in.; 44,3
 in.; 70,9 in.; 71,7 in.; 98,12: Socra-
 tis epp. 6,6; 104,28: Socrati ep. 7,6:
 Socraten epp. 28,8 in.; 64,10; 67,7;
 70,9; 71,17; 79,14; 104,7 et 27-29;
 (-tem) 13,14: Socrate ep. 104,21.
 SOLIS regia (Ovid.) ep. 115,13 in.
 SOLON ep. 90,6.
 SOTION philosophus ep. 108,17
 et 20 in.: Sotionem ep. 49,2.
 SPEUSIPPUS ep. 85,18 in.
 STILBON ep. 9,18: Stilbonis ib.,
 20; 10,1: Stilboni ep. 9,1.
 STOICUS epp. 67,15 in.; 77,6 in.;
 94,2 in.: Stoici ep. 64,2 ex.: Stoi-
 cum ep. 88,5: Stoico ep. 9,19:
 Stoici epp. 29,11; 58,13 in.; 65,2;
 (quidam ex nostris) *87,26 in. et
 *89,8 in.; (nostri) *116,1: Stoi-
 corum epp. 22,11; 68,1: Stoicis epp.
 58,15 in.; 65,4 in.; 117,1; (nostris)
 *102,3: Stoicos epp. 14,14; 110,1;
 (nostros) *113,1; 116,7 in.; 117,12
 in.: Stoicis epp. 57,7 in.; 85,31
 in. — Stoicae sectae ep. 123,15:
 Stoicam sententiam ep. 22,7 in.:
 significationem Stoicam ep. 59,1:
 Stoica lingua ep. 13, 4: Stoica pa-
 radoxa ep. 87,1.
 L. *Cornelius* SULLA ep. 11,4 in.:
 Sullae ep. 24,4.
 SYRACUSANI: Syracusanorum (L.
 Arruntius) ep. 114, 17.
 SYRIA: Syriam ep. 12,8: Syria
 ep. 91,9.

SYRTES ep. 31,9.— Syrticae gentes ep. 90,17.

SYRUS v. PUBLILIUS Syrus.

TANUSIUS (Geminus?): Tanusii annales ep. 93,11.

TARENTUM ep. 68,5.

TAUROMENITANUM litus ep. 79,1 ex.

Telesphori Rhodii vox v. RHODOS.

P. Terentius Afer * ep. 95,53 in.: vide indicem alterum.

P. Terentius Varro Atacinus * ep. 56,6 in.: v. ind. alt.

TEUTONI: Teutonos ep. 94,66.

THASIS lapis ep. 86,6.

THEMISONIS medici secta ep. 95,9 ex.

THEOPHRASTUS: Theophrasti ep. 3,2.

THERMOPYLAE: Thermopylarum ep. 82,20.

THRACIA: Thraciae ep. 83,14.

TIBERIS: Tiberim ep. 83,5.

TIBERIUS CAESAR *Augustus* epp. 21,4; 83,14 s.; 95,42; 122,10: Tiberii Caesaris ep. 108,22; Tiberi ep. 122,11: Tiberio ep. 95,42: Caesarum ep. 95,42 ex.

TIBURTINUS calix ep. 119,3 ex.

TIGRIS ep. 104,15.

L. TILLIUS CIMBER ep. 83,12: Tillio Cimbro ib.

TIMAGENES ep. 91,13.

TIMONEAS cenas ep. 18,7 in.

TMOLUS (Verg.) ep. 87,20.

TROIANUS: Troianos ep. 27,5 ex.: bellum Troianum ep. 88,40.

Q. Aelius TUBERO epp. 98,13; 120,19: Tuberonis ep. 95,72 et 73 ex.: Tuberone ep. 104,21.

TULLIUS MARCELLINUS ep. 77,5 in. et 8: Marcellinum ep. 29,4 in.

et 77,8 in.: Marcelline ep. 77,6: Marcellino ep. 29,1 in.

VLIxes epp. 56,15 ex.; 66,26; 88,7 in.; 123,12: Vlixis epp. 27,5; 88,7: Vlixem epp. 31,2; 53,4; 88,8.

VTICENSES: Vticensium ep. 71,11.

C. VALGIUS *Rufus* ep. 51,1.

VARIUS GEMINUS ep. 40,9.

VARUSEQUES Romanus ep. 122,12s.

VATIA v. SERVILIUS V.

P. Vatinus: Vatinium ep. 94, 25: Vatinii ep. 120,19: Vatinios ep. 118,4.

VENUS: Veneris (ex Eurip.) ep. 115,14 ex.

P. Vergilius Maro epp. 21,5; 28,1 et 3 in.; 56,12; 58,3; 59,3 in.; 70,2; 79,5; 84,3; 86,15; 92,9; 95,69 in.; 104, 24 ex.; 108,24 s.; 122,2: Vergilii epp. 53,3; 58,20; (-li) 115,4 ex.: Vergilio epp. 58,2 et 4; 108, 34: Vergilium epp. 58,20; 101,13; 108,24, 28 et 34. — Vergilianum illum versum ep. 59,17 ex.

VESPER (Verg.) ep. 122,12.

M. VINICIUS: M. Vinicii ep. 122,12.

P. Vinicius ep. 40,9.

VIRGO aqua: Virginem ep. 83,5.

XENOCRATES ep. 85,18 in.

ZALEUCUS: Zaleuci ep. 90,6.

ZENON ELEATES ep. 88,44: Zenoni ib., 45.

ZENON Stoicus epp. 33,7 et 9 in.; 82,9 in.; 83,9 in. et 11; 108,38: Zenonis epp. 82,19; 83,10 in.: Zenoni ep. 33,4: Zenonem epp. 6,6 in.; 64,10: Zenone epp. 83,10; 104, 21: Zenones ep. 22,11 ex.

SCRIPTORVM LOCI

A SENECA IN EPISTVLIS LAVDATI.

ANTIPATER Tarsensis: fr. mor. 53 ab Arn. ep. 92,5; fr. mor. 54 ab Arn. ep. 87,39.

ARCHIDEMUS Tarsensis: fr. 17 ab Arn. ep. 121,1 et 5.

ARISTON Chius: fr. 357 ab Arn. ep. 89,13; fr. 358 ab Arn. ep. 94,1 s.; fr. 359 ab Arn. ep. 94,5-17; fr. 372 ab Arn. ep. 115,8; fr. 388 ab Arn. ep. 36,3.

L. ARRUNTIUS historicus: fr. 1-7 p. 238 s. Peter ep. 114,17-19.

Auctoris incerti: dictum de plurium adsensione aspernanda ep. 7,11 — antiquus poeta de laude artes alente (fr. poet. R. p. 137 Baehr.) ep. 102,16 — versus hexameter de Minervae promunturio apud Capreas (fr. 24 p. 359 Baehr.) ep. 77,2 — excerptum ex v. 26 bucolici carminis Einsidlensis (poet. lat. min. III p. 61 Baehr.) *Buecheler*, precandi formula *Hense*: ep. 115,4 — trag. Rom. fr. (ex incertis incertorum fabulis) XV p. 276 Ribb.³ ep. 80,8 — trag. Rom. fr. (ex inc. incert. fab.) LV p. 289 Ribb.³: ep. 80,7 (cf. Quintil. IX 4,140 et Cic. orat. 49, 163) — trag. Gr. fr. adesp. 181,1 Nauck²: ep. 115,14 — trag. Gr. fr. adesp. 461 Nauck²: ep. 115,14 — com. Rom. fr. (ex inc. incert. fab.) LXIV p. 147 Ribb.³ (Publilio Syro adscripsit Guil. Meyer): ep. 9,21 — com. Rom. fr. (ex inc. incert. fab.) LXV vel Publ. Syr. sent. 242 p. 147 s. Ribb.³: ep. 108,11 — com. Rom. fr. (ex inc. incert. fab.) LXVI p. 148 Ribb.³: ep. 108,11 ex. — com. Rom. fr. (ex inc. incert. fab.) LXVII vel Publ. Syr. sent. 234 p. 148 Ribb.³: ep. 108,9 — com. Rom. fr. (ex inc. incert. fab.) LXVIII p. 148 Ribb.³: ep. 94,43 — com. Rom. fr. (ex inc.

incert. fab.) LXXII p. 149 Ribb.³: ep. 95,1 ex.

M. IUNIUS BRUTUS: memoratur eius liber περί καθήκοντος ep. 95,45.

M. CAELIUS RUFUS orator (sic Buecheler et Hense qui ex B A recipient *Caelianum illud* sufragante Q) aut *Stattius Caecilius* comicus (sic vulgata quae ex ζ recipit *Caecilianum i.*: Caec. Statti ex inc. fab. fr. XXXI* p. 92 Ribb.³): ep. 113,26.

C. LICINIUS CALVUS: laudatur eius in Vatinius sententia ep. 94,25 ex. (cf. Quintil. VI 1,13 in.).

M. PORCIUS CATO CENSORIUS: Catonis rel. p. 79 Iord.: epp. 94,27; 119,2 in. — id. p. 110 Iord.: ep. 122,2 ex.

CHRYSIPPUS: fr. phys. 1065 ab Arn.: ep. 9,16 — fr. mor. 674 ab Arn.: ep. 9,14 — fr. phys. 836 ab Arn.: ep. 113,23 — Chrysippi de salutatione libellum dictumve respici putat Buecheler (*Crispium* coll. Sen. epigr. anthol. Lat. 405 R. coniecit Lipsius): ep. 56,3.

M. TULLIUS CICERO: ad Att. I 12,1: ep. 118,2 — ad Att. I 12,4: ep. 118,1 ex. — ad Att. I 16,5: ep. 97,4 — de re publ. II 18,33 (p. 316 Muell.) et 21,37 (p. 318 Muell.) ep. 108,30 — de re publ. libr. inc. fr. 6 p. 379 Muell.: ep. 108,34 ex. — de re publ. libr. inc. fr. 7 p. 379 Muell.: ep. 108,32 s. — Hortens. fr. 98 p. 326 Muell.: ep. 17,2 (ad Hortensium rettulit Lipsius) — Hortens. fr. (?): sic dubitanter suspicatur Hense): ep. 49,5 — libr. inc. fr. 10 p. 412 Muell.: ep. 58,6 — libr. inc. fr. 19 p. 413 Muell.: ep. 111,1 — laudatur eius ad Atticum epistulae: epp. 21,4 et 118,2 —

memorantur eius libri ad philosophiam pertinentes: ep. 100,9 — memoratur eius sollertia e graeco in latinum sermonem vertendi: ep. 107,10.

CLEANTHES: fr. rhet. 487 ab Arn.: ep. 108,10 — fr. phys. 525 ab Arn.: ep. 113,23 — fr. theol. 527 ab Arn.: ep. 107,11 (cf. quae de hoc fr. adnotat Hense² p. 513) — fr. mor. 582 ab Arn.: ep. 94,4

DEMOCRITUS: fr. 302^a Diels³: ep. 7,10 ex.

Q. ENNIUS: Enn. poesis rel. p. 215 Vahl.²: ep. 108,33 — id. p. 216 Vahl.²: ep. 108,34 ex.

EPICURUS: (fragmenta proferuntur ex Hermanni Usener editione) fr. 132 (cf. adn. ad p. 134,15 Us.) ep. 21,3 s.; fr. 133 ep. 22,5 s.; fr. 135 ep. 21,7; fr. 138 epp. 66,47 s. et 92, 25; fr. 158 ep. 18,9; add. ad fr. 158 p. 346 Us. * ep. 18,6; fr. * 173 ep. 9,18-20; fr. 174 ep. 9,1; fr. 175 ep. 9,8; fr. 181 respicit ep. 21,10; fr. 187 ep. 29,10 ex.; fr. 188 ep. 79,15; fr. 192 ep. 52,3-5; fr. 199 ep. 8,7; fr. 200 * ep. 4,10 (cf. ep. 119,7); fr. 201 ep. 16,7 ex.; fr. 205 ep. 26,8-10; fr. 206 ep. 20,9; fr. 208 ep. 7,11 ex.; fr. 209 ep. 25,6 ex.; fr. 210 ep. 11,8; fr. 211 ep. 25,5 in.; fr. 341 ep. 24,18; fr. 412 respicit ep. 92,6; fr. 426 respicit ep. 68,10; fr. 434 ep. 66,45 s.; fr. 446 * ep. 78,7 (cf. ep. 94,7 ex.); fr. 449 ep. 66,47 s.; fr. 474 ep. 9,20; fr. 475 ep. 2,5 ex.; fr. 477 * ep. 4,10 (cf. ep. 27,9); fr. 479 ep. 17,11 ex.; fr. 484 ep. 18,14; fr. 487 ep. 12,10; fr. 491 * ep. 15,9; fr. 493 ep. 23,9; fr. 494 ep. 13,16; fr. 495 ep. 22,14 s.; fr. 496 ep. 24,22 ex.; fr. 497 ep. 24,23 ex.; fr. 498 ep. 24,23 in.; fr. 503 * ep. 30,14-16; fr. 508 ep. 85, 18; fr. 522 ep. 28,9; fr. 531 ep. 97,15; fr. 532 ep. 97,13; fr. 542 ep. 19,10; fr. 601 epp. 66,18 et 67, 15; fr. 602 ep. 25, 4 (cf. ep. 119,7). — Sent. sel. XV et XXX pp. 74 et

78 Us. respicit ep. 16,9; sent. sel. XXVII p. 397 Us. respicit ep. 9,15. — Epist. III p. 63,19 Us. respicit ep. 14,17. — Epicuri schola epp. 6,6; * 33,4; * 52,3 s.: cf. praef. p. LV s. Us. — Epicurei fr. 242 p. 177 Us. ep. 89,11 — Epicuri morem salutationis respicit ep. 15,1: cf. adn. ad p. 131,16 Us.

EURIPIDES: Phoen. 469: ep. 49,12 — Danaes fr. 326 Nauck² (e Bellerophonte locum petium nartrat Seneca: cf. Nauck² III pp. 80-82 et Hense² adn. p. 559,20): ep. 115,14.

FENESTELLA: fr. 6 * p. 272 Peter: ep. 108,31 ex.

HECATON: fr. XXV Fowler: ep. 5,7 — fr. XXVI Fowler: ep. 6,7 — fr. XXVII Fowler: ep. 9,6.

HERACLITUS: fr. 49^a Diels³: ep. 58,23 in. — fr. 106 Diels³: ep. 12,7 in.

HIPPOCRATES: Aphor. VI 28 29 (IV p. 570 L.) cf. Gal. XVIII 1,41 K.: * ep. 95,20 in.

HOMERUS: Il. III 221 ss. I 247 ss. tanguntur ep. 40,2 — V 749: ep. 108,34 — XVIII 600 ss. tanguntur ep. 90,31 — XIX 228 s. tanguntur * ep. 63,2 — XXIV 602 tangitur * ep. 63,2.

Q. HORATIUS FLACCUS: carm. I 4,15 adumbratur * ep. 101,4. — Sat. I 2,27 (ubi Rufillus): ep. 86,13 — sat. I 2,92 tangi videtur Hensio ep. * 33,5 — sat. I 2, 114 — 116: ep. 119,13 ex. — sat. I 3,11-17: ep. 120,20. — Epist. I 11,27 et 29 tangi videntur Hensio ep. 28,1 et 5 ex.

T. LIVIUS: laudantur eius dialogi et philosophiam continentis libri ep. 100,9.

LUCILIUS Senecae amicus: hexameter de morte (fr. 3 p. 363 Baehr.) ep. 24,21 — trimetri de fortuitis in nostro non habendis (fr. com. Rom. p. 373 Ribb.³) ep. 8,10 — laudatur eius liber Senecae periu-

cundus ep. 46,1 — laudatur eius consilium carminis de Aetna componendi ep. 79,4-7.

T. LUCRETIUS CARUS: I 54-57: ep. 95,11 — I 304: ep. 106,8 — II 55 s.: ep. 110,6.

C. MAECENAS: fr. I Lunderstedt: ep. 101,11 — fr. 6 Lund.: ep. 92,35 — fr. 10 Lund.: ep. 19,9 — fr. II Lund.: ep. 114,5.

METRODORUS Epicureus: fr. 34 Koerte (cf. praef. p. LVI et adn. ad p. 164,6 Usener): ep. 99,25 — fr. 35 K. p. 98,9 — fr. 43 K.: ep. 79,16 — fr. 54 K.: ep. 81,11 ex.

IULIUS MONTANUS: fr. poet. Rom. p. 355 Baehr.: ep. 122,12 s.

CN. NAEVIUS: Hector prof. fr. II p. 90 s. Ribb.³: *ep. 102,16.

P. OVIDIUS NASO: met. I 594 tangitur ep. 110,1 — II 1 s. et 107 s.: *ep. 115,13 — VI 55-58: *ep. 90,20 — XIII 823: *ep. 33,4 — XV 340 ss. de Aetna tanguntur ep. 79,5; — rem. am. 91 adumbratur ep. 72,11 ex.

PANAETIUS: libr. fr. 56 Fowler: ep. 116,5.

PAPIRIUS FABIANUS: memorantur eius libri qui inscribebantur civilium: ep. 100,1 — laudantur eius libri permulti ad philosophiam pertinentes: ep. 100,9.

PLATO: memoratur eius liber (Phaedon): ep. 24,6 — Theaet. p. 174 E: ep. 44,4.

POMPONIUS Bononiensis vel potius Secundus (cf. com. Rom. fr. p. 307 Ribb.³ et Hense² p. 6,15 adn.): ep. 3,6.

PUBLILIUS SYRUS: sent. 1 Ribb.²: ep. 8,9 — sent. 2 R.²: *ep. 94,43 — sent. 234 R.² (pall. inc. fab. fr. LXVII R.³) et sent. 236 R.²: *ep. 108,9 — sent. 250 R.²: *ep. 94,28 — sent. 286 R.² (pall. inc. fab. fr. LXV R.³): *ep. 108,11.

C. SALLUSTIUS CRISPUS: Cat. I,1:

ep. 60,4 — Cat. 20,4: *ep. 20,5 et 109,16 — Iug. 10,6: *ep. 94,46 — Iug. 37,4: ep. 114,19 in. — Hist. fr. I 27* p. 14 Maurenbr.: ep. 114,17 — Hist. fr. I 90* p. 41 Maurenbr.: ep. 114,19.

L. ANNAEUS SENECA: exponitur epistulae consolatoriae summa Marullo scriptae: ep. 99,1 ss. — memorantur libri totam moralem philosophiae partem continentes: epp. 106,2; 108,1; 109,17.

Q. SEXTIUS pater.: laudatur eius liber: epp. 64,2; 59,7 in. — eius dictum: ep. 73,12 ss.

TANUSIUS (Geminus?): memorantur eius annales: ep. 93,11.

P. TERENCEIUS AFER: Heaut. I 1,54: *ep. 95,53 — Andr. 61 (ubi *nequid nimis*): ep. 94,43.

P. TERENCEIUS VARRO ATACINUS: Argon. III fr. 1 R.: *ep. 56,6 in.

THEOPHRASTUS: fr. LXXIV W.: ep. 3,2.

P. VERGILIUS MARO: ecl. I 6 s. *ep. 73,10 ex.; I 9 s. *ep. 73,11; I 73 *ep. 101,4: — georg. I 53-58 *ep. 87,20; I 125-128 *ep. 90,37; I 139 s. *ep. 90,11; I 144 *ep. 90,9; I 176 s. *ep. 124,1 in.; I 215 s. ep. 86,16; I 250 s. ep. 122,2; I 336 s. *ep. 88,14; I 424-426 *ep. 88,16; II 58 (cf. ib. 489) ep. 86,15 in.; III 66-68 ep. 108,24 ex.; III 75-81 et 83-85 ep. 95,68; III 146-150 ep. 58,2; III 260 s. ep. 108,34; III 284 ep. 108,24: IV 212 s. *ep. 114,23 in. — Aen. I 1 *ep. 113,25 ex.; I 94-96 *ep. 67,8; I 203 *ep. 78, 15 in.; I 327 s. et 330 ep. 115,5 in.; I 342 *ep. 89,17; I 432 s. ep. 84,3 ex.; I 458 *ep. 104,31; II 428 *ep. 98,4 ex.; II 494 *ep. 37,3; II 726-729 ep. 56,12: III 72 epp. 28,1 et 70,2; III 277 ep. 53,3; III 282 s. *ep. 104,10; III 291 tangitur ep. 70,2; III 426-428 ep. 92,9; III 571 ss. de Aetna tanguntur ep. 79,5: IV 3 s. *ep. 102,30; IV 158 s. *ep. 64,4 ex.; IV 653 *ep. 12,9: V 344 *ep. 66,2

in.; V 363 *ep. 92,30 in.; VI 3 ep. 53,3; VI 78 s. ep. 28,3; VI 95 s. *ep. 82,18 ex.; VI 103-105 *ep. 76,33; VI 261 *epp. 82,7 ex. et 95,33 in.; VI 274 s. *ep. 107,3; VI 275 ep. 108,29; VI 277 ep. 104,24; VI 278 s. ep. 59,3 in.; VI 376 *ep. 77,12; VI 400 s. *ep. 82,16; VI 513 s. ep. 59,17 ex.: VII 277-279 *ep. 87,8; VII 808-811 *ep. 85,4; VIII 296 s. *ep. 82,16; VIII 352 *ep. 41,2 ex.; VIII 364 s. *epp. 18,12 ex. et 31,11; VIII 385 s. *ep. 49,7; VIII 442

*ep. 95,33 in.: IX 446-449 ep. 21,5; IX 485 *ep. 92,34 ex.; IX 641 *epp. 48,11 et 73,15; X 284 *ep. 94,28; XI 467 ep. 58,4 ex.: XII 646 ep. 101,13; XII 708 s. ep. 58,3.

XENOCRATES: de bonis fr. 91
Heinze: ep. 85,18 in.

ZENON Stoicus: fr. mor. 196 ab
Arn.: ep. 82,9 in. — fr. mor. 229
ab Arn.: ep. 83,9-11 — fr. mor.
258 ab Arn.: ep. 104,21 ex.

INDEX LOCORVM QUI AB HENSII EDITIONE ALTERA DIFFERVNT (I)

<i>editio Hensii</i>	<i>editio haec</i>
Ep.	
89,8 nec quemadmodum itinera quae ad urbes perducunt, <i>sic viae</i> <i>ad virtutem sunt</i> extra ipsam: ad virtutem venit per ipsam,	nec quemadmodum itinera quae ad urbes perducunt, extra ipsa sunt: ad uirtutem uenitur per ipsam,
» 12 causae rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali.	Causae rerum ex naturali parte sunt, argumenta <ex ratio- nali>, ex morali <i>alia</i> .
» 13 quam humani generis paedago- gus.	quam generis humani paedago- gus.
» 17 diuidam.	diuidamus.
» 19 ubi in corpore alienato dolorem tactus expressit.	ubi in corpore alienato dolorem tractatus expressit.
90, 5 fortitudo pericula arcebat,	fortitudo arcebat pericula,
» » nihilque rex maius minari male parentibus posset, quam ut abirent e regno.	nihilque rex maius minari male parentibus posset, quam ut abiret e regno.
» 7 sparsos et aut cavis tectos	sparsos et cauis casis tectos
» 8 quid [quid] aliud erat avaritiae signum dare ?	Quid <i>quidem</i> aliud erat auaritiae signum dare?
» 13 quicquid aliud corpore incurvato et animo humum spectante quaerendum est.	quicquid aliud corpore incurvato et <i>in</i> intimo humum spectante quaerendum est.
» 14 exemptum e perula calicem	exceptum e perula calicem
» 16 non desiderabis artifices: sequere naturam.	Non desiderabis artifices, si se- quere naturam.
» » intolerabilest	intolerabile est
» 17 et pluuiis per deuexa labentibus hiemem transiere securi ?	et <i>aestus</i> pluuiisque per deuexa labentibus hiemem transiere securi?
» 20 incredibilest	Incredibile est
» 22 cum peruenit in ventrem, ae- quali eius fervore concoquitur, tunc demum corpori accedit.	Cum peruenit in uentrem, ae- quali ubi feruore concoquitur, tunc demum corpori accedit.
» 27 vitae quoque ornantia	uitam quoque ornantia
» 31 desimus.	desiuimus.
» 33 videmus	uidimus
» 34 mixtas paenitentia voluptates	mixtas paenitentiae uoluptates

(1) Quae in interpunctione creberrime novavi, in hoc indice plerumque omittere visum est: quicquid in orthographia librorumque inscriptionibus ab Hensii editione discrepat, adnotatione critica explanatur. Etiam de Metrodori verbis graecis in ep. 99.25 videbit lector in praefatione et textu.

editio Hensii

editio haec

Ep.

- 90,35 s. hanc philosophiam fuisse —
non credo. secutast fortunata
tempora,
» 39 licet itaque nunc conetur repa-
rare quod perdidit,
» » vel pretio pellens vel iniuria,
91,3 adfectum inclinant adversus
sua firmum et erectum.
» 5 non una via semper, ne tota
quidem incurrit.
» 8 nec illis inusitatis
» 12 sive ventorum vis flatusque per
clusa violenti pondus,
» » sive torrentium *impetus* in ab-
dito vastior obstantia effre-
gerit,
» 13 multa ceciderunt, ut altius sur-
gerent.
» 14 ut maiora certioraque quam
amisere restituantur.
» » in hac frequentia
» 17 perciperet
» 19 susum — deosum
92,2 in quolibet rerum habitu securos
servat.
» » quis autem vult constare for-
tunam
» 4 si possunt aliquid non honesta
conferre ad optimum statum,
in his erit beata vita, sine
quibus honesta.
» 6 quam ἀοχλησίαν vocant Graeci,
» » ad hanc vitam facit titillatio
corporis: quid ergo dubitatis
dicere
» 7 coloribus sonisque
» 9 ex diversis ac male congruen-
tibus membris.
» 15 <a> beato ad beatissimum
» 17 at sol integer est
» 23 qui labi coepit, alicubi subsistat?
» 25 « beatissimum » inquit « hunc et
hunc diem ago »
» 26 quom apud eos
» » non in infimum agatur
» 29 illa apparens malitia et exagi-
tata abest [de bono].

- Hanc philosophiam fuisse —
non credo, *secutam autem* for-
tunata tempora,
Licet itaque nunc concurset repa-
rare quod perdidit,
uel pretio pellens is vel iniuria,
adfectum inclinanti *dudum* adver-
sus *saeua* firmum et erectum:
Non una via semper, ne stata
quidem incurrit:
nec illis inuisitatis
sive interna uis flatusque per
clusa uiolenti pondus,
sive torrentium in abdito uas-
tior *ira* obstantia effregerit,
multa ceciderunt, ut altius sur-
gerent et in maius.
ut maiora celsioraque quam
amisere restituant.
in hanc frequentiam
percipere posset
sursum, — deorsum
in quolibet rerum habitu *inter-
ritos* seruat.
Quis autem vult constare fortuna
si possunt aliquid non honesta
conferre ad optimum statum,
tamen in his erit beata uita,
sine quibus non est.
quam Graeci ἀοχλησίαν uocant,
Humanae uitae tam facit titil-
latio corporis? Quid ergo du-
bitatis dicere
coloribus et sonis
ex diuersis *uni* male congruen-
tibus membris.
a beato ad beatissimum
At sol *in* integro est
qui illa coepit *labi*, alicubi sub-
sistat?
« Beatissimum *hunc* » inquit « et
ultimum diem ago »
cum apud eos
in infimum non agatur
illa *alte* haerens malitia et ea
agitata abest [de bono].

Ep.

- 92,34 ignis illud † excludat
- 93,1 aequitatem tuam
- 94,1 complexus est. sed Ariston
 » 2 hanc partem levem existimat et
 quae non descendat in pectus
 usque anilia habentem prae-
 cepta,
 » 3 mittet,
 » 5 doces illum, quid sano faciendum
 sit,
 » 7 nec dolere [quemquam] nec
 mori: saepe in morte,
 » 10 deinde manifesta an dubia
 » 17 [si] bilis nigra curanda est
 » 18 non esse opus
 » 21 sed non ideo *nihil ne* aliis quidem
 adiecta proficiunt.
 » » aut [in] isto modo licet — ex-
 hortationes:
 » 33 sine dubio ista ratione
 » 36 si insaniam sustuleris, sanitas
 redit, at si falsas opiniones
 exclusimus,
 » 38 dissentio a Posidonio, qui « *in-
 probo* » *inquit* « quod Platonis
 legibus adiecta principia sunt.
 » 39 et consolationes nega proficere
 dissuasionisque et adhorta-
 tiones et obiurgationes et lauda-
 tiones.
 » 44 si imperio proficitur, et admo-
 nitione,
 » 56 illa integros ac liberos genuit.
 » 60 quam te <quem> lictor semita
 deicit.
 » 61 cum agere alios visi sunt,
 » 64 ne Gnaeo quidem Pompeio
 » 73 quae aliis excelsa videntur,
- 95,2 punienda est annuendi facilitate.
- » 8 traicit obstantia.
 » 12 qui in rem *praesentem* praecepta
 acceperit, non in omnem.
 » 16 tabesque in se putrescentium
 » » aut palpitatio [corporum]
 » 18 excipiebat illos cibus,

- ignis illud *exedat et excludat*
- aequitatem *illam*
- complexus esset. Ariston
 hanc partem leuem existimat *ut*
 quae non descendat in pectus
 usque, anilia habentem prae-
 cepta:
 mittit,
 doces, illi quid sano faciendum
 sit,
 nec *dolorem* quemquam nec mori
saeuum. In morte,
 manifesta deinde an dubia
 ei bilis nigra curanda est
 non opus esse
 sed non ideo aliis quidem adiecta
non proficiunt.
 An *non* isto modo licet — ex-
 hortationes?
 ista sine dubio ratione
 si insaniam sustuleris, sanitas
 reddita est: si falsas opinio-
 nes exclusimus,
 dissentio a Posidonio, qui « pro
 quo » *inquit* « Platonis legi-
 bus adiecta principia sunt?
 et consolationes nega proficere
 dissuasionisque et adhorta-
 tiones, obiurgationes et lauda-
 tiones.
 Si imperio, et admonitione pro-
 ficitur;
 nam illa integros ac liberos ge-
 nuit,
 quam te quem lictor semita
 deicit.
 cum agere uisi sunt alios,
 Nec Gnaeo quidem Pompeio
 quae aliis uidentur excelsa,
- punienda est remittendi facili-
 tate.
 tractat obstantia.
 qui in rem praecepta acceperit,
 non in omnem.
 tabesque *intus* putrescentium
 aut palpitatio *ipsorum*
 Excipiebat *exin* illos cibus,

editio Hensii

editio haec

Ep.

- 95.19 et hausta *male* male digerantur
 » 21 quia feminam exuerant,
 » 23 premitur!
 » 26 totam † destructique sine ullis
 ossibus nulli constraverant.
 » 27 in cena fit, quod fieri debebat in
 ventre:
 » » gravest
 » 29 non singulares morbi nascuntur,
 sed inexplicabiles, diversi,
 multiformes, adversus quos
 » 32 obiurgare indulgentes mero et
 petentes delicatorem cibum,
 » 33 turpest
 » » satisque spectaculi ex homine
 mors est.
 » 37 ad extremum usque [sudorem],
 » 40 praestabunt tibi
 » » si hoc non praestant,
 » 43 omnia autem honesta fient,
 » 46 <nisi> eximuntur, quae repre-
 dunt animos et detinent et
 † preconarique totos vetant.
 » 51 quando omnia — dicam
 » 53 habeamus in commune: nati
 sumus.
 » 56 omnes istae artes † se sciunt,
 nihil deest.
 » 58 in censum deferendum sit.
 » 59 folia per se virere non possunt,
 ramum desiderant,
 » 60 decreta sapientiae, id est dog-
 mata.
 » 61 et quidem multam, quia invo-
 luta sunt
 » » si probationes necessariae sunt,
 et decreta,
 » 62 certa *verum* persuasio:
 » 64 et alia eiusmodi
 » 70 aliis Pompeianas † tibi foven-
 tibus

96.1 Tamen tu indignaris aliquid aut
 quereris

- 97.4 o <di> boni,
 » 5 vis divitis huius? tibi praestabo
 concubitum.
 » 8 facta *sunt* ista,

- et hausta *male* digerantur
 qua feminam exuerant,
 premit!
 totam *turdi* structique sine ullis
 ossibus nulli constrauerant.
 In cena fit, quod fieri debet sa-
 turo in ventre:
 Graue est
 non singulares morbi nascuntur,
 sed inexplicabiles, diversi,
 multiformes: aduersus hos
 obiurgare et indulgentes mero et
 petentes delicatorem cibum,
 turpe est
 satisque spectaculi ex homine
hominis mors est.
 ad extremum usque sudorem,
 praestabunt *illi*
 at si hoc non praestant,
 Omnia autem honeste fient,
 nisi eximuntur, quae repre-
 dunt animos et detinent et
parere conarique totos uetant.
 Quandoque omnia — dicam?
 Ita habeamus: in commune
 nati sumus.
 omnes istae artes *si* sciuntur,
 nihil deest.
 in censum sit deferendum.
 folia per se uirere non possunt,
 at ramum desiderant,
 secreta sapientiae, id est dog-
 mata.
 et quidem multa, quae inuoluta
 sunt
 Si probationes *necessariae*, neces-
 saria sunt et decreta,
 certa rerum persuasio:
 et alia huiusmodi
 aliis Pompeianas [tibi] fountibus

Tam *intus* indignaris aliquid aut
 quereris

- o di boni,
 Vis diuitis huius? *hunc* quoque
 tibi praestabo concubitum.
 facta <sunt> ista,

Ep.

- 97,10 non pronum est tantum ad
vitia, sed praeceps,
- 98,2 aut boni aliquid nobis aut malum
» 3 molliit idemque et secunda
» 6 amissae rei *miseratio* et timor
amittendae.
» 10 quo illos singuli dies turbent,
» » quicquid est, dominus inscri-
beris,
- 99,2 molliter tu fers mortem filii:
» 8 quisquis aliquem queritur <mor-
tuum esse, queritur> hominem
fuisse.
» 20 propter † circumstantem adsid-
entemque
» » placidis atque compositis
» 24 quarum [contria] concitatus
[actus] est amor et paene
ravidus,
» 28 an quid habeat
» 31 nihilost:
» 32 expectaturus esses remedium
tam serum,
- 100,6 concisura aquarum cubiculis in-
terfluentium
» 7 pedem curvat lenta
» 8 non sunt enim <humilia illa sed
placida et ad animi> tenorem
— formata,
» » sen<ten>tiarum.
- 101,8 explicabili formidine
» 11 benest;
- 102,3 negat me epistula prima
» 4 sed alia quoque <eodem> perti-
nentia
» 5 mores spectant:
» 6 continua corpora esse,
» 9 sternumentum
» 11 *unus* nos bonus
» 23 quemadmodum decem mensibus
» 27 pereunt † saepe velamenta na-
scentium.
» 28 huic nunc quoque tu, quantum
potes, subduc *te*

- Non *pronus* nutus tantum ad
vitia, sed praeceps,
- aut boni aliquid nobis aut mali
molliit; idem et secunda
amissae rei *dolor* et timor amit-
tendae.
quo illos singuli dies *deturbent*.
Quicquid est, cui dominus in-
scriberis,
- Tam molliter tu fers mortem filii?
quisquis aliquem queritur mor-
tuum esse, queritur hominem
fuisse.
propter circumstantem adsiden-
temque
placide atque compositis
quarum *contractus* ac concita-
tus est amor et paene ravidus,
an aliquid habeat
nihilost:
expectaturus esses remedium
a me tam serum,
- concisura aquarum a cuniculis
cubiculæ interfluentium
pedem seruat, curuat lenta
Non enim illa humilia *sunt* sed
placida et ad animi tenorem
— formata,
sententiarum;
- inexplicabili formidine
bene est;
- Negat me epistula *primo*
sed alia quoque eodem perti-
nentia
ad mores spectant:
continua esse corpora,
sternumentum
nos bonus *unus*
Quemadmodum *enim* decem
mensibus
pereunt *tempore* uelamenta na-
scentium.
Hinc nunc quoque tu, quantum
potes, subsili

editio Hensii

Ep.

- 102,28 necessariis *seriisque*
 » 30 is quoque, qui animum tam-
 diu iudicat manere, quamdiu
 retinetur corporis vinculo, so-
 lutum statim spargit, ut
- 103,1 illa [vi de] vita, [illa] quae nos
 observant, quae captant. ra-
 riores sunt casus,
- 104,2 a me impetrat illa,
 » 4 alicui tuorum esse dulce,
 » 6 quicquid pestiferi vaporis † ob-
 ruent,
 » 11 quicquid te delectat, aequè
 vide † ut videres dum vire-
 ret uter: alium alio die casus
 excutiet. sed
 » 12 alia desperando.
 » » nec speraveris sine <de>spera-
 tione nec <de>speraveris sine
 spe.
 » 14 inconstantia mentis, quae ma-
 xime aegra est, lacessit, mo-
 biliorem leviolemque reddit
 ipsa iactatio.
 » 15 alicuius fluminis sub observa-
 tione naturam,
 » 20 onera tibi detrahe et demenda
 desideria — contine.
 » 27 et laboribus, quos militares quo-
 que pertulit. quibus ille do-
 mi exercitus <est> sive uxo-
 rem eius *reminiscimur* mo-
 ribus feram, lingua petulan-
 tem, sive liberos indociles et
 matri quam patri similiores.
 si vere *reputes*,
 » 29 aut † intacta concipiente iam
 civile bellum.
 » » non minus quam Socraten † in-
 servisse dixisse,
 » 31 et omne erectum ad res novas
 vulgum,
 » 34 respuendae voluptates:
 » » spernendae opes:
- 105,2 quem quis contemnit, violat
 » 3 concupiscuntur enim etiam par-

editio haec

- necessariis *utique*
 si et *is* quoque, qui animum
 tamdiu iudicat manere, quam-
 diu retinetur corporis vinculo,
 solutum statim spargi, id agit ut
- illa *tu* deuita, illa quae nos obser-
 vant, quae captant *inpares*.
 Sunt casus,
- impetrat a me illa,
 alicui id tuorum esse dulce,
 quicquid pestiferi vaporis sor-
 buerunt,
 Quicquid te delectat, aequè
 uide. «*At uiduor is.*» Dum
 uirent, utere: alium alio die
 casus excutiet, sed
 alia desperando?
 nec speraucris sine desperatione
 nec desperaueris sine spe.
- inconstantiam mentisque maxi-
 me aegrae aestum lacessit,
 mobiliorem leviolemque red-
 dit ipsa iactatio.
 alicuius fluminis subobscuram
rationi naturam,
 onera tibi detrahe et *elunda*
 desideria — contine.
 et laboribus, quos militares
 quoque pertulit. [quibus ille
 domi exercitus <est>, siue uxo-
 rem eius *reminiscimur* mori-
 bus feram, lingua petulantem,
 siue liberos indociles et matri
 quam patri similiores.] Si uere
revis,
 aut in *iactatu* concipiente iam
 ciuile bellum.
 non minus quam Socraten in-
territum seruis se *eduxisse*,
 et omnem erectum ad res nouas
 uulgum,
 destituendae uoluptates:
 aspernandae opes:
- Quem quis contemnit, calcat
 concupiscuntur enim etiam *par-*

editio Hensii

Ep.

ua, si † nnotarum sunt, † sic raro. Invidiam effugies,

106,7 quantam remissionem lenitas?
» 12 apertior res est sapere, immo simpliciter satius est ad mentem bonam uti litteris,

107,1 iam pusilla <te res> tangit? servi occupationes tuas occasionem fugae putaverunt. si amici deciperent — habeant enim sane nomen, quod illis noster error inposuit, et vocentur, quo turpius non sint — omnibus rebus tuis... *nunc* desunt illi,

» 3 ubi tonat fulmen.

» 5 quicquid dixeris, multis accidit. deinceps quae multa et varia sunt... in nos deriguntur.

108,12 illi enim,

» » docilibus

» 28 grammati <ci>

» 31 <a> regibus

» » et alii quiqui putant et Fene-
stella.

» 38 et ingens agmen nostrorum tot ac talium.

109,6 quem adiuvat.

» » nihilominus adiuvat etiam currentem hortator.

» 7 illo modo

» 8 numquid armatus miles, quantum in aciem exituro satis est tuti, amplius arma desiderat?

» 9 et qui in summo *est calore*, opus est calore adiecto, ut summum teneat.

» 17 Persolvi id, quod exegeras,

» 18 exige, vide.

110,14 totas opes urbis caelatas et auro et argento

editio haec

ua, si parum nota sunt, si raro. Inuidiam effugies,

quantam remissionem teneritas?
Apertior res est sapere, immo simplicior: paucis est ad mentem bonam uti litteris,

Iam pusilla <te res> tangit: servi occupationes tuas occasionem fugae putauerunt. Sic amici deceperint — habeant enim sane nomen, quod illis noster error inposuit, et eo uocentur, quo turpius non sint —: *quota pars uero sunt de omnibus rebus tuis?* Desunt illi,

ubi *per*tonat, fulminat.

quicquid dixeris, multis accidit deincepsque *accidet*. Multa et varia sunt *quae* in nos deriguntur:

Vel illi enim,

docilibus

grammatici

a regibus

esse alique [qui] putant et Fene-
stella.

et ingens agmen nostrum tot ac talium.

quem adiuuabit.

utetur propria uelocitate, sed nihilominus adiuuat etiam currentem hortator.

Vno modo

numquid armatus miles, quantum in aciem exituro satis est, *alia* amplius arma desiderat?

ei qui in summo <est calore, non> opus est calore adiecto, ut summum teneat?

Persolui quod exegeras,

exigua uideo.

totas opes urbis, caelata et auro et argento

editio Hensii

Ep.

- 110,20 haec nobis Attalus dixit, <natura omnibus dixit>;
- 113,1 faciam quod desideras, et quid nostris videatur, exponam. sed me in alia esse sententia profiteor: puto quaedam esse, quae deceant phaecasiatium palliatumque.
- » 4 singulas habere debent substantias.
- » 8 si iustitia animal est, si fortitudo, si ceterae virtutes, utrum desinunt esse animalia, subinde autem rursus incipiunt, an
- » 16 hoc quoque existimo, et quod in tanta copia rerum numquam in idem incidit:
- » 19 ergo adsensionem non habet, rationale animal non est.
- » 20 si virtus animal est, virtus autem bonum, non est omne bonum animal? est.
- » » eo usque res exegit,
- » » <... cenare bonum est>:
- » 23 ne putes autem primum *me*
- » 24 idem est animus et animus et iustus et prudens et fortis,
- » 25 sublata... convenit nobis.
- » 26 quae nos ad illas via adducat.
- » 30 [pro] milite
- 114,6 non aliter quam in mimo fugitivi divitis solent?
- » 8 sensus miri, magni quidem saepe,
- » 12 non tantum <a> corona sordidiore
- » 14 alter plus iusto negligit;
- » 15 effluxit.
- » 19 « inter arma civilia
- » 24 contrectat.
- » 26 in hoc furor est, quod — imbecillum? in illo, quod — cogitat!
- » 27 si unusquisque se numeret, metiatur simul corpus, sciat,
- 116,1 ut eadem illa intrepidus facias, ut certiore consilio,

editio haec

- Haec nobis Attalus dixit, natura omnibus dixit;
- Puto quidem esse, quae deceant phaecasiatium palliatumque. Faciam *tamen* quod desideras, et quid nostris videatur, exponam; sed me in alia esse sententia profiteor.
- singulas debent habere substantias;
- Si iustitia animal est *et* fortitudo, si ceterae virtutes, utrum desinunt esse animalia subinde, ut rursus incipiant, an hoc quoque existimo *esse*, quod in tanta copia rerum numquam in idem incidit:
- Ergo adsensionem non habet: quod adsensionem non habet, rationale animal non est.
- Si virtus animal est, virtus autem bonum *omne*, omne bonum animal est.
- Eo usque res *exigitur*, <cenare bene bonum est>:
- Ne putes autem <me> primum Idem *et unus* est animus *et iustus* et prudens et fortis,
- Lis* sublata *est*, convenit nobis, quae nos ad illas via adducat? *per militem*
- non aliter quam in mimo *prodeuntes* fugitivi solent?
- sensus *inibi* magni quidem saepe,
- non tantum a corona sordidiore, alter iusto plus negligit; affluxit;
- « dum inter arma civilia contrectans.
- non* in hoc furor est, quod — imbecillum? *immo* quod — cogitat?
- si unusquisque se numeret <et> metiatur simul corpus, *si* sciat,
- ut eadem illa intrepidus facias *et* certiore consilio,

editio Hensii

Ep.

- 116,3 grata
 » 5 sive enim non respuit,
 117,5 quam sermo noster inseri non
 sinit.
 » 6 et sapientiam bonum et sapere.
 » 7 nihil enim accidere sine tactu
 potest: quod tangit, corpus
 est.
 » 8 si valetudo indifferens est, *et*
valere indifferens est;
 » 10 utroque modo corpus est.
 » 12 ita alterum est
 » 14 in alia enim natura est <qui
 habet, in alia quod habetur:
 illa terra est,>
 » » et qui habet sapientiam, et ipsa.
 » 15 ager iure possidetur,
 » » et tamen utraque bona,
 » 23 haec nempe sunt [et] elementa,
 » 24 deos vitam et salutem roga:
 » 28 quod venit,
 118,5 et hanc semper integram
 » 7 maiorque pars miratur ex in-
 tervallo fallentia, et vulgo
 bona pro magnis sunt.
 » 9 petitionem
 » 10 et honestum <utique bonum est.
 quid ergo inter duo interest?
 honestum> est perfectum bo-
 num,
 » 11 talest:
 119,7 classes novas mittit
 » 10 ad <id>, quod exigit natura,
 » » hic ipse, quem circa dicimus,
 » 11 introrsum
 120,2 et [de] divitiis
 » 3 quod honestum, est utique bo-
 num.
 » » nihil <bonum> nobis videri,
 » 4 ego damnandum non puto,

editio haec

- gratiora
 Sive enim nos respicit,
 quam sermo noster inseri cur
 non sinit?
 et sapientiam *bonum* et bonum
 sapere.
 Nihil enim accidere sine tactu
 potest; quod tangit corpus,
 corpus est: nihil accidere sine
 actu potest; quod agit corpus,
 corpus est.
 Si valetudo indifferens est, *et*
 bene valere indifferens est;
 Sive facit illud sive patitur, utro-
 que modo corpus est.
 ita eorum alterum est
 in alia enim natura est qui ha-
 bet, in alia quod habetur:
 illa terra est,
 et qui habet sapientiam, et ipsa
 <quae habetur>.
 Iure possidetur ager,
 et tamen utraque bona *esse*,
 Haec nempe sunt et elementa,
 Deos vitam et salutem:
 quod veniet,
 et hanc integram semper
 maiorque pars miratur ex inter-
 uallo fallentia; *haec* vulgo
 bona pro magnis sunt.
 adpetitionem
 et honestum utique bonum est.
 Quid ergo inter duo interest?
 Honestum est perfectum bo-
 num,
 tale est:
 classes mittit novas
 ad quod exigit natura,
 hic ipse, quem *circum*cidimus,
 introrsum
 et diuitiis
 quod honestum est, utique bo-
 num est.
 nihil nobis videri <bonum>,
 ego damnandum non puto, in

Ep.

- puto* in civitatem suam redigendum,
 120,7 *dummo*(do)
 » 9 haec nos similitudo coegit attendere et distinguere — dissidentia, *ac* dum observamus eos, quos insignes egregium opus fecerat, adnotare,
 » 12 hoc quaecumque est, inquit, meum est: asperum est, durum est,
 » 18 nam quod *viximus*.
 » 20 et inter simulationem virtutum amoremque vitiorum adsidua iactatio. † is « habebat
- 121,8 supina testudo,
 » » desinit [niti,] quater se,
 » 21 et † iuvant illa petit,
 » 22 quanta dividui laboris obeundi *undique* concordia?
 » 24 nec [non] hoc per se profuturum erat,
 » » [sed] in nullo
 » » *quamquam* in cetera torpeant,
- 122,1 si quis illum exspectat et lucem primam † exuit:
 » 3 tam infausti
 » 4 et superba umbra iners sagina subcrescit. at istorum corpora,
 » 8 et calor apta mutatione bruma lilium, florem vernum, <ex>primunt?
 » 9 desuescunt.
 » 13 deinde cum subinde recitasset:
 » 14 quia nihil iuvat † oblitum,
 » 16 itaque credendo dicentibus illum quibusdam
 » 17 his distorti
 » 18 sic *se* volunt separare
- 123,1 † quod indignandum nihil <nisi> ipse indignando adstruas.
 » 2 illum tibi tenerum et siligineum
 » » aut bonum panem habere coepero aut fastidire desiero.

- civitatem *autem* suam redigendum.
dummodo
 Haec nos similitudo coegit attendere et distinguere — dissidentia, dum observamus eos, quos insignes egregium opus fecerat. Coepimus adnotare,
 Hoc quaecumque, inquit, meum est: *sed* asperum est, durum est?
nempe quoad *viximus*.
 et inter simulationem virtutum amoremque vitiorum adsidua iactatio *oris*. « Habebat

- supinata testudo,
 desinit niti et quater se,
 et *iuvantia* illi petit *et*
 quanta dividui laboris obeundi *tribuendique* concordia?
 nec *vero* hoc per se profuturum erat,
 Sed in nullo
quamvis in cetera torpeant,
- si quis illum exspectat, *ut* lucem primam *exuat*:
 tam infausti *omine*
 et sub parva umbra iners sagina subcrescit. *Ita* et istorum corpora,
 et *locorum* apta mutatione bruma *illum* florem vernum <ex>primunt?
 desciscunt.
 Demum cum subinde recitasset: quia nihil *iuuat* oblitum,
 Itaque, credo, dicentibus illum quibusdam *uivis* distorti
 sic uolunt separari

- quam indignandum nihil, *dum nihil* ipse indignando adstruas.
 illum tenerum tibi et siligineum aut bonum panem habere coepero aut <malum> fastidire desiero.

editio Hensii

Ep.

- 123,5 aliquod enim experimentum
animi
» » si non † tum aecus
» 7 sarcinas totas, quae e toto concuti possint.
» 10 quid iuvat [et] aetati non semper voluptates recepturae interim, dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatem? eo mortem praecurrere et quidquid illa ablatura est, iam sibi † interere.
» 12 et inter spem † vitam misera nisi turpis inludunt.
» 13 invitant ut divitiae,
» 15 «solus sapit ad hanc artem:
» 16 quid quaeris?
» » superstitio error † insanandus est:
- 124,1 tam magna sectari † sicuti illud probo,
» 5 subtilior adhoc acies nulla quam oculorum et intentior daret bonum malumque dinoscere.
» 9 esse in eo, quod rationale est sed imperfectum, iam potest bonum,
» 16 nulla illi viaest quamvis saepe calcatae memoria [est].
» 17 quod gravissimum est intracursum datum praesens.
» 21 ad prava properantes.

editio haec

- Aliquod demum experimentum animi
si non tantum aecus
sarcinas, rota quae tuto concuti possint.
Quid iuvat et aetati non semper voluptates recepturae interim, dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatem et eo mortem praecurrere, ut quidquid illa ablatura est, iam tibi interierit?
et inerti spe uitae miseriam situ turpis inludunt.
Invitant autem diuitiae,
«Solutus aptus est ad hanc artem: quid sit quaeris?
Superstitio error insanae indolis est:
- tantum magna sectari. Sic et illud probo,
Subtilior ad hoc acies nulla quam oculorum et intentior; et dederit bonum malumque dinoscere?
esse (in eo, quod rationale est) sed imperfectum, iam potest bonum,
nulla illi viae quamvis saepe calcatae memoria est.
quod breuissimum est intracursum, datum praesens: ad prava properantem.

